




001101 84 400024 1180044 111111



REESE LIBRARY  
OF THE  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Received

PA

6105

Accessions No

V24

v.105

Valpy-

Delphin classics.

**Southern Branch  
of the  
University of California  
Los Angeles**

Form L 1

PA


6105

V24

v.105

This book is DUE on the last date stamped below

Form L-9-15m-8,'26







ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

1917

Digitized by the Internet Archive  
in 2008 with funding from  
Microsoft Corporation

102

**CORNELII NEPOTIS**

**VITÆ**

**EXCELLENTIUM IMPERATORUM.**

**VOL. I.**

CORNELL UNIVERSITY

VOLUME

EXPERIMENTAL PHYSICS

BY EDWARD L. RITCHIE

WITH ILLUSTRATIONS

BY EDWARD L. RITCHIE

AND OTHERS

NOTES BY RITCHIE

NEW YORK: JOHN WILEY & SONS, INC.

1913

NEW YORK

NEW YORK

J

NEW YORK

NEW YORK: JOHN WILEY & SONS, INC.

1913

CORNELII NEPOTIS

VITÆ

EXCELLENTIUM IMPERATORUM

EX EDITIONE J. FR. FISCHERI

CUM NOTIS ET INTERPRÉTATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU CODICUM ET EDITIONUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITÆ.

75926

VOLUMEN PRIMUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1822.



COLLEGE OF THE CITY OF NEW YORK

THE BOARD OF THE COLLEGE OF THE CITY OF NEW YORK

OFFICE OF THE DEAN

OFFICE OF THE DEAN

CONTENTS

THE COLLEGE OF THE CITY OF NEW YORK

THE COLLEGE OF THE CITY OF NEW YORK

THE COLLEGE OF THE CITY OF NEW YORK

THE COLLEGE OF THE CITY OF NEW YORK

THE COLLEGE OF THE CITY OF NEW YORK

THE COLLEGE OF THE CITY OF NEW YORK

THE COLLEGE OF THE CITY OF NEW YORK

THE COLLEGE OF THE CITY OF NEW YORK

THE COLLEGE OF THE CITY OF NEW YORK

THE COLLEGE OF THE CITY OF NEW YORK

THE COLLEGE OF THE CITY OF NEW YORK

THE COLLEGE OF THE CITY OF NEW YORK

50782

172  
6105  
v. 2 +  
6.105

# CONSPECTUS

## EORUM QUÆ HAC EDITIONE

### CONTINENTUR.

---

---

	Pag.
NICOLAI COURTIN Epistola Serenissimo Delphino	1
Præfatio J. F. Fischeri . . . . .	4
Cornelii Nepotis Vita, ex variis auctoribus excerpta	15
Testimonia et Judicia de Cornelio Nepote . . . . .	25
Chronologia Rerum memorabilium in Cornelio Nepote, ad Olympiadas, Urbis Conditæ annos ex Catonianis rationibus, quæ a Varronianis duobus annis discrepant, et Christi nati digesta . . . . .	51
Chronologia Historiæ T. Pomponii Attici . . . . .	60
Cornelii Nepotis Præfatio . . . . .	63
I. Miltiades . . . . .	68
II. Themistocles . . . . .	84
III. Aristides . . . . .	103
IV. Pausanias . . . . .	107
V. Cimon . . . . .	116
VI. Lysander . . . . .	122
VII. Alcibiades . . . . .	128
VIII. Thrasybulus . . . . .	149
IX. Conon . . . . .	156
X. Dion . . . . .	164
XI. Iphicrates . . . . .	179
XII. Chabrias . . . . .	185

	Pag.
XIII. Timotheus . . . . .	191
XIV. Datames . . . . .	198
XV. Epaminondas . . . . .	216
XVI. Pelopidas . . . . .	234
XVII. Agesilaus . . . . .	242
XVIII. Eumenes . . . . .	255
XIX. Phocion . . . . .	276
XX. Timoleon . . . . .	283
XXI. De Regibus . . . . .	292
XXII. Hamilcar . . . . .	298
XXIII. Hannibal . . . . .	305
XXIV. M. Porcius Cato . . . . .	329
XXV. Vita T. Pomponii Attici . . . . .	335
Cornelii Nepotis Fragmenta quæ reperiri potuerunt omnia, Andreae Schotti studio collecta . . . . .	375
NOTÆ VARIORUM in Cornelii Nepotis Præfationem . . . . .	399
————— I. Miltiadem . . . . .	407
————— II. Themistoclem . . . . .	429
————— III. Aristidem . . . . .	453
————— IV. Pausaniam . . . . .	459
————— V. Cimonem . . . . .	471
————— VI. Lysandrum . . . . .	480
————— VII. Alcibiadem . . . . .	487
————— VIII. Thrasybulum . . . . .	512
————— IX. Cononem . . . . .	520
————— X. Dionem . . . . .	529
————— XI. Iphicratem . . . . .	543
————— XII. Chabriam . . . . .	548
————— XIII. Timotheum . . . . .	554
————— XIV. Datamem . . . . .	561
————— XV. Epaminondam . . . . .	576
————— XVI. Pelopidam . . . . .	591
————— XVII. Agesilaum . . . . .	597
————— XVIII. Eumenem . . . . .	608
————— XIX. Phocionem . . . . .	619
————— XX. Timoleonta . . . . .	623




	Pag.
Notæ Variorum in XXI. Reges . . . . .	628
— ————— XXII. Hamilcarem . . . . .	636
— ————— XXIII. Hannibalem . . . . .	643
— ————— XXIV. M. Porcium Catonem . . . . .	668
— ————— XXV. T. Pomponium Atticum . . . . .	676
— ————— Fragmenta . . . . .	700
RECENSUS EDITIONUM Cornelii Nepotis . . . . .	721
RECENSUS CODICUM Mss. Cornelii Nepotis qui in Bibliothecis Britannicis asservantur . . . . .	745
INDEX in Corn. Nepotem, a Jo. Andrea Bosio confectus . . . . .	i

181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200

# 1810

181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200



SERENISSIMO PRINCIPI  
D E L P H I N O.

---

---

JAMDUDUM injuria temporum Patria sua profugi viri totius Antiquitatis illustrissimi toto orbe terrarum circumspiciunt, ad quem confugere possint, PRINCEPS SERENISSIME : nec hactenus facile invenerunt, qui et in eo dignitatis aut potestatis apice constitutus esset, cujus sub clientela securi quiescerent; et qui linguarum ac literarum satis peritus, ut se Romana lingua loquentes intelligeret, atque adeuntes se benigno vultu exciperet. In Te uno utrumque feliciter inveniunt, PRINCEPS ILLUSTRIS-SIME. Te enim veluti nascentem Solem intuentur, ex cujus lumine novum sibi splendorem contrahant, et sub cujus felici aspectu nihil amplius reformident. Se Tibi sua lingua, licet extranea, non minus notos et familiares fore confidunt, quam si nostra vernacula loquantur. Ex Græcia, Asia, Sicilia, Africa, Italia profecti, in Augustissimam totius orbis Aulam ingrediuntur, ut inter tuos Aulicos ipsos admittere non dedigneris. Sed quia varii variis linguis, pro regionum diversitate, uterentur; CORNELIUM NEPOTEM Interpretem nacti sunt, cujus unius ore se manifestent, variam vitæ suæ fortunam, et præclarissima tum belli cum pacis facinora exponant. Congenitas sibi dotes tuis, velut in obsequium, offerunt:

Miltiades summam humanitatem et comitatem; Themistocles artis militaris peritiam et solertiam; Aristides justitiam; Alcibiades egregiam corporis formam, et animi magnitudinem; alii alia tuos ob oculos ponunt. Sed ea omnia, eximia licet, et omnium sæculorum retroactorum celeberrima, tuis tamen, tum corporis cum animi, virtutibus longe esse postponenda fatentur: neque tam, ut Te doceant, quam ut ipsimet doceantur, conspectum tuum ambiunt. Ferunt quidem secum plurimas togæ militiæque artes; varias præ manibus suis palmas gestant, caputque suum multis laureis redimitum exhibent. Sed quid hæc omnia si cum præstantissimis LUDOVICI MAGNI Patris tui virtutum exemplis conferantur? si cum ejus triumphis, bellique facinoribus componantur? An negabit aliquis Te in obsidione Dolensi, ad quam Illustrissimo ac Sapientissimo MONTAUSERIO Duce et Rectore profectus es, longe plura ab Augustissimo tuo Parente didicisse, quam in evolvendis omnibus veterum sæculorum monumentis? Cum enim Te urbis mœnia circumducebat; cum Tibi inter ignes et tela hostilia castrensium operum munitiones ostendebat, nonne, quemadmodum et olim suum Iulum Æneas, his te verbis compellare videbatur:

‘Disce, puer, virtutem ex me, verumque laborem?’

Ita est sane; nec, si illud ex ejus ore non profluebat, impavidus illius animus, perpetuus ac indefessus labor conticescebat. Patrem verbo et exemplo docentem audiebas; hi verbis tantum docent. Audis ipsos multa narrantes; at Regem plura et majora facientem vides. Præterea, quid his in Illustribus Viris invenias, quod non in Illustrissimo Duce MONTAUSERIO longe excellentius jampridem invenis? Nonne Miltiade humanior, Themistocle peritior, Aristide justior, vitæ integritate Phocione clarior; unus denique omnibus præstantior? Quatuor olim viri apud Persas educandis futuris Regni hæredibus præficiebantur: ex quibus qui sapientissimus, res sacras ac politicas Principem edocebat; qui justissimus, ab omni mendacio et dissimulatione, tanquam a vitiiis regio sanguine indignis, aver-

tebat ; qui moderatissimus, in omnes voluptatum illecebras ipsi odium instillabat ; qui fortissimus, animum Principis adversus omnia pericula confirmabat. Quis nescit autem quatuor illos Principum Persarum Moderatores in uno Duce MONTAUSERIO contineri ? Si sapientiam quæras, quis eo sapientior ? Si justitiam, quis justior ? Si temperantiam, quis moderatior ? Si denique fortitudinem, quis generosior, quis manu fortior ?

Non habet ille parem, quem tot de millibus unum  
Rex voluit Gnato moribus esse Ducem.

Quique Phrygum excidio quondam formavit Achillem,  
Quanquam par Superis, est tamen ille minor.

Nam quantum tener hic Pelidem vincit Alumnus,  
Tantum ille Æmonio præstat ubique Seni.

Scilicet ut Magnum LODOICUM Gnatus adæquet  
Unus hic a Magno Rege legendus erat.

Non ergo illi CORNELII NEPOTIS Viri illustres ad te accedunt, PRINCEPS SERENISSIME, quasi Doctores ; sed futurorum tuorum operum Admiratores ; non Emendatores, at præstantissimarum dotium Æmulatores : quos si benigne admiseris, atque tui magni Nominis umbra tutos esse volueris, neque exilium suum, neque cetera reflantis fortunæ incommoda quæ olim passi sunt, recordabuntur. Nec ingratum omnino fore confido primum illud obsequii specimen, quod, quantum in se est, submitte ac fideliter tibi devovet ac consecrat,

CELSITUDINIS TUÆ

Humillimus, obsequentissimus,  
ac fidelissimus Servus,

N. COURTIN.

# LECTORI BENEVOLO

S.

JOH. FRIDER. FISCHERUS.

---

---

QUÆ Justini, aliorumque scriptorum veterum Latinorum, sancta et veneranda monumenta violare sustinuerunt impuræ manus atque profana ingenia Minellii, Junqueri, eorumque similium: ea Cornelii quoque Nepotis pulcherrimas elegantissimasque Vitas imperatorum Græcorum<sup>1</sup> commentis puerilibus et inficetis deturpare atque contaminare ausa sunt; quas etiam ornari omnibus modis illuminarique oportebat. Quæ stulta istorum hominum atque impudens audacia commovere cupidissimum quemque doctrinæ antiquæ ac sollicitare eo magis debet, quo majorem illius culpa perniciem, quo plures pestes, quo graviores calamitates, fundo, ut ita dicam, bonarum literarum illatas semper esse legimus, atque etiamnum inferri tristes videmus. Cujus quidem rei causæ in promptu sunt, neque abditæ, credo, et contactæ. Etenim cum Vitæ illæ, non minus quam reliqui priscorum Romanorum libri, fere a pueris atque adolescentulis, qui linguæ sibi Latinæ notitiam volunt comparare, legantur, et vero etiam debeant quam studiosissime legi:

## NOTÆ

<sup>1</sup> Altera pars operis Nepotis commentor. v. Hannibal. 13. 4. Extant plexa erat vitas imperatorum Romanor. Cato et Atticus.

quid putemus fieri posse facilius, quam ut obscura stultitia istarum notarum, quæ nihil minus quam sententiam librorum aperiant, rejecti et deterriti adolescentes, præsertim capitaliores, æterno literarum Latinarum capiantur fastidio? Deinde si verba lectissima et nitidissima et purissima veterum, si gravissimas gratiæque plenissimas sententias, videant verbis tam impuris et sordidis et inquinatis, tam abjectis et ineptis, tam inconditis et ne Latinis quidem, obrutas efferri: nonne videatur esse vehementer timendum, ne tirones Latini sermonis deducantur eo, ut de ipsa doctrina elegantiaque scriptorum sentire tenuiter maleque existimare incipiant? Cum porro Minelliana interpretandi ratio sit ejusmodi, ut vel tardissima eam ingenia possint mensium haud multorum spatio assequi: nonne periculum esse arbitremur, ne facultas enarrandi scripta veterum omnis, quæ tam facile scilicet et sine ullo negotio parari ab cujuslibet ingenii hominibus possit, contemnatur? nonne valde metuendum sit, ne Grammatici, quorum doctrina, sicuti Grammatistarum, scientia vulgaris Grammaticæ sola videatur contineri, inepti homines ab ineptis indoctisque Tigelliis<sup>2</sup> ferantur? nonne fenestram ea re juventuti ad negligentiam, ad desidiam, ad pigritiem, patefieri censeamus? nonne vero tristi superiorum temporum memoria admoniti vereamur, ne Grammatica, hoc est, ars disciplinaque interpretandi veteres auctores vera et recta, neglectum tandem istum despectumque indignum sui ultura graviter et vindicatura sit omnium disciplinarum bonarum et artium, atque religionis adeo integræ nec contaminatæ omnis, fuga misera atque repentino interitu? Quo magis, cum adornanda erat nova Vitarum elegantissimi Nepotis editio, faciendum putavi, ut notis Stubelianis, pestibus, ut demonstravi, literarum capitalibus, pulsis et tanquam jugulatis, reviviscere juberem ac redire eas, quibus planissime declararetur, quam longe lateque pateret doctrina Grammatico-

## NOTÆ

<sup>2</sup> V. Cic. ad diversos VII. epist. 24.

rum ; quam acri illi iudicio, quam emunctis naribus, præditi, quam incredibili cognitione omnis memoriæ et antiquitatis, quam magna, quam accurata, quam perfecta, scientia linguarum veterum, instructi esse deberent ; quæ bona, quæ dotes, sine acerrima industria et diligentia, sine maximo plurimorum annorum usu, non venirent : ut et acuerentur studia tironum, et ab ipsa Grammatica omnis contemptus, omnes contumeliæ, defenderentur removerenturque quam longissime.

Sed quo melius de bonitate utilitateque editionum Nepotis statui et iudicari possit ; animum induxi ostendere, ut nuper in Justino feci, e quibus libris fluxerit unaquæque earum ; an et quam diligenter inspexerit scriptos Editorum quisque libros ; quam curam, quam fidem, præstiterint in reddendis et recensendis Cornelii verbis ; an forte et quas conjecturas inculcarint, ut fit, atque infererint. Dicam vero primum de libris scriptis, quibus quidem Editores constet usos esse : deinde editos quoque lustrabimus. Quod si non attigero omnia, quod mihi etiam usu venit in historia librorum Justini contenda :<sup>3</sup> cogitent velim lectores æqui, perquam raro se hoc in genere omnia offerre in tempore ; quod vel Fabricii et Metarii, diligentissimorum hominum, exemplum plane doceat ; et nos in digerendis enarrandisque

## NOTE

<sup>3</sup> Quæ nobis postilla de libris Justini indagare licnit, ea hæc sunt. Præter scriptos Codices, quos commemoravimus, laudatur Codex Duisburgensis a Duquero ad Flor. 1. 20. 1. 1. 26. 6. et III. 21. 1. et 13. : duo Dorvilliani ab Audendorpio, cum ad Frontinum Strateg. p. 38. et alibi, tum ad Cæsaris Commentarios passim. Ab ipso quoque Dorvillio ad Charit. p. 562. ubi tres memorat Mss. Justini ; in Obs. miscell. vol. v. tom. 3. pag. 13. Nam Dorvillium esse auctorem illarum notarum, patet ex eod. vol. p. 299. ubi locum ex Charitone profert, et se, promittit,

eum editurum. In bibl. Gothana est Ms. Justini : vid. catal. Mss. Et in bibliotheca Guelferbytana accepi ab Heusingero meo, Viro magnæ doctrinæ summæque humanitatis, extare, inter Gudianos, duo, alterum membranaceum, sæculo, ut videtur, XIII. scriptum : alterum chartaceum, sæculi xv. partum. add. Schelhorn. amœnitatt. litt. tom. v. p. 193. sq. In eadem bibliotheca sunt quoque editionis Zaroti et Sabellici exempla. Iis autem, qui Justini locos pravos corrigere conati sunt, addi debent summi Viri, Trillerus, Christi. Crusius, et Joh. Mich. Heusingerus.



iis, quæ cognoscere et congerere licuit, diligentiam probasse, certe voluisse probare.

Italiae bibliothecas non reperio suppeditasse ad emendandas Nepotis Vitas Codices scriptos multos, præter eos e quibus primæ illarum editiones, tanquam rivi e fontibus, deductæ fuere. Magius quidem, de cujus in Cornelium meritis deinde dicemus, usus est libris scriptis duobus; uno proprio, quem membraneum vocat;<sup>4</sup> alieno altero, quem pertinuisse ostendit<sup>5</sup> ad bibliothecam Cœnobii, quod ab divo Antonio appellatur, Venetam:<sup>6</sup> de quorum librorum

## NOTÆ

<sup>4</sup> Ad Milt. 4.

<sup>5</sup> Ad Eumen. 6. 3. Han. 13. 1. Cat. 1. 1. et in epistola de ætate Cornelli Nepotis ad Gregorium Angelerium et Paulum Ligium, Anglarienses.

<sup>6</sup> Cod. Ms. Ven. v. Mag. ad Miltiad. 4. 4. [Aliorum codd. Mss. notitiam addere juvat. Lucæ in Etruria in ædibus PP. S. Mariæ Curtis Orlandigorum est in cod. chart. sæc. xv. in fol. min. Æmilii Probi (Cornelii Nepotis) *de excellentibus ducibus exterarum gentium* liber. V. Franc. Antonii Zachariæ—iter literarium per Italiam ab ann. 1753. ad ann. 1757. Venetiis. 1762. 4. pag. 24. Mantuæ in cod. membran. Capilupiano in 8. sub exitum sæculi xv. scripto sunt vitæ Cornelii Nepotis cum duobus fragmentis epist. Corneliæ, matris duorum Gracchorum. V. Catalogo de' codici Mssti della famiglia Capilupi di Mantova, illustrato dall' Abate Dou Giovanni Andres. Mantova, 1797. 8. pag. 10. sq. Taurini in cod. 297. membran. sæc. xv. quondam regiæ bibl. fol. 1. Titi Pomponii Attici vita ex Cornelio Nepote. V. catal. codd. Mss. bibl. regii Taurinensis Athenæi, auct. Jos. Pasini, Anton. Rivautella et Franc. Berta. Taurini, 1749. fol. p. 82. Paris. in bibl. publ. secundum catalog. codd. Mss. biblioth. regiæ, part. III. tom.

iv. in cod. 5826. nr. 6—8. vita Pomponii Attici; it. Catonis, auctore Cornelio Nepote; ejusdem sive Æmilii Probi liber de excellentibus ducibus exterarum gentium.—in codd. 5831. nr. 9. et 8534. vita Pomponii Attici.—in codd. 5827. et 6143. de excellentibus Græciæ ducibus et exterarum gentium. In quinque codd. est liber de viris illustribus, perperam Cornelio Nepoti tributus. In catalogo librorum Msstor. Angliæ et Hiberniæ, Oxon. 1697. fol. tom. 1. p. 96. nr. 291. Corn. Nepos Cantabrigiæ in coll. S. Trinitatis.—tom. II. p. 3. nr. 46. in codice eccl. S. Petri apud Eboracum. De Vossianis, nunc Leidensibus, codd. ipse Fischerus postea egit. In illo autem catalogo citantur tom. II. p. 65. nr. 2438. P. 67. nr. 2556. et p. 68. nr. 2570. tum inter codd. quoque Vossianos p. 70. nr. 2755. Æmilii Probus Lambini cum emendationibus et notis Mss. ac p. 72. nr. 2877. Cornelius Nepos Savaronis, Scaligeri manu notatus. Pag. 90. nr. 4611. Corn. Nepos, inter codd. Franc. Bernardi. Pag. 228. nr. 7535. inter libros Eduardi Bernardi Latinos cum veteribus exemplaribus collatos. Auctore Bern. de Montfaucon in Bibliotheca bibliothecarum Msstorum nova, tom. 1. p. 366. D. in Bibl. Laurent. Medicea, histo-

antiquitate et bonitate existimari a nobis eo minus potest, quo pauciores ex iis prolatas a Magio<sup>7</sup> lectiones videmus. Videtur tamen uterque liber omnes continuisse Imperatores, excepto Attico: in cuius Vita enarranda et explicanda ea contigit felicitas magno illi Ernstio, ut e bibliotheca Medicea nobili, Ferdinandi tertii, Etruriæ principis, jussu et auctoritate, acciperet<sup>8</sup> libros manu scriptos duo: qui ab eo Medicei dicuntur. Ille ipse autem Ernstius in recensendis Vitis ceteris adhibuit Codicem membranaceum proprium, quem in Gallia Aureliæ emerat,<sup>9</sup> et cuius lectiones cum lectionibus duorum librorum Bavaricorum<sup>1</sup> fere convenire cognovimus. Hos quidem e bibliotheca Monacensi tum instructissima dederat Maximilianus, Bavariæ princeps, Oberto Gifanio, Jurisconsulto, cuius paucos similes fert ætas nostra. Ab Gifanio<sup>2</sup> deinde venerunt in manus Gasperis Schoppii, Franci, popularis mei, qui eos non solum diligenter cum exemplo editionis Ingelstadiensis ann. 1593. commisit, verum multas etiam ex iis lectiones in Verisimilium libros<sup>3</sup> coniecit.<sup>4</sup> Schoppii exemplar cum postea nactus esset Michaël Picartus, Francus; et ipse emendare

## NOTE

riarum Latinarum Cornelii Nepotis vita Attici: Catonis compendiosa vita. Pag. 512. E. in bibl. Ambros. Mediolan. vita Attici.]

<sup>7</sup> Commemorat Magius cod. Ms. Arlenii in Miscell. iv. cap. 15. p. 1432. tom. II. Thesauri Gruter.

<sup>8</sup> Vid. notæ Ernstii ad Att. 1. 1. et 7. 2.

<sup>9</sup> Vid. Ernstius ad Milt. 3. 4. : ad Themist. 1. 1. : ad Alcib. 10. 5.

<sup>1</sup> Vid. Ernstius ad Epam. 2. 5.

<sup>2</sup> Ipse scripsit se Hubertum in epistolis ad Lipsium in vol. I. Sylloges Burmann. ubi p. 342. dicit, 'se aliquid parare in hunc' (Cornelium Nepotem.) Atque in indice operum, quæ in Ms. Hubertus Giphanius reliquit, (in Schellhornii Amœnitt. literariis tom. XII. p. 591.) nominantur

'Cornelii Nepotis opuscula et fragmenta diligenter ex vet. codd. collecta et emendata: in eadem commentarii.' Jungermann. in notis ad Jul. Pollucis Onomastic. I. segm. 65. p. 43. ed. Hemsterhus. laudat illos Gifanii commentar. additque nondum vero illos esse editos.

<sup>3</sup> Lib. I. 20. lib. II. 3. 10. lib. III. 4. 8. 12. 20. lib. IV. 2. 8. 14. 18. Edita sunt Verisimilia Schoppii primum Noribergæ octonis A. C. MDLXXVI. cum haberet Schoppius annos viginti. Iterum Amstel. 1662. 8.

<sup>4</sup> V. Schoppii præf. ad Verisimilia, et Verisimil. lib. I. cap. 20. p. 70. sqq. Is vero postea se vocavit Scioppium. Vid. Epist. Ritterhusii ad Scaliger. p. 335. tom. II. Syllog. epistol. Burmann.

nonnulla inde Nepotis loca in Periculis Criticis<sup>5</sup> instituit. Sed quia Schoppius non distinxit satis et secrevit unum Codicem ab altero, quia eos simpliciter membranas vocat: opera sua certe et manu non multum sublevasse debet existimari posteriorum studia. Et quoniam cœpimus dicere de Germaniæ liberalitate in Nepotem: age, quos alios orbis noster libros scriptos benignus concesserit ejusdem Editoribus, videamus. Atque Schefferus quidem, cui non videatur merita sua in bonas literas vehementer eo auxisse, quod passus est Boeclerum, cum Nepotem tertium ederet, scripto Codice uti? quem optimæ fuisse notæ, lectiones ex eo excerptæ satis declarant. Complexus est Imperatores, præter Atticum, omnes; fueratque a Sebastiano Mugio, primo domino, cum Stephanianæ editionis exemplo diligenter collatus. At vehementer dolendum est, Boeclerum cum inhumanitate sua, tum etiam negligentia, causam conquerendi justam Scheffero dedisse: nam nec fassus est uspiam Boeclerus, a quo acceperit Codicem; nec curiose satis ejus lectiones enotavit. Quare si eum ipse denuo contenderet cum libris editis, et vel neglecta a Boeclero proferret, vel perperam malequæ laudata ab eodem emendaret, se laborem suscepturum Schefferus speravit nec ingratum studiosis nec inutilem. Fecit utrumque in Adversariis suis,<sup>6</sup> quibus, post mortem ejus, Belgæ ditarunt sua Miscellaneorum Volumina.<sup>7</sup> Lectiones hujus Codicis, qui cum Boeclerianus, tum Schefferianus a possessore, dicitur, reperi raro discrepare a lectionibus libri Leidensis primi,<sup>8</sup> Vossiani secundi,<sup>9</sup> de quibus infra erit dicendi locus, et

## NOTÆ

<sup>5</sup> C. 10. Pericula Critica Picarti, Professoris artium Altorpini, iterum prodierunt, cura Joh. Sauberti, quaternis Helmæstadi A. C. MDCLXIII. post primam editionem quinto et quinquagesimo.

<sup>6</sup> C. 14. et c. 24.

<sup>7</sup> Vol. 8. p. 432-438. vol. 9. p. 196-212. In vol. 9. p. 197. annotat, is-

tum codicem fuisse Seb. Mgii.

<sup>8</sup> V. c. x. 9. 1. xiv. 1. 4. et 4. 5. etc.

<sup>9</sup> V. c. viii. 2. 7. x. 8. 4. et 9. 2. xi. 1. 4. xii. 1. 2. xiv. 5. 4. et 5. 5. et 10. 1. et 11. 2. xv. 1. 1. etc. Discrepant tamen nonnunquam. Vid. xii. 3. 3. xiii. 3. 5. xiv. 6. 1. et 11. 3. xv. 4. 5. et 8. 5. etc. Conveniunt Mss. Ax. Voss. 2. et Boecl. xvi. 5. 5. etc.

Axeniani Codicis : ita ut unus sæpe corrigi ex altero<sup>10</sup> recte possit. Axenianus liber nomen habet a Petro Axenio illo, qui fabellas Pseudophædri animadversionibus illustravit. Contenderat eum cum ceteris libris Joh. Frider. Nodius, Sleovicensis theologus, lectionesque ejus communicavit cum Joh. Michaelæ Heusingero, viro doctissimo. Pleræque illi communes sunt, ut modo demonstravimus, cum Vossiano secundo, Boeclerianoque, Codice: multæ tamen etiam propriæ, eademque apprime bonæ, et procul dubio veræ;<sup>1</sup> ita, ut Heusingerus, judex harum rerum in primis intelligens, non temere fidei illius et auctoritati plurimum tribuisse videatur. Atque hactenus de libris Cornelii scriptis, quos Germanorum bibliothecæ Editoribus Vitarum ejus suppeditarunt. Præter eos alius fuit, quem tamen nondum puto a quopiam consultum esse, in bibliotheca Ufenbachiana,<sup>2</sup> membranaceus, sæculo circiter quarto decimo scriptus, Maio judice. Constat foliis sex et octoginta formæ octopertitæ; complectiturque, præter epistolæ Gracchorum matris particulas, Vitas omnes, ita tamen, ut Atticum sequatur Vita Catonis, sicuti in libro Mendosiano. Est etiam in bibl. Guelferbytana cod. Ms. membranaceus, nondum collatus, qui ætatem habere videtur annorum circiter quingentorum. De eo vid. Heusinger. [in comment. de Nepote Cornelio bene merendi aliquot subsidia biblioth. Guelferbytanæ, adjecta Fl. Mallii Theodori de metris libro, Lugd. Batav. 1766. 8. pag. 117. sqq. quem is codicem valde laudat.] Cod. Thottianus, (fuit enim quondam in bibl. Comitum de Thott,) copiose describitur a Jo. Henrico Schlegel [in disp. inscripta: In Cornelium Nepotem Observatt. criticæ et historicæ. Hauniæ 1778. 4. cap. iv. pag. 23. sqq.] Sequitur, ut videamus, quos quotve libros manu scriptos reliquæ humanæ civitates præbuerint Edito-

## NOTÆ

<sup>10</sup> V. c. Han. 10. 1. Ms. Boecl. habet *exercitu*: sed emendandum est e Ms. Leid. 1. *exercuit*.

<sup>1</sup> V. c. Cim. 2. 5. 'qua ad meridiem pertinet.' Dat. 1. 3. 'quam

colunt Leucosyri.' Phoc. 4. 1. 'per ætatem.'

<sup>2</sup> Vid. bibl. Ufenbach. Mss. P. 4. p. 220. n. 160.

ribus Vitarum Cornelii. Hispania quidem tantummodo unum dedit, sed membranaceum, eundemque bonum, quamvis non adeo antiquum, utpote sæculo quinto decimo scriptum: quem multis locis convenire cognovi cum Vossiano tertio.<sup>3</sup> Dominus ejus fuerat Franciscus Mendosæus, Burgensis: unde et Burgensis liber nominatur a nonnullis, maxime a Magio, qui<sup>4</sup> eo usus est non minus, quam postea Andreas Schottus: quare nobis eum cum Bosio et aliis licuisset etiam Schotti Codicem appellare. Fuerunt in eo omnes Vitæ, ita tamen ut Vita Catonis Attico non præposita, ut in plerisque libris, sed postposita, compareret. Paulo liberalior in Nepotem voluit esse Britannia: contulit enim ad ornandas ejus Vitas duo Codices: quorum alter Cantabrigiæ est in bibliotheca Collegii Trinitatis; alterum Oxoniæ possederat Franciscus Bernardus, artis medendi doctor. Lectiones excerptæ ex utroque leguntur in editione Oxoniensi, sed, Staverio auctore, perpaucæ, ut vel hæc earum paucitas timere nos jubeat, ut Codices ipsi diligenter satis et curiose fuerint excussi. Sed summæ hoc in genere diligentiae laus debet sine ulla controversia Petro Danieli<sup>5</sup> tribui, qui Codicis sui lectiones ipse in margine exempli Longoliani scripserat. Quæ nisi auctoritate magni illius Bongarsii ad calcem editionis Francofurtensis positæ fuissent, fortasse Bosius et alii non tam felices fuissent in tollendis sanandisque multis Vitarum Cornelii mendis atque vulneribus. Major tamen industria et diligentia comparet in prioribus Imperatoribus, inde a Miltiade ad Agesilaum usque, quam in ceteris: nam ex Eumene quidem, Hamilcare, et Hannibale, vix duæ vel tres lectiones enotatæ sunt; e Phocione, Timoleonte, Catone, Attico, plane nullæ. Quod quis est, cui non suspicionem moveat, Vitas illas omnino abfuisse ab hoc Codice? Neque vero hic unus liber

## NOTE

<sup>3</sup> Vid. II. 7. 2. IV. 2. 5. et 4. 5. VI. 3. moth. 3. 3. 4. 1.

5. XX. 1. 5. XXIII. 2. 3.

<sup>5</sup> V. Sammarth. Elogia Gallor.

<sup>4</sup> Vid. ad Miltiad. 4. 4. Cim. 2. 1. 9.

4. Alcib. 10. 4. Eum. 6. 3. Ti.

est, cujus usu Gallia sibi Nepotem ejusque Editores devinxit. Nam Savaroni quidem, cum animum appulisset ad enarrandas explicandasque Vitas Nepotis, licuit consulere Codices scriptos integros tres. Duo e bibliotheca Puteani acceperat: quorum unus Bononiæ sæculo quinto decimo scriptus erat; alter fuerat Gifanii, e quo, ut ipse Gifanius multas lectiones cum in Lucretiano Indice, tum in Observationibus linguæ Latinæ, ita etiam Schottus in notis, protulit.<sup>6</sup> Uterque, in primis Gifanianus, bonæ est atque spectatæ fidei, Schoppio ac Bosio<sup>7</sup> iudicibus. Tertium donarat Savaroni Vibertus Moguinus, Ecclesiæ Claromontanæ Canonicus et Syndicus. Huic ipse Savaro primas detulit;<sup>8</sup> nec modo eleganter eum scriptum fuisse docet, verum etiam integriorem longe emendatioremque duobus superioribus. Præter hos Codices idem ille Savaro totidem scriptos libros adhibuit in recensenda Attici Vita: quorum primi quidem ipse fuerat possessor; alter pertinuerat ad Gifanii bibliothecam; tertius e museo Petri Petavii venerat. Sed ut in augendis multis aliis auctoribus utriusque linguæ, ita etiam in Nepote ornando, Belgarum bibliothecæ, et in his Leidensis maxime, liberalitate facile superarunt omnium aliarum civitatum bibliothecas. E Leidensi enim bibliotheca<sup>9</sup> fuit liber scriptus is, cujus lectionibus, tanquam gemmis, illuminavit primam editionem suam Boeclerus, quem nos cum Staverio Leidensem primum nominamus: diversus enim est ab eo, id quod varietas lectionis declarat,<sup>10</sup> quem eidem Staverio adire contigit, et qui jam antea fuerat ab Audendorpio, summo Viro, diligentissime

## NOTÆ

<sup>6</sup> V. Scioppii Verisimm. p. 74.

<sup>7</sup> V. c. ad II. 1. 1. et 2.

<sup>8</sup> Vid. ad I. 5. 3. et XVIII. 5. 7. Habet lectiones quasdam proprias, ut VIII. 5. 5.

<sup>9</sup> In catal. biblioth. Leidensis acad. (Lugd. B. 1726. fol.) citantur tres codd. chartac. p. 325. b. nr. 19. p.

387. a. nr. 23. p. 388. b. nr. 58. et unus cod. membran. p. 381. a. nr. 52.

<sup>10</sup> V. c. Con. 3. 4. Leid. 1. *quæ huic vol.* Leid. 2. *huic quæ vol.* Dion. 3. 2. *in eo meo libro* Leid. 2.: *in eo libro* Leid. 1. Iphicr. 2. 3. *interfecit* Leid. 1.: *intercepit* Leid. 2. Dat. 4. 5. *arma capit* Leid. 2.: *arma sumit* Leid. 1.

cum exemplo editionis Keuchenianæ commissus.<sup>1</sup> Hic in charta majoris formæ scriptus est, et a nobis Leidensis secundus dicitur. Præterea Staverio copia facta est inspiciendi Codices Vossianos tres, qui in eadem bibliotheca Leidensi reperiuntur. Primus eorum in membrana descriptus est quaternis: et cum in aliis libris Attici Vita agmen cogat, in hoc conspicitur omnium Vitarum dux. Abest autem illa ipsa Attici Vita ab altero Codice chartaceo formæ octopertitæ: cujus lectiones cum fere conveniant, ut supra docuimus, cum Boecleriano, raro discrepent; nonne uterque ex uno fonte videatur fluxisse? vel potius, cum Vossianus multo recentior sit Boecleriano, nonne ille ex hoc deductus putetur? ita tamen ut Vossiani librarius mutarit multa ex ingenio, non pauca depravarit per negligentiam. Vossianus tertius, qui et ipse in charta ejusdem cum altero formæ scriptus est, aliquot tantummodo mutilus, etiam ordine permutato, continet Vitas: desunt enim inde ab Alcibiade usque ad Timoleonta. Hos libros omnes Staverius testatur se comparasse et contendisse cum editis summa fide atque diligentia: de quo tamen vehementer dubitavit Heusingerus: nescio, an temere. Etsi enim facile fieri potest, ut quædam omiserit Staverius, alia male laudarit: tamen hoc videtur negligentiam non magis arguere, quam nonnulla in editis libris operarum peccata correctorum incuriam. Immo vero utrumque ostendit imbecillitatis humanæ vestigia, a qua nec summa absit diligentia. Majori autem jure Longolius et Keuchenius possunt magnæ negligentiae accusari et facillime convinci. Uterque scriptos adhibuit Codices; Longolius quidem proprium,<sup>2</sup> Keuchenius alienum, cujus possessor fuerat Everardus Sluisquius. At neuter facultatem aliis de bonitate eorum iudicandi fecit, cum oppido paucas inde lectiones protulerint, in primis Keuchenius. Nam Longolius paulo plures ille qui-

## NOTE

<sup>1</sup> Landatur ab eo ad Lucan. i. 214. codicem: ad VIII. 2. 2. 'vetustum et a Burmanno ad Phædr. fab. IV. exemplar: ad VIII. 4. 4. 'meum exemplar: ad IX. 5. 5. 'exemplar suum.'

<sup>2</sup> Ad VII. 7. 1. vocat 'veterem

dem laudavit, maxime in locis iis, ubi vidisset<sup>3</sup> Codicem suum a reliquis discrepare. Atque tot quidem scriptos libros consultos esse ab Editoribus interpretibusque Nepotis reperimus, non dubitantes, quin aliis in bibliothecis extent multi alii. Sed quænam fuerint membranæ Curionis illæ, quæ ab Gebhardo et Bosio commemorantur, non memini me usquam legisse. Ceterum Heusingeri, quem sæpius jam laudavimus, conjectura, qui Codices illos, de quibus exposuimus, omnes ex uno mediæ ævi libro, eoque mutilo et corrupto, (nempe ex eo, quem Æmilius Probus scripserat,) manasse suspicabatur, non parum mihi quidem videtur eo adjuvari, quod omnes locis multis eadem verba vel omittunt<sup>5</sup> vel depravata exhibent.

Sed quoniam de Codicibus manu scriptis, pro ratione instituti, satis dixisse speramus: age jam ad libros formulis descriptos, ut proposuimus, proficiscamur...[Vide RE-CENSUM EDITIONUM infra.]

Jam eo tandem venimus, ut etiam de nostra hac Vitarum Nepotis editione paucis exponamus. Ejus vero adornandæ curam eo libentius suscepimus, quia non male de literis sperabamus merituos esse, si opprimeretur, opera nostra, Stubeliana, quam repetere totam librarius volebat. Textus totus ductus est ex editione Bosii altera. Adjecimus, ut nuper in Justino, libellum Variarum lectionum, e libris cum scriptis, tum editis, collectarum: quod institutum non modo hanc habet utilitatem, ut carere queant lectores ipsi illis libris, magno sæpe et insano pretio comparandis; sed efficit etiam, ut acuantur ingenia, et adjuventur ad emendanda atque tollenda vitia librariorum, causasque eorum et quasi origines reperiundas: et ut multorum vocabulorum<sup>4</sup> formularumque sententia atque vis, sine Lexicorum adjuvamento, aperiatur. . . . Sic ergo vale, lector docte, et conatis nostris ita fave, ut etiam peccatis ignoscendum cogites. Scripsi Lipsiæ m. Maio ineunte A. C. MDCCCXVIII.

## NOTE

<sup>3</sup> V. c. I. 4. 4. et 7. 5. II. 4. 1. VII. 7. 4. 'voti esse compotem?' ut ap. Sallust.  
<sup>4</sup> V. c. Eum. 9. 3. in cod. Axen. 'fidos Catil. 40. 6. 'multos innocios inscios certos mittit homines.' Timol. 5. 1. conjurationis.'



CORNELII NEPOTIS  
V I T A,  
EX VARIIS AUCTORIBUS EXCERPTA.

[EX EDIT. DELPHIN. PARIISIIS. 1675.]

---

QUANDOQUIDEM nobis de Auctoris nostri vita dicturis multa occurrunt statuenda ac confirmanda, de quibus inter se Scriptores dilitigant, variique in varias opiniones distrahuntur; pauca quædam de ejus nomine, patria, ætate, variisque ejus operibus disseramus.

Quod ad ejus nomen pertinet, hunc CORNELIUM NEPOTEM, cum Onuphrio Panvinio, Joan. Savarone, Petro Nannio, Gifanio, Schotto, Vossio, Lambino, et aliis benè multis non deteriori auctoritate Scriptoribus, asserimus: licet plerique, ex quorum numero est Hieronymus Magius, Æmilium Probum esse velint. At primo, ab ipso auctore abunde refelluntur, qui Porcii Catonis vitam his verbis claudit: 'Hujus de vita et moribus plura in eo Libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus, rogatu Tit. Pomp. Attici,' &c. Quæ quidem nullatenus de Æmilio Probo, sed de Cornelio Nepote intelligenda sunt; cum ille Theodosio, hic Julio Cæsare et Octavio imperantibus, vixerit; quo etiam tempore Tit. Pomp. Atticum vixisse certum est. Deinde nec Æmilium Probum, nec Theodo-

siani ævi quenquam alium, hujus operis auctorem fuisse, pura et Romana hujus Libri dictio evidentissime arguit. Accedit et altera duplex ratio, quod nimirum (ut in ejus vita inquit Vossius) ‘Tulliani esse ævi scriptorem, neque alium quam Nepotem, tum veterum aliquot Librorum indicio cognoscitur; tum etiam, quod ad Pomp. Atticum (cujus idem rogatu de vita Catonis Librum fecit) Vitæ istæ scribantur.’ Præterea eo in opere multa leguntur, ‘quæ,’ ut idem Vossius ibidem ait, ‘opus hoc scriptum esse clamant quo tempore Pompeius et Cæsar plus poterant, quam libera in Rep. expediret.’ Hæc autem omnia Dionys. Lambinus congescit: quorum tamen præcipua, et quæ ad intentum nostrum magis conducent, ceteris brevitatis causa, quia plura sunt, semotis, seligere liceat. Primum autem ex Miltiade sic habetur: ‘Cujus victoriæ non alienum videtur, quale præmium Miltiadi sit tributum, docere; quo facilius intelligi possit eandem omnium Civitatum esse naturam: ut populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues, ob eamque causam gloriosi, nunc autem effusi atque obsoleti; sic olim apud Athenienses fuisse reperi-mus.’ Hæc autem verba, inquit Lambinus, arguunt hunc Librum scriptum esse, quo tempore penes populum aliqua adhuc potestas erat; non tempore Theodosii, quo nihil populus poterat. In Epaminonda vero sic legitur: ‘Quo tempore Duce Pelopida exules Thebas occuparunt, et præsidium Lacædemoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quandiu facta est cædes civium, domi se retinuit, quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret. Namque omnem civilem victoriam, funestam putabat.’ Videtur his verbis, inquit, noster scriptor, et belli civilis auctores, Pompeium et Cæsarem, in quo tantum sanguinis civilis profusum sit, notare, et tacite Pomponii Attici consilium approbare, qui bellis civilibus, quæ in ejus ætatem inciderunt, interesse noluerit, &c. At illud sane perspicuum est, quod sic ex Agesilao excipitur: ‘In hoc non minus ejus pietas suspicienda est, quam virtus bellica: qui cum victori præesset

exercitui, maximamque haberet fiduciam Regni Persarum potiundi, tanta modestia dicto audiens fuit jussis absentium Magistratum, ut si privatus in Comitio esset Spartæ: cujus exemplum utinam Imperatores nostri sequi voluissent.’ Hic locus, inquit, clamat, Auctorem hujus Libri carpere et notare Pompeii et Cæsaris, sed maxime Cæsaris potentiam non ferendam, qui imperium et exercitum retinere ultra tempus lege concessum voluerit. Ad aliud trans eo, quod ex Eumene deducitur: ‘ Sic Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur. Etenim semper habiti sunt fortissimi, qui summam Imperii potirentur.’ At, inquit, locus ille declarat hunc Librum esse scriptum, quo tempore Populus Rom. Imperii summam obtinebat, &c. Supersunt duo tantum testimonia. Sed in uno solum hæreo, hocque etiam in Eumene sic habetur: ‘ Namque illa Phalanx Alex. M. quæ Asiam devicerat, inveterata cum gloria, tum etiam licentia, non parere se Ducibus, sed imperare postulabat: ut nunc Veterani faciunt. Itaque periculum est ne faciant, quod illi fecerunt sua intemperantia nimiaque licentia, ut omnia perdant, neque minus eos cum quibus steterint, quam adversus quos fecerint.’ Hic locus si attente consideretur, inquit Lambinus, unaque legantur quæ ad eum annotavimus, omnium apertissime indicat atque arguit hujus Libri scriptorem Consulium annuorum, non Imperatorum perpetuorum temporibus et floruisse et scripsisse. Sic autem Lambinus in Annotationibus ad hunc locum habet: ‘ Etiam hic locus clamat, hujus Libri Auctorem floruisse ætate M. Tullii, et Pomponii Attici, et Cn. Pompeii, et C. Julii Cæsaris, et quo tempore lababat Resp. Rom. et ad tyrannidem propendebat; nondum autem prorsus in unius potestate versabatur. Quo minus credibile est ætate eum Theodosii vixisse.’ Sic autem queritur M. Tullius de Veteranorum superbia et arrogantia, Philipp. xi. ‘ Quanquam, Patres conscripti, quousque sententias dicemus Veteranorum arbitratu? quod eorum fastidium, quæ tanta arrogantia est, ut ad arbitrium eorum etiam Imperatores deligamus?’

Quibus omnibus Lambini testimoniis hæc insuper adjicio, ex vita Attici deprompta; quibus manifestum est, et Atticum tempore belli civilis Pompeii et Cæsaris, immo et multo post vixisse; et Corn. Nepotem tunc floruisse et scripsisse. Sic autem primum legitur: ‘Incidit Cæsarianum civile bellum cum haberet annos circiter sexaginta.’ (de Pomponio Attico loquitur, ut cuilibet legenti patebit :) ‘usus est ætatis vacatione, neque se quoquam movit ex urbe. Quæ amicis suis opus fuerant, ad Pompeium proficiscentibus, omnia ex sua re familiari dedit,’ &c. Deinde ita habetur: ‘Sic vetere instituto vitæ effugit nova pericula. Secutum est illud occiso Cæsare, cum Resp. penes Brutos videretur esse et Cassium, ac tota Civitas se ad eum convertisse videretur. Sic M. Bruto usus est, ut nullo ille adolescens æquali familiaris, quam hoc sene.’ Atticum intellige. Hæc clariora sunt, quam ut alia luce indigeant. Sunt et ejusmodi innumera, quibus supersedebimus. Nunc ad ea veniamus, quibus Corn. Nepotem tunc vixisse et scripsisse probemus. 1. est: ‘Sæpe enim, propter familiaritatem, domesticis rebus interfuimus.’ De semetipso loquitur Nepos, seque Attici rebus domesticis interfuisse prædicat. Quid clarius? 2. ‘De pietate autem Attici quid plura commemorem? cum hoc ipsum vere gloriantem audierim, in funere matris suæ, quam extulit annorum nonaginta, cum esset septem et sexaginta, se nunquam cura matre in gratiam rediisse,’ &c. 3. ‘Hactenus, Attico vivo, edita a nobis sunt. Nunc, quoniam fortuna nos superstites ei esse voluit, reliqua persequemur.’ Si ergo Nepos Atticum loquentem audivit; si eo vivo, hæc edidit; si superstes ei fuit; certe eum tunc vixisse necesse est. Sunt et plura alia: sed hæc retulisse satis sit.

Ex eo autem error ille provenit, ‘Quod’ (teste eodem Vossio, ibidem) ‘Librario id fuerit nomen, qui vitas eas partim sua, partim patris, et matris manu scriptas, Theodosio obtulit.’ Idque verum esse confirmat Jo. Savaro, cujus hæc sunt verba: ‘Æmilium autem Probum, cujus nomine circumfertur hic Liber, Theodosio regnante vixisse,

et hujus libri exscriptorem potius esse quam auctorem, patet ex his versibus :

Vade, Liber noster, fato meliore memento,  
Cum leget hæc Dominus, te sciat esse meum.

Ne timeas fulvo strictos Diademate crines,  
Ridentes blandum vel pietate oculos.

Communis cunctis, hominem se regna tenere  
Sed meminit, vincit hinc magis ille homines.

Ornentur steriles: facilis tectura Libelli,  
Theodosio, et doctis carmina nuda placent.

Si rogat Auctorem, paulatim detege nostrum  
Tunc Domino nomen: me sciat esse Probum.

Corpore in hoc, manus est genitricis, avique, meaque;  
Felices, Domini quæ meruere manus.'

Hos versus tanquam ineptos et male natos arguit Lambinus, immo ab aliquo Nebulone indocto et barbaro, aut Scriptore Librario vix semidocto, esse factos. Et paulo superius: 'Quod autem,' inquit, 'etiam versus ad hoc probandum afferunt, iisque valde movebatur is, quem modo commemoravi, Robortellus: si quis eos attente leget, intelliget, non Auctorem, et, ut ita dicam, Parentem Libri significari, sed Scriptorem Librarium, id est, eum qui manu descripserit.'

Unde Andreas Schottus scribit: 'Librum de vita et moribus excellentium Græciæ Imperatorum ad Tit. Pomp. Atticum, sequioris ætatis Auctori Æmilio Probo attribuant: a quo stylus, dicendi character, Attici ætas, multaque abjudicant.'

'Hic ergo,' (cum Savarone exclamemus,) 'suo auctori reddatur, quem sibi Cornelius Nepos justo titulo vindicat, quemque coævo suo et familiari Pomp. Attico dedit, cujus etiam rogatu vitam M. Catonis separatim scripsit, et illi superstes, elegantissimam ejusdem vitæ consuetudinem elegantia pari prosecutus est.' Nec est cur dicat aliquis cum Barthio: 'Æmilius Probus, in ævo Theodosii, Cornelii Nepotis Libros in Epitomen redegit.' Namque aliud Nepos ipse concinnitate ac brevitate sua demonstrat; idque

maxime his Præfationis suæ verbis: ‘ Sed plura persequi, tum magnitudo voluminis prohibet, tum festinatio, ut ea explicem quæ exorsus sum.’

Adde et ista quæ Pelopidæ vitæ initio sic leguntur: ‘ Cujus de virtutibus dubito quemadmodum exponam: quod vereor, si res explicare incipiam, non vitam ejus enarrare, sed historiam videar scribere:’ et ex Epaminonda: ‘ Plurima quidem proferre possemus, sed modus adhibendus est, quoniam uno hoc volumine vitam excellentium virorum complurium concludere constituimus.’ Quæ quidem indicant, omnia complexum fuisse ea brevitate, ut in Epitomen redigi minime opus fuerit.

De origine vero, seu Patria ejus; ipsum Padi accolam testatur Plin. lib. III. 18. his verbis: ‘ contrario eorum percussu mari interjecto dulcescente, plerique dixere falso, et Nepos Cornelius Padi accola.’ Unde Catullus Veronensis Poëta, ad ipsum, tanquam ad civem suum virumque illustrem, opus suum mittens, Italum vocat Epig. I.

‘ Cui dono lepidum novum Libellum,  
Arida modo pumice expolitum?  
Corneli, tibi; namque tu solebas  
Meas esse aliquid putare nugas.  
Jam tum, cum ausus es unus Italorum  
Omne ævum tribus explicare chartis,  
Doctis, Jupiter! et laboriosis,’ &c.

Cui tamen opinioni Ausonius Latino Pacato Drepanio scribens, his verbis refragari videtur, quibus ad superiora Catulli verba alludit:

‘ Cui dono lepidum novum Libellum?  
Veronensis ait Poëta quondam,  
Inventoque dedit statim Nepoti.  
At nos illepidum rudem Libellum,  
Burras, quisquilias, ineptiasque  
Credemus gremio cui fovendum?  
Inveni (trepidæ silete nugæ)  
Nec doctum minus, et magis benignum  
Quam quem Gallia præbuit Catullo.’

At facile Ausonius cum Catullo conciliabitur, cum certum sit, ideo Gallum vocari, quod nimirum Italia transpadana, Gallia togata diceretur. Et quamvis sint nonnulli, qui de patria ejus urbe se quicquam habere comperti negent: nihilominus tamen, præter scriptores a nobis jam laudatos, multi alii sunt gravissimi viri qui id confirmant, ipsumque Veronensem civem esse dicant, utpote qui ortus sit ex vico Veronensium Hostilia, ad Padi ripas sito. Sic Vosius in Nepotis vita: ‘At,’ inquit, ‘Veronensem fuisse in Leandri Alberti Italia lego: uti et in Cosmographia optimi atque amicissimi quondam viri, Pauli Merulæ. Immo ex Veronensium Historicorum syllabo (quem doctissimus amplissimusque Alexander Becellus, Veronensis Urbis Cancellarius fecit, ac illustrissimus Comes Fernandus Nogarola, vir ut genere, ita literarum studio nobilissimus, cum Laurentio Pignorio, atque is mecum communicavit) intelligo natum fuisse Nepotem in Hostilia; qui Veronensium vicus est, Tacito, Plinio, Cassiodoro, et Antonino in Itinerario memoratus, hodieque Ecclesiasticæ Veronensium Jurisdictioni subditus.’ Sic etiam Onuphrius Panvinus Catalogo illustrium scriptorum Veronensium, Lib. VI. Antiquit. ‘Constantissimo,’ inquit, ‘Civitatis nostræ testimonio Cornelium Nepotem virum doctissimum, et antiquitatum omnium peritissimum, Veronensem fuisse traditur: cui in summa Curia cum reliquis Veronensibus illustribus, etiam statua posita est ex publica auctoritate.’

Ex quibus omnibus jam liquido patet ex quam Patria Cornelius noster ortus sit. Nunc, cujus fuerit ætatis indicemus.

Hunc Julii Cæsaris et Augusti temporibus floruisse pluribus argumentis manifestum est: quorum primum illud esto, quod nempe Catullus Poëta ad eum opus suum, ut supra ostendimus, direxerit; quem Marii et Syllæ temporibus natum esse certum est, et ad Cæsarem usque jam rerum potitum pervenisse. Deinde, hunc Ciceronis familiarum testatur Gellius lib. xv. 28. ‘Cornelius Nepos,’ inquit, ‘et rerum memoriæ non indiligens, et M. Ciceronis,

ut qui maxime, amicus familiarisque fuit.' Immo et secundum Ciceronis Epist. librum ad Nepotem Macrobius citat, Saturn. lib. 11. 1. cujus hæc sunt verba: 'Testis idem Cicero, qui in libro Epistolarum ad Cornelium Nepotem secundo, sic ait.' Si, itaque, familiaris Ciceronis fuit Corn. Nepos; si ad eum Epist. lib. 11. scripsit, certe ambos fuisse coætaneos necesse est: atque adeo cum Tullius sub Julio et Augusto Cæsare, usque ad Antonii, Octavii, et Lepidi Triumviratum vixerit, his quoque temporibus Cornel. Nepotem vixisse dicendum est. Adde quod Nepotem Augustæo ævo obiisse, Plinius lib. IX. 39. his verbis testatur: 'Nepos Cornelius, qui Divi Augusti principatu obiit, me, inquit, juvene violacea purpura vige-  
bat.' Cui opinioni respondet Eusebius in Chronico: 'Octaviani Imperii anno quarto, Olympiade cxxcv. Corn. Nepos Scriptor Historicus clarus habetur.' Quæ testimonia in eo consentiunt, ut Cornel. Nepotem Catulli, Tullii, Julii, Octaviique Cæsaris coætaneum fuisse manifeste exhibeant.

Jam unum reliquum est quod absolvamus; ut, scilicet, quot, quæque operum genera Cornelius noster fecerit, aperiamus. Certum est autem, præter Librum hunc de vita excellentium Imperatorum, alios complures scripsisse, quos, vel incuria hominum vel injuria temporum, amisimus. Ac primo tres Historiarum libros, quibus omne ævum comprehenderit, liquido testatur Catullus jam multoties citatus, initio Hendecasyllaborum, quem locum nuper laudavimus.

'Jam tum, cum ausus es unus Itatorum  
Omne ævum tribus explicare chartis,  
Doctis, Jupiter! et laboriosis,' &c.

Secundo, se librum de Historicis Græcis conscripsisse, ipsemet in Dione his verbis commemorat: 'Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita, qui de Historicis Græcis conscriptus est.' Præterea, separatim lib. de Catonis vita scripsisse ejusdem verba indicant, jam in Catone superius laudata sub finem. Chronica pariter scripsisse, ex his Gellii verbis, lib. XVII. 21. comperimus: 'Ante Roman



conditam, ut Cornel. Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum et sexaginta.' Quod et Ausonius testatur Epist. ad Probum Præfectum Prætorio, his verbis: ' Apologos Titiani, et Nepotis Chronica, quasi alios Apologos (nam et ipsa instar sunt fabularum) ad Nobilitatem tuam misi, gaudens, atque etiam glorians fore aliquid, quod ad institutionem tuorum, sedulitatis meæ studio conferatur.' Ipsum etiam Ciceronis vitam scripsisse, ex Gellii lib. xv. 28. cognoscimus: ' atque is tamen' (de Nepote loquitur) ' in primo librorum quos de vita illius' (scilicet Ciceronis) ' composuit, errasse videtur,' &c. Nec hic ejus operum terminus; sed et inter Commentatores a Tertulliano in Apologetico adversus Gentes cap. 11. annumeratur: ' Saturnum itaque,' inquit, ' quantum Literæ docent, neque Diodorus Græcus aut Tallus, neque Cassius Severus aut Cornelius Nepos, neque ullus Commentator ejusmodi Antiquitatum, aliud quam hominem promulgarunt.' Immo et vitam Illustrium Scriptorum composuisse, Hieronymus de vita Scriptorum Ecclesiasticorum his verbis commemorat: ' Scripserunt de vita Illustrium Scriptorum apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus Caristius, Satyrus, doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus Musicus. Apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus, et ad cujus nos exemplum vis provocare, Tranquillus.' Denique et exemplorum libros contexuisse, ex Gellii libro vii. 18. agnoscimus: ' Cornelius autem Nepos,' inquit, ' in Libro exemplorum v. id quoque literis mandavit,' &c. Quidam etiam, inter quos Hermolaus Barbarus, Castigat. in Plin. lib. xv. 29. censet Libellum de Viris Illustribus, qui Plinio tribui solet, Cornelii Nepotis esse, idque veteribus Codicibus astrui posse asserit. Ego tamen Aurelii Victoris opus crediderim, licet forte multa ex Nepote Victor excerpserit. Etiam Daretum Phrygium a Nepote translatum quidam arbitrantur; quod tamen falsum existimo, cum dictio ejus Augustæum ævum, quo tempore scripsit Nepos, minime sapiat. Ut ut sit, illud unum certum est, quod scilicet hæc omnia Nepo-

tis opera injuria temporum perierunt, unumque de vita Excellentium Imperatorum opus ad nostram usque memoriam pervenisse, ex quibus viginti duos exterarum Gentium Imperatores habemus; duos vero duntaxat Romanos, cum reliquos amiserimus, ut ex his ipsius verbis patet in extrema Hannibalis vita: 'Sed nos tempus est hujus Libri facere finem, et Romanorum explicare Imperatores; quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri præferendi sint, possit judicari.' Quod ergo residuum est accipe, illustratum vide, restitutum fove.

# TESTIMONIA ET JUDICIA

DE

## CORNELIO NEPOTE.

---

---

### TESTIMONIA VETERUM SCRIPTORUM.

NEPOS IPSE IN VITA ATTICI, CAP. 13.

ATQUE hoc non auditum, sed cognitum prædicamus. Sæpe enim propter familiaritatem domesticis [Attici] rebus interfuimus.

M. TULLIUS CICERO,

LIB. XVI. AD ATTIC. EP. V.

Nepotis epistolam expecto. Cupidus ille meorum? qui ea, quibus maxime γαυριῶ, legenda non putet? Et ais, μετ' ἀμύμονα: tu vero ἀμύμων, ille quidem ἄμβροτος.

C. VALER. CATULLUS,

IN LIBELLO CARMINUM AD CORNEL. NEPOTEM, CARM. I.

Quoi dono lepidum novum libellum,  
Arida modo pumice expolitum?  
CORNELI, tibi. Namque tu solebas  
Meas esse aliquid putare nugas,

Jam tum, cum ausus es, unus Italorum,  
 Omne ævum tribus explicare chartis,  
 Doctis, Jupiter! et laboriosis.  
 Quare habe tibi, quicquid hoc libelli est,  
 Qualecumque : quod, o patrona virgo,  
 Plus uno maneat perenne sæclo !

**POMPONIUS MELA,**

LIB. III. DE SITU ORBIS, CAP. 5.

Cornelius Nepos, ut recentior auctor, ita certior.

**PLINIUS,**

LIB. III. NATUR. HISTOR. CAP. 18.

Nepos Cornelius, Padi accola.

IDEM, LIB. V. CAP. 1.

Minus profecto mirentur portentosa Græciæ mendacia,  
 . . . qui cogitent, nostros nuper paulo minus monstrifica  
 quædam tradidisse : prævalidam hanc urbem, majoremque  
 Carthagine magna, . . . quæque alia Cornelius Nepos avi-  
 dissime credidit.

IDEM, LIB. IX. CAP. 39. ET LIB. X. CAP. 23.

Nepos Cornelius, qui divi Augusti principatu obiit.

**PLINIUS JUNIOR,**

LIB. IV. EPIST. 28.

Herennius Severus, vir doctissimus, magni æstimat in  
 bibliotheca sua ponere imagines municipum tuorum, Cor-  
 nelii Nepotis et Titi Cassii ; petitque, si sint istic, ut esse  
 credibile est, exscribendas pingendasque delegem. Quam  
 curam tibi potissimum injungo : primum quia desideriis  
 meis amicissime obsequeris ; deinde quia tibi studiorum  
 summa reverentia, summus amor studiosorum ; postremo

quod patriam tuam omnesque, qui nomen ejus auxerunt, ut patriam ipsam, veneraris et diligis.

IDEM, LIB. V. EPIST. 3.

Scio non corrumpi in deterius, quæ aliquando etiam a malis, sed honesta manere, quæ sæpius a bonis fiunt. Inter quos vel præcipue numerandus est P. Virgilius, Cornelius Nepos, et prius Ennius Acciusque; non quidem hi senatores, sed sanctitas morum non distat ordinibus.

A. GELLIUS,

LIB. XV. NOCT. ATTIC. CAP. 28.

Cornelius Nepos et rerum memoriæ non indiligens, et M. Ciceronis, ut qui maxime, amicus familiarisque fuit.

Q. SEPTIMIUS FLORENS TERTULLIANUS,

LIB. II. AD NATIONES, CAP. 12.

Extat apud literas vestras usquequaque Saturni census. Legimus apud Cassium Severum, apud Cornelios Nepotem et Tacitum, apud Græcos quoque, Diodorum, . . . quique alii antiquitatum canos collegerunt.

IDEM, IN APOLOGETICO, CAP. 10.

Saturnum, quantum literæ docent, neque Diodorus Græcus aut Thallus, neque Cassius Severus aut Cornelius Nepos, neque ullus commentator ejuscemodi antiquitatum, aliud quam hominem promulgarunt.

MINUCIUS FELIX,

IN OCTAVIO, CAP. 22.

Saturnum omnes scriptores vetustatis, Græci Romanique, hominem prodiderunt. Scit hoc Nepos et Cassius in historia, et Thallus ac Diodorus hoc loquuntur.

## L. CŒLIUS LACTANTIUS FIRMIANUS,

LIB. I. DIVIN. INSTITUT. CAP. 13.

Omnes, non tantum poëtæ, sed historiarum quoque ac rerum antiquarum scriptores, hominem fuisse [Saturnum] consentiunt, qui res ejus in Italia gestas memoriæ prodiderunt: Græci, Diodorus et Thallus; Latini, Nepos, et Cassius, et Varro.

## S. HIERONYMUS,

IN CHRONICO EUSEBIANO, NUM. MDCCCCLXXVII. AD OLYMP. CLXXXV. ANN. I.

Cornelius Nepos, scriptor historicus, clarus habetur.

IDEM, IN PRÆFAT. AD LIBR. DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

Hortaris, Dexter, ut, Tranquillum sequens, ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram, et, quod ille in enumerandis gentilium literarum fecit viris illustribus, id ego in nostris faciam. Fecerunt quidem hoc idem apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus, doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus Musicus; apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, et, ad cujus nos exemplum vis provocare, Tranquillus.

## D. MAGNUS AUSONIUS,

CARMINE AD LATINUM PACATUM DREPANIUM EPIGRAMMATIS PRÆFIXO.

Cui dono lepidum novum libellum?  
Veronensis ait poëta quondam,  
Inventoque dedit statim Nepoti.  
At nos illepidum, rudem libellum,  
Burras, quisquillas, ineptiasque

Credemus gremio cui fovendum?  
 Inveni (trepidæ silete nugæ)  
 Nec doctum minus, et magis benignum  
 Quam quem Gallia præbuit Catullo.

IDEM, EPISTOLA XVI. AD PROBUM PRÆF. PRÆT.

Apologos Titiani, et Nepotis chronica, quasi alios apologos (nam et ipsa instar sunt fabularum), ad nobilitatem tuam misi, gaudens atque etiam glorians, fore aliquid, quod ad institutionem tuorum sedulitatis meæ studio conferatur.

## JUDICIA RECENTIORUM SCRIPTORUM.

ONUPHRIUS PANVINIUS,

Catalogo illustrium script. Veronensium, l. vi. antiquit.

Constantissimo civitatis nostræ testimonio C. CORNELIUM NEPOTEM, virum doctissimum, et antiquitatum omnium peritissimum, Veronensem fuisse, traditur, cui in summa curia cum reliquis Veronensibus illustribus etiam statua posita est ex publica auctoritate. Eum Plinius, *Hist. Nat.* III. 18. Padi accolam vocat, et alibi sæpius de eo mentionem facit. Ortus siquidem in vico Veronensium Hostilia, ad Padi ripas sito, ut Tacitus auctor est, l. XIX. *historiæ Augustæ*. Pius quoque Papa II. in *Asiæ descriptione*, cum Veronensem aperte fuisse scribit. Ad hunc Catullus opus suum misit, tanquam civem suum: ‘*Quoi dono lepidum novum libellum?*’ Hic in urbe Ciceronis et Cæsaris tempore vixit, pervenitque usque ad Augusti principatum. Scripsit disertissime ‘*Illustrium virorum vitas.*’ Quarum tantum Pomponii Attici extat, quæ ceterarum facile specimen potest judicari.

M. ANT. MURETUS,

LIB. VII. VAR. LECT. CAP. I.

Perlegans extat Æmilii Probi ad T. Pomponium Atti-

cum libellus, quo Græcorum imperatorum vitæ mundissimo ac castissimo orationis genere explicantur.

### HIERON. MAGIUS,

#### LIB. IV. MISCELLANEORUM, CAP. 15.

Joannes Michael Brutus, nobilis nostræ ætatis Historicus, mensibus superioribus, cum apud Jordanum Ziletum, Bibliopolam, essemus, me percunctabatur, an adhuc Basileæ cusus esset ‘Æmilii Probi liber de vita excellentium imperatorum,’ quem ego ex vetustorum exemplarium collatione a mendis non paucis repurgavi, annotationibusque auxi, ac pro viribus illustravi. Aderat Arnoldus Arlenius, Probiq̄ue audita mentione, se ejus libri calamo exaratum exemplar, quod Ferrariæ emisset, habere dixit. Hujus legendi cum incredibilis me cupido incesseret, precibus ab eo contendi, ut libri saltem ad tridui tempus, quo percurrendi facultas esset, mihi copiam faceret. Hunc cum ille ad me misisset, avide legere cœpi. Titulus erat hujusmodi: *ÆMYLII PROBI DE IMPERATORIBUS EXTERARUM GENTIUM LIBER*. Finis libri, si epigramma Probi ejusdem, quod nos ex vetustis exemplaribus in epistola ad Gregorium Angelerium et Paulum Ligium posuimus, excipias, qualis in vulgarioribus codicibus. E scribæ vero penore subjecta verba: ‘Completo est opus Æmylii Probi Cornelii Nepotis.’ Post prænotatum titulum hæc se mihi statim verba obtulerunt: ‘Non dubito fore plerosque, qui Atticæ hoc genus scripturæ leve,’ &c.; quæ lectio probabilior ea, quæ in omnibus reliquis codicibus, quos ego legerim, videri potest, cum illi sic habeant: ‘Non dubito fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturæ leve,’ &c. Quandoquidem neutiquam frivolis argumentis jam fuit in citata epistola a nobis demonstratum, Æmilium Probum Pomponii Attici coætaneum non fuisse: quin opus hoc Theodosio Imperatori esse dicatum; cujus rei epigramma illud ad Theodosium præbeat testimonium. A principe autem Græciæ civitate suam scriptionem appellat ‘Atticam,’



quod Græcorum imperatorum vitas complexura esset, licet id non admodum proprie dictum videatur, cum sermone utatur Latino, non Græco. Sed dices: Cum duos ille libros scripserit, quorum posterior, ut ipsemet testatur, 'vitas Romanorum imperatorum' contineret, ac præfatio ambobus communis fuisse credi possit, quos 'libri' voce appellaverit, inquit, 'Et in hoc exponemus libro de vita excellentium imperatorum,' ut etiam titulus Aldinorum exemplarium demonstrat; rationi haudquaquam est consentaneum, 'Atticam' dici scripturam, quæ æque et Græcos et Latinos imperatores contineat. Respondeo, præfationem hanc ad priorem duntaxat librum pertinere, cum in eâ nulla Latinorum facta sit mentio, de quibus altera privatim præfatione, quæ posteriori libro præfixa de more sit, loqueretur. Quod vero spectat ad illa verba, 'Et in hoc exponemus libro de vita excellentium imperatorum,' 'librum' ego accipi puto non pro universo opere (quod alias fortasse non sine errore feci), sed pro libro uno; 'Græcorum' autem non addi mentionem, quia jam de Græcis agendum esse, sit dictum, nulla tamen muneris imperatorii facta mentione, quæ modo apponatur, ne de omnium promiscue insignium Græciæ virorum vita hic lector agendum esse crederet. Vides, quantum sit collocationis voculæ unius momentum. Relativo ergo voci, *Atticæ*, præposito, omnia recte habere videntur, et quædam difficultates facessunt, quæ olim nos circumveniebant, dum Probum Theodosii ætate vixisse affirmarem. Verum candidi lectoris esto iudicium; non enim hæc iudicandi, sed iudicis admonendi instruendique consilio attulimus.

### OBERTUS GIFANIUS,

IN INDICE LUCRETIANO, VOCE 'REFUTATUS.'

'Nepos in vita Alcibiadis: 'Itaque et Siciliae,' &c. Sed de illo opusculo alias fortasse accuratius. Cupio enim puriss. illum scriptorem aliquando castigatiorem edere;

quem tum docebimus esse Cornelium Nepotem, non vero Æmiliium Probum, ut vulgo putant.

### DIONYS. LAMBINUS,

#### PRÆFAT. IN CORN. NEPOTEM.

Nunc de scriptore nostro pauca dicamus, quem si ostendo vixisse Pompeii Magni, et Cæsaris, et Ciceronis, et Attici, et ceterorum ejusdem ætatis hominum temporibus, hoc est, quo tempore respublica Romana populari potentia, sive democratia, et optimatum principatu, sive aristocratia, gubernabatur; vinco, opinor, eum non floruisse Theodosio imperante, quod quidam volunt. Hoc igitur cum multis argumentis demonstrare possim, duobus contentus ero: quorum hoc erit primum, quod statim ab initio, et proœmio libri, Atticum nominatim appellat, ipsique adeo Attico librum inscribit, ac dedicat, ibi, ‘ Non dubito fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturæ,’ &c. Neque est quod quisquam mihi dicat, alium hunc esse Atticum, quam eum ad quem scripsit M. Tullius. Qui hæc loquuntur, nodum in scirpo quæerunt. Quod autem quidam testantur, se in quodam libro Ms. ita scriptum reperisse, *Non dubito fore plerosque, qui Atticæ hoc genus scripturæ leve, &c.* atque hanc scripturam probabiliorem esse recepta sibi videri dicunt; næ illi judicio sunt parum subtili aut limato, quibus hæc lectio probari omnino potuerit, cum ea quidem sit ineptissima atque absurdissima: ratio autem, qua eam tutantur, levissima et maxime ridicula, auctorem idcirco hanc scriptionem appellasse ‘ Atticam’ a principe Græciæ civitate, quod imperatorum Græcorum vitas complectatur. Quasi vero sermo a natione personarum, de quibus habeatur, sit appellandus Græcus, aut Latinus, aut Gallicus, aut Hispanus, et item de ceteris. Ego vero scripturam illam furcis expellendam esse, et hanc receptam mordicus retinendam esse dico. Eodem pertinet, quod in Catone scribit, ‘ se plura de vita et moribus Catonis in eo libro persecutum esse, quem separatim de eo, rogatu Titi Pomponii Attici,

fecit.' Alterum argumentum est, quod nemo ætate Theodosii sic locutus est, ut hic scriptor loquitur. Est enim filum hujus orationis subtile, pressum, limatum, et plane Atticum, genusque dicendi nativum, parum, elegans, nitidum, non elaboratum, non longe arcessitum, non putidum, non insolens, neque teretibus auribus odiosum; sed plane Romanam simplicitatem et munditiem referens ac redolens, quali fere sermone aut Cæsar in commentariis suis utitur, aut M. Tullius in epistolis ad Atticum, et in nonnullis ad familiares. At eorum, qui Theodosiorum ætate floruerunt, nemo sic Latine locutus est; sed omnes dicendi genus vel longe arcessitum, vel impolitum, vel tumidum atque inflatum, vel, ut appellant, floridum, et fucatum, vel adipatum, et pingue, vel inquinatum, et sordidum, vel peregrinum, et hyposolœcum usurparunt. Ad hæc argumenta accedat ipsius auctoris testimonium. Ipsum, inquam, hujus libri scriptorem, testem citabo, et testimonium contra eos, qui eum Theodosii æqualem fuisse contendunt, dicentem producam. Sic igitur in Miltiade (1. 6.): 'Cujus victoriæ, non alienum videtur, quale præmium Miltiadi sit tributum, docere: quo facilius intelligi possit, eandem omnium civitatum esse naturam. Ut enim populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues; ob eamque causam gloriosi, nunc autem effusi atque obsoleti; sic olim apud Athenienses fuisse reperimus.' Hæc verba arguant, hunc librum scriptum esse, quo tempore penes populum aliqua etiam potestas erat. Nam quo tempore Theodosius imperabat, nihil poterat populus. Sic idem ibidem (1. 8.): 'Omnes autem et habentur et dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea civitate, quæ libertate usa est.' Quis, mediocriter in Latinis historiis legendis versatus, non sentit continuo, cum hæc audit aut legit, ea non esse scripta ab homine in regno, vel in potentia singulari, nato atque educato? Nam si ita scripsisset, Theodosium eadem opera 'tyrannum' appellasset, qui singularem potentiam, et regnum in civitate olim libera obtinebat, quamvis populum non liberum, sed jam servituti assuefactum, acceperat:

quod quantæ imprudentiæ ac dementiæ fuisset! Nunc autem, Pompeio et Cæsare inter se contententibus, et utroque probabilem ac speciosam belli causam afferente, quasi vel libertatem, vel jus tribunitiæ potestatis, vel auctoritatem senatus, et leges antiquas, et morem majorum defendente, populi libertate denique nondum prorsus oppressa, libere quidem hæc dicuntur, sed neque imprudenter, et sine periculo. In Thrasybulo (VIII. 2.) sic: ‘Neque tamen pro opinione Thrasybuli auctæ sunt opes; nam jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant.’ Significat auctor hujus libri, homines etiam temporibus illis, quibus vixit Thrasybulus, quemadmodum suis, paratiores ad defendendam libertatem fuisse verbis, quam factis. Ex quo intelligere licet, eum libertati favisse, et a potentia singulari animum alienum habuisse: quod longe secus esset, si Theodosii ætate florisset. Videat lector et quæ ad hunc locum annotavimus. In Dione (x. 9.) sic: ‘Hic, sicut ante sæpe dictum est, quam invisa sit singularis potentia, et miseranda vita, qui se metui, quam amari, malunt, cuivis facile intellectu fuit.’ Etiam hic locus argumento est, non solum tyrannidem, quæ semper injusta, et odio digna est, verum etiam singularem potentiam, quæ potest esse justa et populo grata, qualis est justorum regum, huic scriptori invisam fuisse. Quod si hic liber, Theodosio imperium obtinente, scriptus esset, itane licenter et aperte hujus libri opifex adversus singularem potentiam, quæ nihil aliud est, quam *μοναρχία* aut *βασιλεία*, hoc est, regnum, styli sui mucronem destrinxisset? In Epaminonda (xv. 10.) sic: ‘Quo tempore, duce Pelopida, exules Thebas occuparunt, et præsidium Lacedæmoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quamdiu facta est cædes civium, domo se tenuit; quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret: namque omnem civilem victoriam funestam putabat.’ Videtur his verbis noster scriptor et belli civilis auctores, Pompeium et Cæsarem, in quo tantum sanguinis civilis profusum sit, notare, et tacite Pomponii

Attici consilium approbare, qui bellis civilibus, quæ in ejus ætatem inciderunt, interesse noluerit, sed domi se continuerit, et quieverit, quod quidem prudentissimi viri consilium factumque exitus comprobavit. Nam aliis omnibus, qui vel has, vel illas partes secuti erant, aut proscriptis et jugulatis, aut in acie interemptis, unus Atticus salvus ex tot tantisque reipublicæ fluctibus emersit. Itaque de eo ita Cornelius Nepos in ejus vita (xxv. 10.): ‘Quod si gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hyeme marique scopuloso servat; cur non singularis ejus existimetur prudentia, qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus ad incolunitatem pervenit?’ In Agesilao (xvii. 4.) sic: ‘In hoc non minus ejus pietas suspicienda est, quam virtus bellica: qui, cum victori præesset exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi, tanta modestia dicto audiens fuit jussis absentium magistratum, ut si privatus in comitio esset Spartæ. Cujus exemplum utinam imperatores nostri sequi voluissent!’ Hic locus clamat, auctorem hujus libri carpere et notare Pompeii et Cæsaris, sed maxime Cæsaris, potentiam non ferendam, qui imperium et exercitum retinere ultra tempus lege concessum voluerit. Etiam ad hunc locum vide quæ annotavimus. In Eumene (xviii. 1.) sic: ‘Itaque eum habuit ad manum scribæ loco: quod multo apud Graios honorificentius est, quam apud Romanos. Nam apud nos revera, sicut sunt, mercenarii scribæ existimantur.’ Etiam hic locus indicat, hunc librum esse scriptum Romanis potentia populi et auctoritate optimatum utentibus, non imperatoribus dominantibus. Quod planius fiet, si quis legat, quæ etiam ad hunc locum annotavimus. Ibidem (xviii. 3.) sic: ‘Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur: etenim semper habiti sunt fortissimi, qui summam imperii potirentur.’ Hic quoque locus declarat, hunc librum esse scriptum, quo tempore populus Romanus imperii summam obtinebat, non quo imperatores omnia in suam potestatem redegerant. Nam, imperatoribus dominantibus, Germani et barbaræ nationes firmamentum et robur erant

exercituum, non Romani aut omnino Latini. Ibid. (XVIII. 8.) sic: 'Namque illa phalanx Alexandri Magni, quæ Asiam peragrarat, deviceratque Persas, inveterata cum gloria, tum etiam licentia, non parere se ducibus, sed imperare postulabat: ut nunc veterani faciunt nostri. Itaque periculum est, ne faciant, quod illi fecerunt, sua intemperantia nimiaque licentia ut omnia perdant; neque minus eos, cum quibus steterint, quam adversus quos fecerint.' Hic locus, si attente consideretur, unaque legantur, quæ ad eum annotavimus, omnium apertissime indicat atque arguit, hujus libri scriptorem consulum annuorum, non imperatorum perpetuorum, temporibus et floruisse et scripsisse. In Catone (XXIV. 2.) sic: 'Ibi cum diutius moraretur, P. Scipio Africanus, consul iterum, cujus in priore consulatu quæstor fuerat, voluit eum de provincia depellere, et ipse ei succedere. Neque hoc per senatum efficere potuit, cum quidem Scipio in civitate principatum obtineret: quod tum non potentia, sed jure, respublica administrabatur.' Quis non videt, his paucis verbis potentiam Pompeii, et maxime Cæsaris, vellicari ac notari? His fere argumentis ac testimoniis in hanc opinionem adducor, ut eos magnopere falli existimem, qui hujus libri scriptorem ætate Theodosii vixisse pronuntiarunt, quamvis magni nominis sint, in quibus est Robortellus. Fuerit enim quantumvis doctus, multis in rebus fuerit oculatus et perspicax, solers et acutus: ignoscant mihi tamen Robortelli manes: in hac parum vidit, valdeque fuit pinguis ac tardus. Quod autem etiam versus ad hoc probandum afferunt, iisque valde movebatur is, quem modo commemoravi, Robortellus; si quis eos attente leget, intelliget, non auctorem, et, ut ita dicam, parentem libri significari, sed scriptorem librarium, id est, eum, qui manu descripserit, quanquam discrete dicit esse descriptum a tribus, avo, matre, et filio. Sed præstat versus adscribere, ut lector eruditus et ingeniosus continuo per se intelligat, unde nata sit vulgata opinio, Æmilium Probum esse hujus libri auctorem: 'Vade, liber,' &c. (p. 19). Quis non videt, hos versus non solum inelegantes, ineptos,

et male natos, verum etiam ab aliquo nebulone indocto et barbaro, aut, ne quid gravius dicam, a scriptore librario vix semidocto, esse factos? quorum si velim singula verba justis ponderibus examinare et syllabas, pedesque dimetiri, et sententiam perpendere, et vitia omnia digito, aut etiam nutu indicare; probem quantumvis aut pervicaci, aut hebeti, dignos esse, qui levissimo alicui et vilissimo ludimagistro, versus scribendorum prurigne perusto, et versibus inscitiam atque inscientiam suam omnibus declaranti, nihil præterea assequenti, seu potius coquo fuligine cooperto, et immunditie sordibusque popinæ squalido, tribuantur. Hactenus igitur de tempore, et ætate nostri scriptoris sit a nobis disputatum. Nunc de nomine, seu nominibus videamus. Ac primum ab *Æmilio* initium sumamus. *Æmilius* igitur, seu, ut alii scribunt, *Aimilius*, nomen est gentile, idque perantiquum, et valde nobile, notum denique omnibus, qui libros Latinos vel summis digitis attigerunt. Fuerunt enim *Æmilii Barbula*, *Æmilii Papi*, *Æmilii Pauli*, *Æmilii Lepidi*. *Probus* autem cognomen est, id est, familiæ nomen, antiquis ignotum, et posterioribus temporibus, quibus sub unius arbitrio et potestate res Romana, atque adeo orbis terrarum vertebatur, natum. Extat Ausonii epistola, ordine XVIII., ex editione Christophori Plantini, ad *Probum* quendam præfectum prætorio, cujus epistolæ initium est: ‘Oblata per antiquarios mora scio promissi gratiam exspectatione consumptam, Probe, vir optime,’ &c. Sequitur deinceps ad eundem dimetrum iambicum hoc principio: ‘Perge, o libelle, Sirmium, Et dic hero meo, et tuo,’ &c. Ex quibus intelligere licet, hunc *Probum* magnum quendam, et clarum, et summis honoribus ornatum virum fuisse, et, quod fortasse magis ad rem pertinet, disertum et eloquentem. Sic enim Ausonius in illo dimetro: ‘Hunc dico, qui lingua potens Minorem Atridam præterit Orando pauca, et musica, Qui grandines Ulyssei, et Mellifluentem Nestora, Concinnatorem et Tullium,’ &c. Porro autem, præter M. Aurelium Valerium *Probum* imperatorem, qui imperavit annos quinque et menses quatuor, anno a Christo nato CCLXXIX., *Probos*

aliquot reperio, lib. III. Fastorum. In his *Sex. Anicium, Sex. fil., Petronium Probum* V. C. consulem anno a partu virginis CCCLXXIV. imperantibus Fl. Valente, et Fl. Valentiniano, altero in oriente, altero in occidente; et anno CCCLXXXII. eum, quem supra commemoravi, *Sex. Anicium, Sex. fil., Probum*, præfectum prætorio, ad quem extat illa Ausonii epistola; et anno CCCCLX. *Sex. Anicium, Sex. fil., Sex. nepotem, Petronium Probum*, consulem, imperatoribus Theodosio juniore, Arcadii filio, et Fl. Honorio Pio. Reperi et alium quendam *Mæcium Probum*, præsidem provinciæ Hispaniæ, quem commemorat Ulpianus, lib. XLVIII. digestorum, titulo de interdictis et relegatis, his verbis: ‘ Sed imperator noster cum divo patre suo huic rei providerunt. Mæcio enim Probo, præsidi provinciæ Hispaniæ, rescripserunt, etiam ea provincia interdici, unde quis oriundus sit, ab eo, qui regit eam provinciam, ubi quis domicilium habeat,’ &c. Prætermitto *Probianos*, et *Probinos*, ab his Probis leviter deflexos ac derivatos. Horum igitur *Proborum* omnium nullum hujus libri auctorem esse persuasum habeo. Si quis alius Probus, mihi ignotus, auctor fuisse dicatur; vereor, ne nunquam in natura rerum fuerit, sed inani cogitatione duntaxat depictus sit atque informatus. Jam vero Cornelius Nepos M. Tullii Ciceronis, et T. Pomponii Attici, Cn. Pompeii Magni, et C. Julii Cæsaris propemodum fuit æqualis, aut certe paulo natu minor; pervenitque ad Cæsaris Augusti, divi Julii filii, tempora, ut testatur Plinius, lib. IX. cap. 39., his verbis: ‘ Nepos Cornelius, qui divi Augusti principatu obiit.’ Ne quis autem statim nobis occurrat, atque ita dicat, Cur igitur nusquam cum commemorat M. Tullius? Commemoratur vero in epistolis ad Atticum quodam loco, et, quod longe majoris ponderis est, libros duos epistolarum, et fortasse plures ad eum scripsit, ut ex Macrobio, lib. II. Saturnal., cognoscere licet, cujus hæc verba sunt: ‘ Testis idem Cicero, qui in lib. epistolarum ad Cornelium Nepotem secundo sic ait: Itaque nostri, cum omnia, quæ dixissemus, dicta essent, quæ facete, et breviter, et acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicta



voluerunt.' Profert et Priscianus, lib. VIII. illud ex epist. Ciceronis ad Nepotem: 'Hoc restiterat etiam, ut a te fictis aggrederer donis.' *Aggrederer* passive dixit, inquit Priscianus. Et illud ejusdem ad eundem: 'Qui habet, ultro appetitur; qui est pauper, aspernatur.' Fuit autem Padi accola, ut idem Plin. testatur, lib. III. cap. 18. Ex quo Ausonius eum in Gallia facit esse natum, epistola ad Drepanium filium, quæ est ordine XXIV. his verbis, quæ eo libentius adscribam, quod versus non satis sunt emendati, etiam in editione Christophori Plantini, alioqui typographi diligentis; neque tamen spondeo me tibi multo emendatiores traditurum: 'Cui dono lepidum novum libellum? Veronensis ait poëta quondam, Inventoque dedit statim Nepoti. At nos illepidum, rudem libellum, Burras, quisquillas, ineptiasque Credemus gremio cui fovendum? Inveni, trepide silete versus' (vel, ut mavult legi Cl. Puteanus, *trepide sileto nate*, ut per *natum* librum suum significet, eumque sic alloquatur, ut parens filium; quod si recipiamus, malim legi, *trepide silete nati*), 'Nec doctum minus, et magis benignum, Quam quem Gallia præbuit Catullo. Hoc nullus mihi carior meorum, Quem pluris faciunt novem sorores, Quam cunctos alios, Marone demto. Pacatum haud dubie, poëta, dicis. Ipse est; intrepide volate versus. Hic vos diligere et volet tueri, Et nudos gremio fovere tuto.' (Hoc autem ordine hos proximos versus esse legendos, et, pro *fovete*, *fovere* reponendum, vidit Cl. Puteanus; idem tamen *nudum in gremio* legit, ut habet editio Lugdunensis et Antverp., ut congruat cum voce *nate*.) Neque vero quenquam movere debet, quod Catullus hunc eundem Nepotem Italum fuisse significat, primis versibus: 'Cui dono lepidum, novum libellum, Arida modo pumice expolitur? Corneli, tibi: namque tu solebas Meas esse aliquid putare nugas Jam tum, cum ausus es, unus Itolorum, Omne ævum tribus explicare chartis.' Nam ora Gallica ex antiqua descriptione ab Ancona initium ducit, et usque ad Alpes porrigitur; et tamen nunc *Italia* dicitur, *Italiaque* olim dicebatur. Itaque et qui trans Padum usque ad Rubiconem, et qui cis Padum usque ad Alpes in-

colebant, *Galli* dicebantur. Illa enim erat *Gallia togata*, hæc *Transpadana* (eas appello ut homo Gallus, et in urbe Lutetia hæc scribens, aliter appellaturus, si Romæ scriberem). Et rursus iidem utrique Itali dicebantur, si quidem verum est, Italiam a natura Alpibus fuisse munitam, ut est, Alpesque et nunc esse, et olim fuisse communes Italiae et Galliae terminos. Restat nunc, ut sententiam meam aperiam, videaturne *Æmilius Probus*, an *Cornelius Nepos* harum vitarum scriptor. Difficile quidem et periculosum iudicium est: verumtamen, cum et mihi persuasum sit, has vitas, antequam imperatores perpetui dominatum Romæ obtinerent, esse scriptas, et *Probus* non sit illorum prisorum temporum cognomen, sed recentiorum, et longe posteriorum; mihi videtur *Cornelius Nepos* potius, quam *Æmilius Probus*, verus hujus libri parens et auctor esse agnoscendus: ita tamen ut suum cuique iudicium liberum relinquam, neque hoc mihi sumam, ut, qui aliter sentiant, tanquam desipientes aut errantes, a me condemnentur. Scripsit autem *Cornelius Nepos* *Chronica*, ut testatur *Ausonius* epistola illa quam supra commemoravi, cujusque initium indicavi: ‘Oblata per antiquarios mora,’ &c. Quæ et a *Tertulliano* in *Apologetico* adversus gentes fortasse significantur his verbis: ‘Saturnum itaque, quantum literæ docent, neque *Theodorus Græcus*, aut *Thallus*, neque *Cassius Severus*, aut *Cornelius Nepos*, neque ullus commentator hujusmodi antiquitatum, aliud, quam hominem, promulgarunt;’ eademque fortasse significat et *Catullus* in primo illo carmine, quod supra protulimus, versibus illis: ‘Jam tum, cum ausus es, unus Italarum, Omne ævum tribus explicare chartis.’ *Cornelium Nepotem*, tanquam historicum, producit testem et *Plutarchus*, cum alibi, tum in *Marcello* sub extremum; et *Aulus Gellius* (*Aulus Gellius*, inquam, non *Agellius*, ut quidam nuper exorti homines, novitatis, quam veritatis cupidiores, novo et Romanis inaudito nomine appellare cœperunt), lib. xvii. c. 21.; et *Lactantius Firmianus*, lib. i. c. 13.; et *Julius Solinus*, c. 2. Profert et *Charisius*, lib. i. *Instit. gramm.*, verba *Cornelii Nepotis* ex lib. xvi.

Illustrium Virorum. Citat eundem testem in voce *subinde* ex lib. II. Profert et Priscianus, lib. VIII. hæc ex Nepote, non commemorato aut indicato libro: ‘Ædis Martis est in circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio.’ Præterea harum vitarum scriptor ait in Dione (x. 3.) se librum de historicis scripsisse, qui hodie non extat. Scripsit Nepos et T. Pomponii Attici vitam, ex qua, quanta Nepoti cum Attico familiaritas intercesserit, cuius intelligere licet. Fuisse autem Nepotem etiam M. Tullio admodum familiarem, declarant epistolarum libri ab hoc ad illum scriptarum, ut supra diximus. Postremo sententiam meam adjuvat doctorum quorundam testimonium, qui scriptum reliquerunt, se in uno codice manuscr. ad calcem libri hæc verba adscripta reperisse: ‘Completum est opus Æmilii Probi, Cornelii Nepotis.’ Quis non videt, hæc esse scripta a librario hæsitante, et dubitante, et incerto de hujus libri auctore, cum eum hinc *Cornelii Nepotis*, hinc *Æmilii Probi* nomina et cognomina perturbarent?

### CASP. SCHOPPIUS,

LIB. II. VERISIMIL. CAP. 10.

Corn. Nepos, qui male vulgo Æmilius Probus dicitur.

### IDEM,

CONSULTATIONE II. DE PRUDENTIÆ ET ELOQUENTIÆ  
PARANDÆ MODIS.

Novissimos aureæ ætatis facio Ciceronem, Cæsarem, Corn. Nepotem, &c. In Nepotis tamen vitas dubium non est nonnulla posterioribus sæculis irrepsisse ab ævi Augustei auro remotiora, Æmilii, credo, Probi opera, cujus nomen multis sæculis libellus Nepotis præscriptum habuit.

## JO. SAVARO,

IN PRÆF. AD NOT. SUAS IN ÆMIL. PROBUM DE VITA  
EXCELL. IMPP.

Hunc librum *Corn. Nepoti* asserit ipsa præfatio: ‘ Non dubito fore plerosque, Attice,’ &c., et ex vita Catonis, illa: ‘ Hujus de vita et moribus plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus, rogatu T. Pomponii Attici,’ &c.; cujus quidem libri fragmentum, ex Cornelio Nepote, laudare videtur Gellius, lib. XI. cap. 8. Præterea ‘ libros de Viris illustribus,’ veterum scriptis celebres, qui Nepoti tribuuntur, ab hujus libri auctore confectos esse, satis apparet ex fine Hannibalis vitæ: ‘ Sed nos tempus est, hujus libri facere finem, et Romanorum explicare imperatores, quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri præferendi sint, possit judicari.’ Tanta etiam suavitas est sermonis Latini, ut appareat, in eo nativum quendam leporem esse, non adscitum, et jam ævo Theodosii desitum, quo non parum inclinata erat Latiaris eloquentia. *Æmilium* autem *Probum*, cujus nomine circumfertur hic liber, Theodosio regnante vixisse, et hujusce libri exscriptorem potius esse, quam auctorem, patet ex his versibus: ‘ Vade, liber,’ &c. (p. 19.) Hic ergo suo auctori reddatur, quem sibi Corn. Nepos justo titulo vindicat, quemque coævo suo et familiari Pomponio Attico dedit, cujus etiam rogatu vitam M. Catonis separatim scripsit, et illi superstes, elegantissimam ejusdem vitæ consuetudinem elegantia pari prosecutus est. Præter ‘ *Chronica*,’ ‘ *libros Exemplorum*,’ ‘ *de Viris illustribus*,’ et ‘ *de vita Catonis*,’ librum se ‘ *de historicis Græcis*’ conscripsisse testatur in Dione: ‘ Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita, qui de historicis Græcis conscriptus est.’ (Sic enim ex Mss. bona fide supplevi) atque alterum edidit ‘ *de Latinis historicis*,’ ex quo excerpta esse fragmenta Corneliæ, Gracchorum matris, Gifanii codice probatur. Quod ad Daretis Phrygii historiam, quam a Corn. Nepote Latine redditam Volaterranus et alii tradiderunt,

elegantia styli potius ducti, quam certa ratione; dispar stylus est, et dissimilis genius, et, si quid in me iudicii, Corn. Nepos illo interprete, ut annis, sic nitore sermonis, longe superior; quod, collatis utriusque scriptis, facile potest iudicari. De hoc auctore ita mihi visum est, salvo tuo, erudite lector, iudicio.

### ANDR. SCHOTTUS,

IN EP. AD LECT. NOTIS IN FRAGM. NEPOTIS SUBJECTA.

Quod auctoribus non paucis accidisse memini, ut multa ingenii monumenta, vel ipsis ablata alteri falso attribuerentur, vel aliena ipsis subjicerentur, quo in vulgus tituli lenocinio magis probarentur, et tanquam a matribus suppositi filii pro veris obtruderentur, idem *Nepoti* nostro usu venisse, didici. Librum enim 'de Vita et Moribus excellentium Græciæ imperatorum' ad T. Pomponium Atticum sequioris ætatis auctori Æmilio Probo attribuant: a quo stylus, dicendique elegans character, Attici ætas, multaque abjudicant. Scriptorem contra 'de Viris illustribus urbis Romæ,' qui a Proca ad Cn. Pompeium usque, septingentorum annorum memoriam, resque gestas virorum domi militiæque illustrium breviter colligavit, Plinio minori (cui Aldus Manutius ascripserat) ablatum, Nepoti Cornelio multorum ingratiis inscripserunt, et ex Cæcilia gente in Corneliã, obtorto collo, Itali quidam censores, Hermolaus Barbarus, Janus Parrhasius, Catellianus Cotta, et Dominicus Machæneus, alique traduxerunt. Sed neutrius mihi videri, admodum adolescens docui singulari comm. in eum auctorem, Duaci et Lutetiæ edito; et ex veterum libr. fide rationumque momentis *Sex. Aurelio Victori* jure postliminii reddidimus: cujus et historiam Augustam ante me natum nusquam, quod equidem sciam, typis vulgatam, Antverpiæ primi edidimus. Quare, ut illa Æmilio adscripta Nepotis esse γνήσια pronuntio, ita Viros illustres eidem abjudico. Sed sunt et alia spuria, et Cornelio indigna. *Daretis* enim *Phrygiæ* circumfertur de bello Trojano, cui interfuisse dicitur,

historia, quam Raph. Volaterranus sex carminum libris (qui et cum Dicty Cretensi vulgo leguntur) convertisse Nepotem tradidit; quibus et prosa oratione *narratio excidii Trojæ* præmittitur, quam et ipse in veteribus libris etiam soli *Cornelio* cuidam inscriptam vidi. Stylus sane non est aureæ illius ætatis, nedum *Cornelii*, cujus eloquentiam *Tullius*, Romanorum disertissimus, laudavit, eoque nomine carissimum habuerit. Fuisse quidem *Homero* antiquiorem scriptorem *Daretem*, *Æliani* auctoritate, et *D. Isidori* non inficior; sed hicne liber ille sit, qui ad *Æliani* usque ætatem duravit, vehementer dubito. Sic vero ille, libr. XI. variæ *Histor.* Τὸν Φρύγα δὲ Δάρητα, οὗ Φρυγίαν Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα, πρὸ Ὀμήρου καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσι. *Salustio* id opus nothum et illegitimum falsarius ille, quisquis is est, lege *Cornelia*, si deprehendatur, puniendus, inscripsit. Quem quidem *Crispum*, Rom. historiæ principem, initio statim rustice et inepte appellat: ‘Cui, inquit, nihil adjiciendum, aut diminuendum, rei formidandæ’ (fort. *formaudæ*) ‘causa putavi, alioquin meum esse posset dubitari.’ Verum enimvero germanum me reperisse parentem gaudeo; natalibus itaque restituo, auctoritatem secutus veluti familiarum censoris, *Guilielmi Camdeni*, hominis *Britanni*, qui sic *Daretis* illius ac poëmatis, in *Angliæ* historia meminit de *Isca* loquens: ‘Hoc sæculo (anno MCCXXIV.) floruit, qui hinc oriundus et cognominatus, *Josephus Iscanus*, splendidissimo ingenio poëta; cujus scripta sic probabantur, ut ad veterum scriptorum laudem pervenerint. Ejus etenim de bello Trojano poëma Germani ter sub *Cornelii Nepotis* nomine divulgavit.’ Jam vero *Alexandri* illam ad *Aristotelem* præceptorem de rebus *Indicis* epistolam, quæ *Q. Curtio Rufo* fere subjicitur, ubi et quercus edunt oracula, multa que ridicula leguntur, quis, nisi crasso et pingui iudicio præditus, ab elegantissimo *Nepote* tam incondite conversam credat? Quin et in ipsis auctoribus, vereor, ne dubia quædam, nec a *Nepote* profecta, occurrant: ut quæ in *Ciceronis* epistolis ad *Atticum* non de *Cornelio* nostro, sed fortasse de *Metello Nepote* aliove legi docuimus; et illam

mihī ἐπιγραφὴν suspectam videri apud Suetonium, *Quid differat literatus ab erudito*; et illa *Jornandis Gothici de Britannia* suspicor *Taciti* potius esse, quam *Nepotis*, ex iis libris, qui et ipsi magnam partem damno publico intercederunt. Ach. tamen *Stadius*, comment. in *Catullum*, *Nepoti* dedit; quin et *Corn. Labeonis* quædam apud *Macrobiū*, lib. 1. *Saturn.*, eidem ascripsit. Sed ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κείται. Nos de iis aliquando in libris *ψευδεπιγραφίας* plura.

## IDEM,

## LIB. III. OBSERVATT. HUMANARUM, CAP. 3.

Qui *Æmilio Probo* vulgo tribuitur de rebus et vita excellentium imp. Græciæ elegans libellus, is meo quidem sensu germanus *Corn. Nepotis* ad *Atticum*, cui inscribitur, partus est.

## CASP. BARTHIUS,

IN COMMENTATIONE DE LAT. LINGUA, ET LATINIS  
SCRIPTORIBUS.

Vitas illustrium Græciæ principum, quas *Æmilio Probo* alii, alii *Corn. Nepoti* adscribunt, libens huic ætati [secundæ sc. qua *Cicero*, *Cæsar*, *Livius*, &c. vixere] tribuam: sunt enim satis nitide et Latine conscriptæ. Sed de iis longa disputatio est. Vita *Pomp. Attici*, a *Corn. Nepote* vere exarata, omnibus ad illum *Ciceronis* epistolis adjecta est.

## IDEM,

## LIB. XXIV. ADVERSARIORUM, CAP. 18.

*Æmiliū Probū* ævo *Theodosiano* correptorem *Corn. Nepotis* fuisse, peculiari a nobis tractatione nuper vindicatum est. Et lib. xxv. cap. 15.: His diebus demonstravimus, *Æmiliū Probū* ævo *Theodosii Cornelii Nepotis* libros in *Epitomen* redegisce.

## IDEM,

## LIB. XLII. CAP. 29.

Unica, sed eleganter et proprie scripta, vita vera Corn. Nepotis ad nos venit, adeo quidem utrumque, ut Attici rebus interesse nobis videamur, quoties eam legimus; et sane ejus comparatione judicare poterant eruditi viri de alteris illis. *Eod. cap. sub finem*: Non magnopere titulis gavisum ipsum Atticum, ex descriptione sequenti constat; quam ego tam luculentam, tamque candidam et emendate scriptam puto, ut non solum Æmilii Probi vitæ, quas Epitomen Nepotis esse alibi probabimus, ad eam sordeant, sed, uno solo Suetonio excepto, nihil toto Latio inveniam exactius, et suo quodam genio absolutius.

## IDEM,

## LIB. LII. CAP. 14.

Datamen, omnium barbarorum post Hannibalem et Hamilcarem fortissimum, nisi libro peculiari celebrasset Æmilius Probus, pleraque omnia ejus facinora ignoraremus. Initio ejus vitæ apud Probum legitur: ‘De quo hoc plura,’ &c. Ceterum et in hac et in aliis omnibus vitis duo diversi scriptores maxime apparent, quod non poterit non videre, qui phrasin exactius considerabit. Itaque nos Epitomen Nepotis clare agnoscimus.

## FRANC. NICOL. TITZIUS,

## INTRODUCT. DE CORN. NEPOT. VITA ET SCRIPTIS.

Codices editionesque ad hunc diem omnes seriem vitarum exhibuerunt eam, ut 1. esset vita Miltiadis; 2. Themistoclis; 3. Aristidis; 4. Pausaniæ; 5. Cimonis; 6. Lysandri; 7. Alcibiadis; 8. Thrasybuli; 9. Cononis; 10. Dionis; 11. Iphicratis; 12. Chabriæ; 13. Timothei; 14. Datamis; 15. Epaminondæ; 16. Pelopidæ; 17. Agesilai; 18. Eumenis;



19. Phocionis; 20. Timoleontis. Tum sequebatur brevis illa de Regibus expositio, cui editores numerum 21. imposuerunt, quia ex quibusdam in ea occurrentibus verbis, cap. 1. init. et cap. 3. fin. conjectarunt, hanc partem esse synopsis alicujus libri, quem Nepos de Regibus aut separatim, aut in Viris illustribus fecerit. Deinceps dederunt, præposito numero 22. vitam Hamilcaris, et tandem, 23. loco, Hannibalis, quo librum finiverunt.

Jam vero hic primo intuitu nonne unicuique mirum videri debebat, quid sibi vita Datamis, 'fortissimi omnium barbarorum, exceptis Hamilcare et Hannibale,' ut verbis ipsius Nepotis utar, pæne in medio libri, inter vitas ducum Græcorum, vellet? Quid, quod Nepos postea, a vita Timoleontis transgressurus ad duces barbarorum, initio succinctæ illius de Regibus commemorationis, peractam eo usque libri partem respiciens ait, 'Hi fere fuerunt Græciæ gentis duces, qui memoria digni videbantur?' Ergo ne Datamem, quod vitam ejus in medio horum cernimus, in Græciæ gentis ducibus habuit? Quis hoc credat, cum ipse eum, ut vidimus, *barbarum* dixerit?

Sed aiunt editores: Evenit hoc chronologia, in vitis istis ordinandis servata, ut Datames eum locum obtineret. Audio. At nunc quæro: Unde nobis ista ad chronologiæ leges facta vitarum ordinatio? Estne ab auctore ipso instituta? Quid, si hoc negare ausim? Quid, si hanc negationem argumentis, ex ipsius operis conformatione petitis, adstruam atque sustineam? Age, hoc experiamur.

Cum accurato et sobrio scriptore res nobis est. Non solet talis in adoratione partium unius atque ejusdem historici operis a genio totius deflectere, et secum pugnare. Quo vitio hic liber ex recepta vitarum ordinatione sine dubio laborat, ut mirum sit, neminem editorum hoc adhuc satis animadvertisse. Consideremus, si placet, illam operis particulam, quæ inscribi solet *de Regibus*. Quem ordinem, quæso, in recensendis regibus auctor hic instituit? Nonne videmus illum certum quendam *gentium* ordinem sequi, atque ita singularum gentium eximios reges perpetua serie

prosequi, nulla ex aliis permixtione admissa? Sic igitur gentium prima illi memoratur *Persarum*; ex hac reges una serie producit, *Cyrum*, *Darium Hystaspis filium*, *Xerxem*, *Artaxerxem* cui erat cognomentum *Macrochir*, et *Artaxerxem* cognomine *Mnemona*. Tum sequitur gens *Macedonum*; ex eaque continuo *Philippus rex*, *Amyntæ filius*, et *Alexander Magnus*. Deinde succedit gens *Epirotarum*, et ex ea rex *Pyrrhus*. Postea gens *Sicula*, ex qua nobis producit *Dionysium priorem*. Tum denique attingit separatim *novos illos reges factos ex amicis et præfectis Alexandri Magni*, *Antigonum*, *Demetrium*, *Lysimachum*, *Seleucum*, *Ptolemæum*. At nunc paululum oculos convertamus ad seriem imperatorum Græcorum, quos hucusque se ait pertractasse auctor. Ibi, cum prorsus nihil difficultatis reperiatur, quo minus simili ratione auctor singularum Græciæ civitatum, inter se separatarum, duces excellentes perpetuo ordine producere potuerit; immo a quovis cognoscatur, hac methodo instituta minus operosum conquisitionis atque expositionis laborem in hoc opere debuisse reddi auctori; deprehendimus, post tres Atheniensium duces interpositum *Lacedæmonium unum*, deinde sequi denuo *Atheniensem unum*, et iterum *Lacedæmonium*; tum tres continuo Athenienses, quos a post insequentibus tribus abruptit *Siculus seu Syracusanus Dion*; postremum denique *Atheniensem Phocionem avulsum a præcedentibus cernimus*, non modo *Thebanis duobus cum postremo Lacedæmonio*, sed *Cardiano etiam Eumene*, et *barbaro quoque, si Diis placet, Datane*, tanquam *retinaculis*, interjectis. Tandem claudit agmen *Corinthius Timoleon*. Et istam disturbancem atque interturbationem Græciæ civitatum mihi excuset chronologiæ ratio? Nullo modo. Quid, quod ne chronologia quidem, quam editores prætexunt, hic exacte satis constat? Alioquin enim *Pelopidas præcedere, sequi Epaminondas* debuisset, quod tamen clarissima auctoris verba non admittunt, qui in *Pelopida ad Epaminondam* respiciens ait, ‘sicut supra docuimus.’

Vel his, quæ hactenus prolata sunt, credo suspicionem

justam oriri jam debere in omnibus, ordinem illum vitarum non esse profectum a Nepote, sed ejus ordinationi aliena manu vim esse adhibitam, turbationemque totius operis factam. Id revera ita esse, hinc asseverare jam nihil profecto dubito. Si quæras, quando tanta mutatio operi nostro acciderit; dicam, haud dubie id evenisse ævo illo infelici, et bonis adco auctoribus improspere, quod communiter *medium* appellare historici solent: quo, qui literis ita mediocriter tincti essent, iique sane quam pauci, nil præter *Chronica* saperent. Si roges, quomodo acciderit; respondeam, partim *chronologiæ*, cui illis temporibus addicti omnes essent, qui legerent libros, quique scriberent, immoderato amore, quo se, quisquis ille erat, cui Nepotis hic liber obvenerat, laudabilem etiam atque eruditam operam in se suscepturum putabat, si *vitas* ad *chronologiæ* legem apposite magis disponderet; partim inscientia artificii, quo auctor in suo opere condendo usus erat, quodque (felicissimo eventu) nulla quacumque *immutatione* inducta aboleri prorsus poterat. Non enim Nepos in *his* vitis, arida quadam posteriorum *Chronistarum* diligentia, id egerat, ut cujusvis imperatoris facta et mores a prima juventute ad vitæ exitum anxia cura ad annos digereret; sed illud potius curæ habebat, deligere ex cujusvis imperatorum *vita*, quæ ad propositum suum pertinentia maxime arbitraretur; segregare vero atque data opera transire cuncta, quæ ad rem minus necessaria viderentur. In tali labore non poterat auctori non præberi quandoque, tum in ordiendis, tum in finiendis nonnullis vitis, tum vero in partibus operis majoribus inter se connectendis, opportunitas, qua arrepta formam operis adorationemque, ut eam initio mente concepisset, indicibus quibusdam aperiret, consecutionemque certarum partium, industria quadam sic compositarum proderet. Quibus ille ordinis permutator nihil adversis, disjecit incogitanter membra corporis ita aptissime ficti, ut post quamcumque aliam factam compositionem non posset non monstruosi quid exire. Ut verbo dicam, ista meta-

morphosi, quam liber hic Nepotis perpessus est, accepimus *tantundem* quidem, quam olim erat, non *idem*.

Igitur probabilissimum jam habeo, auctorem nostrum in vitis imperatorum exponendis civitatum quendam ordinem servasse. Et primi quidem ponebantur illi Atheniensium duces perpetua serie: Miltiades, Themistocles, Aristides, Cimon, Alcibiades, Thrasybulus, Conon, Iphicrates, Chabrias, Timotheus, Phocion. His alios totidem ex ceteris civitatibus externis conquirebat, excitabatque ex Lacedæmoniis Pausaniam, Lysandrum, Agesilaum; ex Thebanis Epaminondam et Pelopidam; ex Syracusanis, qui erant a Corinthiis orti, Dionem; ex ipsis Corinthiis, qui maximas res Syracusis gessit, Timoleonem; ex semibarbaris (nam Chersonesus Thracia Græciæ ferme annumerabatur) Cardianum Eumenem: ac postquam hic admonuerat Regum, quorum commemoratione tanquam limite utebatur, ex barbaris jam arcessivit Carthaginienses Hamilcarem et Hannibalem, ac tum denique extremo loco Datamem Carem adjecit. Singularem ergo quendam, ut hinc patet, delectum Nepos habuit. Non enim omnes volebat explicare imperatores, sed, ut ipse ait, 'excellentes.'

# CHRONOLOGIA

## RERUM MEMORABILIU

### IN CORNELIO NEPOTE

AD OLYMPIADAS, URBIS CONDITÆ ANNOS EX CATONIANIS RATIONIBUS, QUÆ A VARRONIANIS DUOBUS ANNIS DISCREPANT, ET CHRISTI NATI DIGESTA.

[EX EDITIONE ALTERA TZSCHUCKII.]

---

---

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
7, 2.	1.	751.	Ex Varronis rationibus sic habet : Olymp. 6, 4. A. U. 1. A. Chr. n. 753.
27, 2.	81-113.	671.	Tullus Hostilius Romæ regnat. Fragm. 1. Cf. Liv. 1. 22.
30, 4.	95.	657.	Demaratus, Cypseli tyrannidem fugiens, Roman demigrat. Fragm. 10.
41, 3.	138. 175.	614. 576.	Tarquinius Priscus, quintus Romanorum rex. Fragm. 10.
55, 1.	192.	560.	Pisistratus Athenarum tyrannus. Milt. 8.
62, 3.	222.	530.	Cyrus in bello contra Massagetas perit. De Reg. 1.
64, 4.	231.	521.	Darius Cambysi, Cyri filio, succedit. Ibid.
68, 1.	244.	508.	Darius, Scythis bellum illaturus, pontem in Istro facit. Milt. 3.
68, 2.	245.	507.	Miltiades, Chersoneso relicta, Athenas redit. Milt. 3.
79, 1.	252.	500.	Iones, ab Atheniensibus adjuti, Sardes expugnant. Milt. 4.
72, 3.	262.	490.	Darii contra Græcos expeditio, et in pugna Marathonica clades. Milt. 4. sq.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
72, 4.	263.	489.	Miltiades, Parum insulam infeliciter aggressus, in vincula conjicitur, in quibus obit. Milt. 7.
73, 3.	266.	486.	Xerxes Dario, Hystaspis filio, mortuo succedit. De Reg. 1.
74, 2.	269.	483.	Aristides ostracismo urbe expellitur. Aristid. 1. Themistoclès portum Piræi et classem novam ædificat. Themist. 2.
75, 1.	272.	480.	Xerxes ex Asia in Græciam transit. Themist. 2. Pugna ad Thermopylas. Ib. 3. Ad Artemisium. Ib. 3. Athenæ a Persis incensæ. Themist. 4. Aristides ante tempus ab exilio revocatur. Arist. 1. Pugna Salaminia. Themist. 4.
75, 2.	273.	479.	Aristides et Pausanias Mardonium Persarum ducem ad Plataeas vincunt. Arist. 2. Pausanias, 1.
75, 3.	274.	478.	Athenienses consilio Themistoclis nuros suos, invitis Spartanis, instaurant. Themist. 6.
75, 4.	275.	477.	Athenienses, auctore Themistocle, Piræi portum absolvunt. Themist. 6. Pausaniam cum classe communi in Cyprum mittunt. Pausan. 1. Aristidis æquitate Græciæ principatus ad Athenienses defertur. Aristid. 2. Ejusdem opera ærarium Græciæ in Delo constituitur. Aristid. 3.
77, 2.	281.	471.	Themistocles Athenis expulsus, et absens proditionis accusatus, ad Artaxerxem confugit. Themist. 8.
77, 3.	282.	470.	Cimon Persas vincit terra marique eodem die. Cimon, 5.
78, 2.	285.	467.	Aristides obit. Aristid. 3.
78, 3.	286.	466.	Themistocles Magnesiæ moritur. Themist. 10.
79, 1.	288.	464.	Cimon vincit Thasios, qui ab Atheniensibus defecerant. Cim. 2. Cf. Diodor. xi. 70.
80, 1.	292.	460.	Cimon patria expellitur. Cim. 3.
81, 2.	297.	455.	Cimon revocatus cum Lacedæmoniiis fœdus jungit. Cim. 3.
82, 3.	302.	450.	Cimon Persas in Cypro vincit, et maris imperium civibus suis vindicat. Cim. 3.
82, 4.	303.	449.	Cimon, pace cum victis Persis composita, in Cypro moritur. Cim. 3.
87, 2.	321.	431.	Peloponnesiaci belli initium. Diodor. xii. 38.
91, 1.	336.	416.	Alcibiades, Nicias, et Lamachus, duces Atheniensium, ad bellum cum Syracusanis gerendum missi. Alcib. 3.
91, 2.	337.	415.	Alcibiades, conjurationis in patriam postulatus, ad Spartanos fugit. Alcib. 3. seq.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
91, 3.	338.	414.	Bellum Decelicum. Alcib. 4.
92, 2.	341.	411.	Alcibiades, ab exercitu receptus, post in patriam restitutus, absens una cum Thrasybulo et Theramene imperio præficitur, et Lacedæmonios terra marique victos ad pacem cogit. Alcib. 5.
93, 1.	344.	408.	Alcibiades Athenas reversus, summusque imperator, adjunctis Thrasybulo et Adimanto, factus, cum Lacedæmoniis minus commode configit, et paulo post iterum in exilium mittitur. Alcib. 6. et 7.
93, 3.	346.	406.	Dionysius senior Syracusis tyrannidem occupat. Dion, 1. De Regib. 2.
93, 4.	347.	405.	Lysander, Atheniensibus ad Ægos flumen victis, bello Peloponnesio finem imponit. Lys. 1. Alcib. 8. Con. 1.
.....	...	...	Idem Athenis captis triginta tyrannos imponit. Thrasyb. 1.
94, 1.	348.	404.	Alcibiades in Phrygia, quo confugerat, opprimitur. Alcib. 10.
94, 2.	349.	403.	Lysander accusatus absolvitur. Lys. 3.
94, 4.	351.	401.	Thrasybulus, devictis triginta tyrannis, Atheniensibus libertatem restituit. Thrasyb. 3.
95, 1.	352.	400.	Agésilus Agidi fratri succedit. Agesil. 1.
95, 2.	353.	399.	Conon, Athen. exul, Persarum classi adversus Lacedæmonios præficitur. Con. 2.
95, 3.	354.	398.	Plato Tarentum venit, inde Syracusas. Dion, 2.
96, 1.	356.	396.	Agésilai cum Persis in Asia bellum. Con. 2. Agesil. 2.
.....	...	...	Lysander, dux Lacedæmoniorum, in prælio cum Thebanis apud Haliartum cadit. Lys. 3. Cf. Diodor. xiv. 81.
96, 2.	357.	395.	Conon Lacedæmonios Pisandro duce prælio navali ad Cnidum vincit. Con. 4.
.....	...	...	Agésilus, ex Asia revocatus, ad Coroneam Athenienses eorumque socios vincit. Agesil. 4.
96, 3.	358.	394.	Conon Athenarum muros ope Thebanorum reficit, et a Tiribazo custodia traditur. Con. 4. et 5.
.....	...	...	Belli Corinthiaci initium. Diodor. xiv. 86.
96, 4.	359.	393.	Iphicrates Lacedæmoniorum victor ad Corinthum. Iphicrat. 2.
.....	...	...	Camillus Veios capit. Fragm. 7. Cf. Liv. v. 21.
.....	...	...	Melpum a Gallis deletur. Fragm. 7.
97, 2.	361.	391.	Agésilus agrum Corinthium populatur. Agesil. 5.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
97, 3.	362.	390.	Thrasybulus, biennio ante Lesbi victor, ab Aspendiis necatur. Thrasyb. 4.
97, 4.	363.	389.	Camillus exulat. Fragm. 5.
98, 1.	364.	388.	Galli Capitolium obsident. Fragm. 6.
98, 2.	365.	387.	Chabrias, Evagoræ adjutor missus, totam Cyprum subigit. Chabr. 2.
98, 4.	367.	385.	Datames ab Artaxerxe Ciliciæ præficitur. Datam. 1.
99, 3.	370.	382.	Lacedæmonii, duce Phœbida, Cadmeam, arcem Thebarum, occupant. Pelopid. 1.
99, 4.	371.	381.	Manlius de saxo Tarpeio dejicitur. Fragm. 1. Cf. Liv. vi. 20.
100, 3.	374.	378.	Thebani exules ope Atheniensium Cadmeam recipiunt. Pelop. 3.
100, 4.	375.	377.	Agésilai in Bœotiam expeditio. Chabr. 1. Chabriæ de eo victoria. Ibid.
.....	...	...	Chabrias, Acorin, Ægypti regem, adjutum profectus, Athenas revocatur. Chabr. 2.
.....	...	...	Iphicrates ab Atheniensibus auxilio Artaxerxi, regi Persarum, mittitur. Iphicrat. 2.
101, 1.	376.	376.	Timotheus Lacedæmonios ad Leucaten superat. Timoth. 2.
101, 2.	377.	375.	Lacedæmonii maris imperium (cf. Olymp. .3.) Atheniensibus cedunt. Timoth. 2.
101, 3.	378.	374.	Iphicrates, exercitui Persarum conductio præfectus, adversus Ægyptios proficiscitur, et paulo post Athenas revertitur. Iphicr. 2. Cf. Datam. 3.
102, 2.	381.	371.	Epaminondas Spartanos ad Leuctra profligat. Epamin. 8.
102, 3.	383.	369.	Iphicrates Enrydicen, Macædoniæ reginam, viduam, defendit. Iphicr. 3.
102, 4.	382.	370.	Epaminondas Laconiam invadit, Spartam capit, Messenen restituit. Epamin. 7. 8. Pelop. 4.
.....	...	...	Idem cum Pelopida Arcadibus in bello cum Lacedæmoniis auxilio a Thebanis mittitur. Pelop. 4. Iphicr. contra Arcadas. Iphicr. 2.
103, 1.	384.	368.	Dionysio patri succedit Dionysius junior. De Reg. 2. Dion. 2.
.....	...	...	Pelopidas ab Alexandro Pheræo in vincula conjicitur. Pelop. 5.
103, 2.	385.	367.	Epaminondas exercitum Thebanum, ab hostibus obsessum, incolumem reducit domum. Epamin. 7.
....	...	...	Idem Pelopidam ex vinculis liberat. Pel. 5.



Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
103, 3.	386.	366.	Epaminondas bellum in Peloponneso gerit. Epamin. 7.
104, 1.	388.	364.	Pelopidas in prælio adversus Alexandrum Phœræum victor cadit. Pelop. 5.
.....	...	...	Timotheus cum Olynthiis bellum gerit. Timoth. 1.
104, 2.	389.	363.	Epaminondas Spartam iterum tentat, Lacedæmonios ad Mantineam vincit, victorque cadit. Epamin. 9.
104, 3.	390.	362.	Agesilaus Lacedæm. et Chabrias Athen. a rege Persarum ad Tachum, Ægypti regem, deficiunt. Chabr. 2. Agesil. 8.
104, 3.	390.	362.	Datames ab Artaxerxe deficit. Datam. 5.
.....	...	...	Chabrias Nectaneho regnum constituit. Chabr. 2.
.....	...	...	Agesilaus moritur. Agesil. 8.
105, 1.	392.	360.	Philippus in Macedonia regnare incipit. De Reg. 2.
105, 3.	394.	358.	Chabrias cum Charete adversus Atheniensium socios, Cbios, Rhodios, Coos, et Byzantios missus, in prælio occumbit. Chabr. 4.
.....	...	...	Dionis fuga et præparatio ad bellum cum Dionysio. Dion, 4.
105, 4.	395.	357.	Dionis felix cum Dionysio bellum, et hujus fuga in Italiam. Dion, 5.
.....	...	...	Alexandri Pheræi interitus. Diodor. xvi. 14.
106, 1.	396.	356.	Athenienses, ducibus Charete, Iphicrate, et Timotheo, cum sociis acriter pugnant. Timoth. 1.
.....	...	...	Iphicrates et Timotheus ab Atheniensibus multantur. Iphicr. 3. Timoth. 3.
106, 2.	397.	355.	Dion Syracusis interficitur. Dion, 9. Timoleon, 2.
107, 2.	401.	351.	Alexander M. nascitur. De Reg. 2. Fragm. 1.
108, 2.	405.	347.	Dionysius junior Syracusas anno decimo post, quam a Dione pulsus erat, recuperat. Timol. 2.
108, 4.	407.	345.	Timoleonis in Siciliam expeditio. Timol. 2.
.....	...	...	Idem, Hiceta fugato, Syracusanis libertatem restituere conatur. Timol. 2. 3.
109.	408.	344.	Timoleon, Syracusis a Dionysio ipsi traditis potitus, Dionysium dimittit Corinthum. Timol. 2.
109, 3.	410.	342.	Idem rempublicam Syracusarum instaurat, pulsisque Pœnis ad Crimissum, et pace cum iis inita, toti Siciliæ pacem et libertatem restituit. Timol. 3.
110, 4.	415.	337.	Timoleon moritur. Timol. 5.
111, 1.	416.	336.	Philippus Macedo a Pausania, satellite, interficitur. De Reg. 2.
112, 2.	421.	331.	Alexander M. Darium ad Arbela vincit. Diodorus, xvii. 59.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
113, 3.	426.	326.	Hephæstionis mors. De Reg. 2. Eumen. 2.
114, 1.	428.	321.	Alexander M. Babylone moritur. Eumen. 2. De Reg. 2.
114, 3.	430.	322.	Athenæ, Phocione auctore, Antipatri præsidium recipiunt. Phoc. 2.
.....	...	...	Perdiccas interficitur. Eumen. 5.
114, 4.	431.	321.	Eumenes vincit Craterum et Neoptolemum. Eu- men. 3. et 4.
.....	...	...	Antipater rebus Macedonicis præficitur. Eume- nes, 5.
114, 4.	431.	321.	Eumenes ab Alexandri exercitu hostis iudicatur, et ab Antigono Noræ obsidetur. Eumen. 5.
115, 2.	433.	319.	Eumenes, regum tutor factus, bellum adversus Antigonum parat. Eumen. 6. et 7.
115, 3.	434.	318.	Nicanor, a Cassandro Athenas missus, Piræum occupat. Phoc. 2.
.....	...	...	Phocion necatur. Phoc. 4.
.....	...	...	Eumenes in Persiam copias suas hyematum dividit. Eumen. 8.
115, 4.	435.	317.	Eumenes adversus Antigonum bellum gerit. Eum. 7.
116, 1.	436.	316.	Eumenes ab Antigono captus occiditur. Eumen. 10. sqq.
119, 4.	451.	301.	Antigonus cadit in prælio ad Ipsum, Phrygiæ oppidum. De Reg. 3.
123, 3.	466.	286.	Demetrius in custodia Seleuci, generi, morbo perit. De Reg. 3.
124, 4.	471.	281.	Lysimachus occiditur a Seleuco. De Reg. 3.
.....	...	...	Pyrrhi cum Romanis bellum. De Reg. 2. Frag- ment. 10.
125, 1.	472.	280.	Seleucus a Ptolemæo interficitur. De Reg. 3.
127, 1.	480.	272.	Pyrrhus, Argos oppugnans, lapide ictus interit. De Reg. 2.
128, 4.	487.	265.	Belli Punici primi initium. Hamilc. 1.
133, 1.	504.	248.	Hamilcar in Carthalonis locum classi præficitur. Hamilc. 1. Hoc anno Hannibal natus fertur.
131, 3.	510.	242.	Lutatius, consul, classe Pœnos superat ad Æga- tes insulas, et Sicilia decedere cogit. Hamilc. 1.
134, 4.	511.	241.	Belli Punici primi finis. Hamilcar, 1.
.....	...	...	Bellum Africanum, a mercenariis militibus sti- pendii causa hoc anno motum, quarto post ab Hamilcare comprimitur. Hamilc. 2.
135, 3.	514.	238.	Hamilcar imperator in Hispaniam mittitur, se- cumque ducit Hannibalem filium annos 9. na- tum. Hamilc. 3. Hannib. 2.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
137, 4.	523.	229.	Hamilear in prælio contra Vettones cadit, eique Hasdrubal, gener, imperator sufficitur. Hamile. 3. et 4.
.....	...	...	Hannibal equitatu præest. Hannibal, 3.
139, 4.	531.	221.	Hasdrubali interfecto succedit Hannibal annos 26. natus. Hamile. 3. Hannib. 3.
.....	...	...	Hannibal non toto inde triennio totam Hispaniam subigit. Hannib. 3.
140, 1.	532.	220.	Hannibal expugnat deletque Sagnutum. Hannib. 3.
140, 2.	533.	219.	Belli Punici secundi per ann. 17. tracti initium. Hannibal ex Hispania per Gallos et Alpes transit in Italiam. Hann. 3.
.....	...	...	Idem confligit cum Scipione Cos. ad Rhodanum. Ib. 4. Cum eodem ad Padum. 4. Cum eodem ejusque collega ad Trebiam. 4.
140, 3.	534.	218.	Idem confligit cum Flaminiu Cos. apud Trasimenum. 4. Cum Centenio prætore. 4. Fabium dictatorem eludit. 5. (Inepto quidem loco referatur). Rufum, magistrum equitum, fugat. 5.
140, 4.	535.	217.	Pugna Cannensis, in qua Varro et Paulus Cæs. ab Hannibale vincuntur. 4. Fragm. 2.
141, 3.	538.	214.	Fabio et Marcello Cæs. Cato tribunus militum. Cat. 1.
141, 4.	539.	213.	Gracchus, consul II., ab Hannibale interficitur. Hann. 5.
143, 1.	544.	208.	Marcellus, quintum consul, ab Hannibale interficitur. Hann. 5.
143, 2.	545.	207.	Hasdrubal, frater Hannibalis, cadit in prælio apud Senam victus a Nerone Cæs. cui interest Cato. Cat. 1.
144, 4.	547.	205.	P. Scipio, post Africanus major dictus, bellum transfert in Africam. Hann. 6. Cato ejus quæstor. Cat. 1.
144, 1.	548.	204.	Hannibal patriam defensum ex Italia in Africam revocatur. Hann. 6.
144, 2.	549.	203.	Hannibal vincitur a Scipione ad Zamam. 6.
144, 3.	550.	202.	Belli Punici secundi finis. 7.
145, 1.	552.	200.	Hannibal exercitui præest cum Magone fratre, resque in Africa gerit usque ad consulatum Sulpicii et Aurelii. 7.
.....	...	...	Cum Magone domum revocatur. 1.
145, 3.	554.	198.	Cato, prætor factus, Sardiniam provinciam obtinet. Cat. 1. Cf. Liv. XXXII. 7.
146, 1.	556.	196.	M. Marcello, L. Furio Cæs. Hannibal, domo profugus, ad Antiochum, Syriæ regem, abit. 7.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
146, 2.	557.	195.	M. Cato, L. Flaccus Cens. Cat. 1. 2.
146, 3.	558.	194.	M. Cato ex Hispania triumphat. Cat. 4. Cf. Liv. xxxiv. 46.
.....	...	...	Scipio Africanus Cens. iterum. Cat. 2.
146, 4.	559.	193.	Cornelius Merula, Minucius Thermus Cens. Hannib. 8.
.....	...	...	Hannibal, navibus ad Africam accedens, Magonem fratrem, domo excitum, secum abducit. Hann. 8.
147, 1.	560.	192.	Antiochus ab Hannibale, qui in Syriam redierat, ad bellum contra Romanos concitatur. Hann. 8. et 2.
147, 2.	561.	191.	Hannibal, classis parti ab Antiocho præfectus, contra Rhodios, Romanorum socios, pugnat. Ib. 8.
.....	...	...	Antiochus ad Thermopylas a Glabrone cæditur. Ib. 8.
147, 3.	562.	190.	Hannibal, Antiocho victo, ad Prusiam, Bithyniæ regem, confugit. Ib. 9. et 10.
.....	...	...	Idem pugnat contra Eumenem. Ib. 10. et 11.
149, 1.	568.	184.	M. Cato, L. Flaccus censores. Cat. 1. 2.
149, 3.	570.	182.	Hannibal hausto veneno perit. Hann. 12. et 13. Etsi de vero anno non constat inter auctores. Cf. et Liv. xxxix. 56.
155, 2.	593.	159.	Terentius poëta moritur. Fragm. 1.
157, 2.	601.	151.	L. Lucullus, A. Albinus Cens. Fragm. 3.
157, 4.	603.	149.	Cato moritur. Cat. 3. Etsi quidam dissentiant.
161, 4.	619.	133.	Tib. Gracchus trib. pl. necatur. Fragm. 12.
167, 4.	643.	109.	Atticus nascitur.
173, 1.	664.	88.	P. Sulpicius trib. pl. a Sylla Cens. occiditur. Attic. 2.
173, 2.	665.	87.	Cinna per a. 665-668. Cens. sævit in Syllanos, qua tempestate Atticus Athenas se confert. Att. 2.
174, 1.	668.	84.	Sylla, ex bello Mithridatico rediens, Athenas venit. Att. 4.
174, 3.	670.	82.	Sylla Marianarum partium victor, et dictator. Fragm. 10.
174, 4.	671.	81.	Cicero Roscium defendit. Fragm. 4.
178, 4.	687.	65.	Cotta et Torquato Cens. Atticus Romam redit. Att. 4.
.....	...	...	Cicero defendit Cornelium. Fragm. 4.
179, 2.	689.	63.	Cicero Cens. Attic. 5. Lentulus Spinther ædilis splendidus. Fragm. 8.
179, 3.	690.	62.	Metellus Celer Galliæ proconsul. Fragm. 7.
179, 4.	691.	61.	Q. Cicero prætor Asiæ. Attic. 6.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
180, 3.	694.	58.	Cicero in exilium abit. Attic. 4.
.....	..	...	Jul. Cæsar, ab hoc inde anno ad a. U. 703. bellum gerit in Gallia. Fragm. 10.
182, 4.	703.	49.	Bellum civile inter Cæsarem et Pompeium. Attic. 7.
183, 1.	704.	48.	Pugna Pharsalica, in qua Pompeius a Cæsare vincitur. Att. 7.
184, 1.	708.	44.	Cæsar occiditur. Att. 8.
.....	...	...	Brutus et Cassius, percussores Cæsaris, ad quos se tota civitas converterat, Antonio superante, in Græciam et Syriam abeunt. Attic. 8.
184, 2.	709.	43.	Antonius, hostis judicatus, cedit Italia. Att. 9.
.....	...	...	Idem Mutinæ obsidetur, unde bellum Mutinense dicitur. Attic. 9. Fragm. 11.
.....	...	...	Idem triumvir reipublicæ constituendæ. Att. 10. 12.
.....	...	...	Proscriptiones. Att. 10. 12.
.....	...	...	Attici mater moritur. Att. 17.
.....	...	...	Cicero occiditur. Fragm. 13.
184, 3.	710.	42.	Prælium Philippense, in quo cadunt Brutus et Cassius. Att. 11.
187, 1.	720.	32.	Atticus moritur. Att. 22.

Subjungimus peculiarem chronologiam vitæ Attici juxta H. Ernstium, annos Varronianos secutum.

# CHRONOLOGIA

## HISTORIÆ T. POMPONII ATTICI.

---

ANNO Urbis 644. triennio ante M. Tullium Ciceronem, Q. Cæc. Metello Numidico et M. Junio Sylla Coss. Tit. Pomponius Atticus nascitur. cap. 1.

Anno Urbis 666. Ciceronis 20. Cn. Octavio et L. Cornelio Cinna Coss. Athenas se contulit Atticus, annum agens vigesimum tertium : quando anno proximo præcedente P. Sulpicius Rufus Trib. pl. a Sylla interfectus est. cap. 2.

Anno Urbis 674. Cic. 28. P. Servilio Vatia, et Ap. Claudio Pulchro Coss. Athenis Cicero Epicureos, Phædrum, et Zenonem, frequenter cum Attico audivit, ut ipse ait lib. II. de Finib. et Tuscul. III. et Acad. I.

Anno Urbis 688. Ciceronis vero 42. L. Aurelio Cotta, et L. Manlio Torquato Coss. ætatis anno 45. cum jam annos 22. Athenis commoratus erat, Romam remigravit. cap. 4.

Anno Urbis 692. Ciceronis 46. ipsius Attici 49. cum legati locum obtinere posset apud Q. Ciceronem Asiæ prætorem, nolebat. Quo anno Romæ Coss. erant M. Pupius Piso, et M. Valerius Messala. cap. 6.

Anno Urbis 697. Ciceronis 51. Cn. Cornelio Lentulo, et L. Marcio Philippo Coss. pridie Idus febr. T. Pomponius Atticus Piliam uxorem duxit, annum agens ætatis 54. in quibus nuptiis Cicero cœnavit. Ep. 3. lib. II. ad fratrem.

Anno Urbis 703. Ciceronis 57. Attici 60. L. Æmilio Paulo, et C. Claudio Marcello Coss. Cæsarianum bellum incidit : quod sequenti anno prorsus in flammam abiit. cap. 7.

Anno Urbis 709. Ciceronis 63. Attici 66. C. Jul. Cæsar, cum ipse una cum M. Antonio consul esset, a conjuratis in Pompeii curia 23. plagis confossus est. Sequenti anno Antonius Mutinam circumsevit, Brutumque oppugnavit : hostis patriæ judicatur. Sed a Lepido recipitur. cap. 9.

Anno Urbis 710. Ciceronis 64. Atticus, natus annos 67. matrem nonagenariam extulit. cap. 17.

Anno Urbis 712. Attici 69. M. Brutus et C. Cassius, ab Octavio et Antonio ad Philippos victi, sibi met ipsis violentas manus intulerunt. cap. 11.

Anno Urbis 721. cum Atticus 77. annos complisset, decessit et sepultus est.

**CORNELII NEPOTIS**

**O P E R A.**

## NOMINA IMPERATORUM

QUORUM VITA A CORNELIO NEPOTE SCRIPTA EST.

---

- I. MILTIADES.
- II. THEMISTOCLES.
- III. ARISTIDES.
- IV. PAUSANIAS.
- V. CIMON.
- VI. LYSANDER.
- VII. ALCIBIADES.
- VIII. THRASYBULUS.
- IX. CONON.
- X. DION.
- XI. IPHICRATES.
- XII. CHABRIAS.
- XIII. TIMOTHEUS.
- XIV. DATAMES.
- XV. EPAMINONDAS.

- XVI. PELOPIDAS.
- XVII. AGESILAUS.
- XVIII. EUMENES.
- XIX. PHOCION.
- XX. TIMOLEON.
- XXI. DE REGIBUS.
- XXII. HAMILCAR.
- XXIII. HANNIBAL.

ROMANORUM.

- XXIV. M. PORCIUS CATO.
- XXV. T. POMPONIUS ATTICUS.

---

FRAGMENTA.



CORNELII NEPOTIS  
LIBER  
DE VITA  
EXCELLENTIUM IMPERATORUM  
VULGO  
ÆMILIO PROBO  
TRIBUTUS.<sup>1</sup>

---

---

PRÆFATIO.<sup>2</sup>

NON dubito fore plerosque,<sup>3</sup> Attice,<sup>a</sup> qui hoc<sup>4</sup> genus scripturæ, leve, et non satis dignum summorum virorum per-

~~~~~

<sup>1</sup> *Incipiunt capitula in librum Æmilii Probi de excellentibus ducibus exterarum gentium. Liber Æmilii Probi de laudibus exterarum Gentium Ms. Dan. Probi Hæmylii de vitis clarorum Imperatorum liber feliciter incipit Ms. Leid. 2. Æmilii Probus de excellentibus exterarum nationum viris Ms. Trin. et Guelferb. Æmilii Probus de excellentibus ducibus exterarum gentium feliciter incipit Ms. Voss. Probus Æmilii de excellentibus ducibus exterarum gentium feliciter incipit Ms. Voss. 2. Boecl. Æmylii Probi de imperatoribus exterarum gentium Liber Ms. Arlenii, teste Magio in Miscell. lib. iv. 15. in Gruteri thes. critico, tom. 11. p. 1432. Æmilii Probus de excellentibus ducibus exterarum gentium Ms. Thott. ap. Schlegel. p. 7. Æmilii Probi Viri clarissimi de Vita Excellentium liber incipit feliciter Ed. Jens. Med. Æmilii Probi Viri clarissimi de vita excellentium imperatorum ad Titum Pomponium Atticum Ed. Arg. Æmilii Probi Viri clarissimi de vita excellentium imperatorum incipit feliciter Ed. Paris. Æmylii Probi de vita excellentium imperatorum liber Ed. Ald. Æmylii Probi viri clarissimi vitæ excellentium Græciæ imperatorum et ducum Ed. Long. sed*

NOTE

<sup>a</sup> *Attice]* Is est ad quem Cicero ideo dictus, quod, cum diu Athenis scribit epistolas ad Atticum, Atticus literis operam dedisset, non minus

sonis judicent,<sup>a</sup> cum relatum legent,<sup>5</sup> quis<sup>6</sup> musicam docuerit Epaminondam;<sup>7</sup> aut in ejus virtutibus commemorari,<sup>8</sup> saltasse eum commode, scienterque tibiis cantasse. Sed hi<sup>9</sup> erunt fere, qui expertes literarum Græcarum,<sup>b</sup> nihil rectum, nisi quod ipsorum<sup>10</sup> moribus conveniat, putabunt. Hi,<sup>11</sup> si didicerint, non eadem<sup>12</sup> omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis judicari: non admirabuntur, nos in Graiorum virtutibus exponendis mores eorum<sup>13</sup> secutos. Neque enim Cimoni fuit turpe<sup>b</sup> Atheniensium summo viro, sororem germanam<sup>c</sup> habere<sup>14</sup> in ma-

<sup>a</sup> Et minus respondens principum dignitati existiment.

<sup>b</sup> Qui historiurum Græciæ ignari.

in indice est *Liber...ducum. Æmilii Probi seu Cornelii Nepotis excellentium Imperatorum vitæ* Ed. Lamb. *Æmilii Probi seu Corn. Nepotis de vita excellentium imperatorum ad T. Pomp. Atticum liber prior* Ed. Steph. *Cornelii Nepotis, vulgo Æmilii Probi, excellentium imperat. vitæ* Ed. Boecleri, Stav. 1. 2. maj. et ed. min. *Corn. Nep. vitæ excellentium imperatorum* Ed. Keuch. Bipont. Hafn. *Corn. Nep. excell. imp. vitæ* Ed. Tzschuck. 1. 2. *Corn. Nep. de vita excell. imp.* Ed. Heusing. *Corn. Nep. (vulgo Æmilii Probi) liber de vita excell. imp.* Ed. Wetzel.—2 *Præfatio* Ed. Mag. et recentt. Om. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Bos. Sed *prologus* Ms. Dan. Voss. 1. *proœmium* Ms. Leid. 2. *Auctoris præfatio* Ed. Keuch.—3 *Plerosque* Ed. Paris.—4 *Qui Atticæ hoc* Ms. Mendos. Ms. Arlen. et perperam probat Mag. l. c. Sed ab Ms. Leid. aberat τὸ Ἀττικῆ.—5 *Qui relatum legant*, Oudend. conjecit in marg.—6 *Qui* Ms. Mendos.—7 *Epaminundam* Mss. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Argent. ubique: *examinundam* Ms. Voss. 3.—8 *Commorati* Ms. Mendos. Voss. 1. et 3. *Savar. commemorati* Ed. Jens. Med. Hæc lectio favet Paufleri suspicioni, *commemoratum*, ut ad *relatum* referatur.—9 *Sed ii* Ms. Boecl. probatque Tzsch. ad ed. 2.—10 *Nisi ipsorum* Ms. Voss. 3.—11 *Sic* Ms. Dan. *Sed ii si* Ms. Leid. 2. *Oxon. Voss. 1. 2. Hii si* Ms. Voss. 3. *qui si* Edd. Mag. Long. Steph. Gebh. Wetz. et probat Tzschuck. ad ed. 2.—12 *Eandem* Ms. Voss. 3.—13 *Sic etiam* Ms. Dan. *Sed mores gentium* ed. Long.—14 *Habuisse* Ms. Leid. 2.—15 *Sic* Edd. Jens. Med.

#### NOTÆ

Atticæ quam Romanæ lingvæ peritus erat. Idque patet ex Cicerone v. De finibus bon. et mal. his verbis: 'Ita enim se Athenis collocavit, ut sit pæne unus ex Atticis, ut id etiam cognomine videatur habiturus.' Sed ea de re postea in vita Attici.

<sup>b</sup> *Neque enim Cimoni fuit turpe*] Is Cimón Miltiadis filius fuit, mira erga Athenienses concives suos munificentia. De quo infra.

<sup>c</sup> *Sororem germanam*] Ex eodem

Patre, non Matre genitam, nomine Elpinicen; quia non licebat Athenis uxorem ducere uterinam, ut colligere est ex Demosthene, in oratione quæ inscribitur, 'Appellatio adversus Eubulidem;' et ex Scholiaste Aristophanis in *Nebulas*, Act. v. 2. ubi sic legitur, *παρὰ Ἀθηναίους ἕξεσσι γαρμείν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφάς*. Sorores autem ex eodem solum Patre genitæ, legibus Romanis, germanæ seu consanguineæ vocantur.

trimonio; quippe cum cives ejus<sup>15</sup> eodem uterentur instituto: at id quidem<sup>16</sup> nostris moribus nefas habetur. Laudi in Græcia ducitur adolescentulis,<sup>17</sup> quam plurimos habere amatores. Nulla Lacedæmoni<sup>18</sup> tam est nobilis vidua,<sup>d</sup> quæ non ad scenam<sup>19</sup> eat mercede conducta.<sup>d</sup> Magnis in

<sup>c</sup> *Inter Græcos laudi pueris vertitur.*

<sup>d</sup> *Quæ non personam scenicam agat lucro illecta.*

Arg. Paris. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. certo rotundius; item Wetz. et ego reposui: *ejus cives* Edd. Ald. et aliæ. Mox *utentur* ed. Long. operarum peccato.—16 *Id quod* Ms. Leid. 2. non invenusta lectio videtur Staver. ad ed. maj. At enim h. l. concursus trium vocc. unius syllabæ, quæ in fine singulorum eundem fere habent sonum, male accideret ad aures. *Quidem* h. l. significat certe, omnino.—17 *Adolescentulos* Ms. Leid. 2. sed ab Msst. Oxon. omnino aberat. Dein *habuisse amatores* Ms. Dan.—18 *Lacedæmonii* Ed. Ald. *Lacedæmonis* Ed. Mag. Dein *femina vid. nob.* Ms. Bavar.—19 *Ad scenam* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. ubique. Sed laud dubie legendum est *ad cænam*, cum Gesnero et Heusing. quod jam Magio in mentem venerat. ‘Ad cænam ire’ Seneca Beuff. iv. 39. ‘in scenam prodire,’ h. e. aliquam ibi personam agere, saltare, gesticulari, Cic. de Off. i. 35. 11. Boettiger in quatuor ætatt. rei scenicæ apud veteres putat, verba *ad scenam* pertinere ad chori saltationes. Jo. Mich. Heusing. in Spicileg. emendatt. ad Corn. Nep. respuebat *ad cænam*, et malebat *ad lenam*; (quam conjecturam, cum moribus Lacedæmoniorum optime congruentem, probat Heinrich:) in notis tamen ad editionem suam probare videtur *ad cænam*, quam emendationem unice veram esse, affirmat et ornat Jac. Fr. Heusing. in fragmm. Corn. Nep. adjectis Fl. Mallii libro de metris p. 120. sqq. præcipue cum in cod. Gnelf. legatur quidem *scenam*, sed ab emendatore tres priores vocabuli illius literæ punctis infra appositis fuissent notatæ, et superne ascriptum *l’ce*, hoc est *vel cænam*, uti in antiquis libris scribi solebat. Doceri igitur his manifeste, contendit, in aliis libris fuisse *ad cænam*; meretricium vero fuisse *ad cænam mercede conducti*. Kappius in Harlesii Opusculis p. 458. sq. neque *ad cænam* admittit, neque *ad lenam*, et majus nlcus adhuc hæere, jure opinatur; ac Schlegel p. 77. judicat, locum adeo corruptum, Æmilii fortasse Probi culpa, ut probabiliter nec explicari nec emendari possit. Harlesius ipse in not. postquam longam Staver. contra Heusing. pugnantis animadversion. in nov. obs. misc. tom. vi. p. 516. sqq. contractam repetiit, conjecit *quæ non nuda eat ad scenam*, h. e. palæstram, quæ suspicio num adeo inepta sit, ut graviter pronuntiat Wetzel, alii judicent. Wetz. vero vulgatam defendit lectionem, et interpretatur, in scenam prodeat, sive histrionis personam agat. Hanc interpretationem jam alii dederant, novissime Bremi in not. ad h. l. et Böttiger in novo Wielandii Mercurio, m. Januar. part. i. 1796. p. 44. sed alii respuerunt istam inter-

## NOTE

<sup>d</sup> Nulla Lacedæmoni tam est nobilis vidua] Lacedæmon, urbs totius Peloponnesi clarissima, Lycurgi legibus olim florentissima, Menelai Regis et Helenæ Regia, non procul ab Eurota flumine; alio nomine Sparta, nunc

Delph. et Var. Clas.

vulgo *Mizitra*. Porro Plutarchus, in Laconum institutis, vetita apud Lacedæmonios legibus Lycurgi scenica spectacula testatur; quod sane Nepotis opinionioni repugnat: sed ipsi favet Athenæus lib. XIII.

Nep.

E

laudibus tota fuit Græcia,<sup>20</sup> victorem Olympiæ<sup>21</sup> citari;<sup>e</sup> in scenam vero prodire, et<sup>22</sup> populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini: quæ omnia apud nos partim infamia,<sup>23</sup><sup>f</sup> partim humilia, atque ab honestate remota, ponuntur. Contra ea pleraque<sup>24</sup> nostris moribus sunt decora, quæ apud illos turpia putantur. Quem enim<sup>25</sup> Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus materfamilias non<sup>26</sup> primum locum tenet ædium, atque in celebritate versatur?<sup>f</sup> quod multo fit aliter in Græcia: nam neque in convivium adhibetur,<sup>27</sup> nisi propinquorum; neque sedet nisi in<sup>28</sup> interiore parte ædium, quæ gynæconitis<sup>29</sup> appellatur,<sup>g</sup> quo nemo accedit, nisi propinqua cognatione

<sup>e</sup> Victorem Olympiæ pronuntiarī.

<sup>f</sup> Non in prima domus parte sedet, et se palam exhibet.

<sup>g</sup> Quæ Gynæceum dicitur.

pretationem: vid. Hensing. et Staver. Scenæ vero explicationem de palæstra rejecerunt Tzschuck. ad utramque edit. et Paufler ad h. l. qui, discessione ab omnibus interpretibus facta, ad scenam retinet, atque ubertim et acute locum interpretatur. Intelligit enim nobiles matronas Lacanas non nuptas, quæ, ab aliis Græcis et nobilibus scæminis, more virorum nobilium, omni necessario apparatu comparato, mercede conductæ, personam illarum gerendo, partesque illarum suscipiendo in ludis Olympiacis descendissent in certamina, et nomine locoque illarum de præmio certassent.—20 *Tota fere fuit Gr. Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Heusing. Ith. Bipont. Heinr. et fere defendit Buchl. sed vulgatam tuentur lection. Stav. et Tzschuck. Tota fere Gr. fuit Ms. Ax.*—21 *Victorum victorem Olympiæ Mss. Oxon.*—22 *Ac pop. Ms. Leid. 2.*—23 *Sic om. Mss. Oxon. alii omittunt part. infam.*—24 *Plerumque Bos. 2. atque defendi potest e Taciti Germ. c. 5. ubi Lipsius malebat pleraque, et Pauli. Sed pleraque Edd. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. 1. 2. 3. Heus. Harl. Heinr. Wetz. Brem. &c. et ego reddidi, quoniam de re, non de tempore h. l. sermo est.*—25 *Cum enim Ms. Voss. 3.*—26 *At cujus non materf. Ms. Leid. 2. aut cujus non materf. Ms. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Par.*—27 *In conviv. a patre adhib. Ms. Leid. 2.*—28 *Sic Ed. Ald. Arg. sed Ed. Jens. Med. Par. omittunt τὸ ἐν.*—29 *Gynechorites ap. Ms. Mendos. Gynchorites appellantur Ms. Leid. 2. Gynchorites ap. Ms. Voss. 1. Gynethorites ap. Ms. Voss. 3. γυναικωνίτης ap. Ed. Longol. Gebh.*

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Victorem Olympiæ citari]* Olympia, urbs Elidis, quinquennali Indorum celebritate clara, ad Alphæum flumen sita, nunc vulgo Pise. Citatio autem per præconem fiebat: qui clara voce ad Populum, Victorem pronuntiabat; quo honore nihil erat majus.

<sup>f</sup> *Quæ omnia apud nos partim infamia]* Histriionum genus apud Romanos non modo legibus *ἔπιμον*, atque adeo infame, sed etiam ab omni Tribu notatione Censoria removebatur. Aug. de Civit. 11. 13. Cicero pro Quintio. Et Quintil. Institut. 111. 8.

<sup>g</sup> *Quæ gynæconitis appellatur]* Locus

conjunctus. Sed hic plura<sup>30</sup> persequi tum<sup>31</sup> magnitudo voluminis prohibet, tum festinatio, ut ea explicem,<sup>32</sup> quæ exorsus sum. Quare ad propositum veniemus,<sup>33</sup> et in hoc exponemus libro de vita excellentium Imperatorum.<sup>34</sup>

γυναικωνίτης ap. Ed. Steph. Brem. add. Schleg. p. 78.—30 *Hæc plura pers.* Ms. Voss. 2. Boecl. Leid. 2. Ax. nec displicuit Wetz. et Stav. in nov. misc. obss. p. 521. *sed hic plura pers.* Ms. Dau. Oxon. Ed. Ultraj. Steph. id placnerat jam Scheffero atque Heusing. et redditum est a Stav. 2. maj. Tzschuck. atque Harl. *sed plura pers.* Bos. 1. Stav. min. ed. Heus. in textu et rel.—31 *Cum magnit.* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Sed a Ms. Voss. 3. aberat τὸ tum.—32 *Explices* Ms. Leid. 2. et in Ms. Long. Τὸ *prohibet* loco motum clauderat periodum.—33 *Quare ad prop. ven.* absunt ab ed. Ultraject.—34 Ita Ms. Mendos. Gif. Sav. Dan. Boecl. Leid. 2. Oxon. Ern. Voss. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Bos. Stav. 1. 2. 3. Heusing. Tzsch. et rel. recentiores edd. Sed *vitas* edd. Mag. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. et Ms. Voss. 1. 2. aberat. v. infra, Epam. iv. 16. Sulp. Seu. vita Martini i. 1. *De vitis* cod. chart. Leid. et probat Munker. ad Hygini poët. astron. p. 431. not. 8. ed. Stav.

## NOTE

erat domus interior, fœminis destinatus, in quo lanificia sua exercebant, et alia id genus; ut patet ex nominis Græci etymologia. Alias Gynæceum.

De ista ædium parte Vitruvius lib. vi. 10. loquitur; quam et Gynæcouitum vocat.

MILTIADES.<sup>1</sup>

## ARGUMENTUM.

CAP. 1. Dux colonorum in Chersonesum mittitur. Irridetur a Lemniis. 2. Chersoneso potitur. Lemnum capit et Cyclades. 3. Pontis in Istro custos a Dario, qui Scythas bello petebat, constituitur. Dat consilium excutiendæ dominationis Persarum. Ab Histiaeo impeditur. 4. Dario bellum in Græcos movente, auctor suis est, ut hosti obviam eant. 5. Ante sociorum adventum vincit Darium. 6. Præmium victoriæ. 7. Omitit oppugnationem Pari. Damnatur et in vinculis moritur. 8. Vera ejus damnationis causa.

MILTIADES, Cimonis filius,<sup>2 a</sup> Atheniensis, cum et anti-  
 quitate generis, et gloria majorum, et sua modestia<sup>3</sup> unus  
 omnium maxime floreret; eaque esset ætate, ut non jam<sup>4</sup>  
 solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives pos-

1 Sic et Ms. Dan. et Edd. recent. Sed de *Miltiade* Ms. Bern. *vita Miltiadis* Ms. Trin. *Miltiadis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Steph. Gebhardus loco posuit prima verba cap. 1. *Miltiadis Cim. fil. Athen.* atque sic ubique. Omisit ubique Patav. Ceterum absunt capitum numeri ab iisdem libris antiquioribus; quod semel observasse sufficiat. Jo. Scheffer. in epist. v. ad N. Heins. p. 5. tom. v. Sylloges epistolar. a Burm. editæ, in Cornelio prima cujusque libri verba titulum esse putabat, ut *Miltiades Simonis* [Cimonis] *filius, Atheniensis. Themistocles Neoclis filius, Athen. &c.*—2 *Filius* om. Ms. Voss. 1. et probat Stav. ad ed. maj. Mox *gloriæ* ed. Mag.—3 *Molestia* Ms. Voss. 3.—4 *Ut jam non solum* Ms. Boecl. Ax. haud probante Heus. sed sic dedit Wetz.—5 *Talem eum fut.* Ms. Dan. Leid. 1. *tal. fut. esse* Ms. Oxon.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Miltiades, Cimonis filius*] Cimon duplex fuit; alter quidem pater Miltiadis; alter vero filius Miltiadis, de quo infra. Ille genus suum ad Co- drum, postreimum Atheniensium Regem, referebat. Vide typum originis, atque agnationis Miltiadis apud Hieronymum Magium.

sent sui, talem futurum,<sup>5</sup> qualem cognitum judicarunt: accidit, ut Athenienses Chersonesum<sup>6</sup> colonos vellent mittere.<sup>b</sup> Cujus generis cum magnus numerus esset, et multi ejus demigrationis peterent societatem; ex his<sup>7</sup> delecti Delphos<sup>c</sup> deliberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem,<sup>8</sup> quo potissimum duce uterentur. Namque tum<sup>9</sup> Thraces<sup>d</sup> eas regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His consulentibus nominatim Pythia<sup>10 e</sup> præcepit, ut Miltiadem sibi imperatorem sumerent:<sup>11 f</sup> id si fecissent, in-



Mox *judicarent* maluit Tzschuck. cum ad auctoris sententiam *judicarunt* durius referatur. Atque id verum esse censuit Büchling, et reposuit Rieclifius. At *judicarunt*, pro *judicarent* aut *judicassent*, omnes libri, et in ejus ætatis monumentis eam modorum et temporum consecutionem laud infrequentem esse, docet Heus.—6 *Cheroneesum* Ms. Leid. 2. *Cheroneessum* Ms. Voss. fere ubique. *Cheronesesum* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Steph. Gebh. ubique. [*Cheronesum* ed. Stav. et reliquæ recentt.]—7 *Ex iis* Ms. Mendos.—8 [*Qui cons. Apoll.* pro glossemate habuerunt hæc verba, quæ aberant quoque a Ms. Ernst. et Leid. 2. Sciopp. Veris. p. 106. sq. Ernst. Scheffer. in Obs. misc. vol. ix. tom. ii. p. 198. Buchn. Bos. v. not. Tzschuck. in not. ad edd. 1. 2. et Heinr. quia *deliberare* h. l. idem sit ac *consulere*. Hinc ea uncis incluserunt Bos. in ed. 2. et al. Sed ab interpolationis suspicione vindicantur ea verba Ran. Stav. in not. et in Misc. obs. nov. tom. vi. p. 521. Heus. Paufl. et Brem. Absunt unci ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. Bip. Stav. Wetz. et Tzschuck. in textu, &c.]—9 Sic Ms. Gif. (in quo etiam legitur *Træces*.) Dan. Bos. 2. Sed *namque tamen* Ms. Leid. 2. Sed *nam tum* Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Paris. Long. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. 1. 2. 3. Heus. Tzschuck. 1. &c. *Nam tunc* Tzschuck. 2.—10 *Phitia* Ms. Leid. 2.—11 *Ut Milt. imper. sibi sumerent*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Cheronesum colonos vellent mittere*] Chersonesus Peninsula est, quæ mari Ægæo altera ex parte, altera Propontide et Hellesponto alluitur; unde Hellespontiaca a Suida, et Thracia a Ptolemæo vocatur: ibi urbs Sestus, Herus et Leandri amore clara. Sunt et aliæ plures Chersonesi.

<sup>c</sup> *Delecti Delphos*] Urbs in Phocide, Oraculo Apollinis clarissima, in bicipiti Parnassi jugo sita; quæ hodie quibusdam *Salona*, aliis *Castri* dicitur.

<sup>d</sup> *Namque tum Thraces*] Thraciæ populi bellicosissimi. Thracia autem a Septemtrione inferiorem Mysiam,

nunc Bulgariam; ab Occasu superiorem, nunc Serviam; a Meridie mare Ægæum; ab Ortu Bosphorum ac Propontidem habet.

<sup>e</sup> *Pythia*] Pythonissa etiam, et Phœbas dicebatur, Apollinis Sacerdos, quæ insidens Tripodi distentis cruribus, gravem e specu subeuntem spiritum excipiebat; et sic furore exagitata vaticinabatur. Cicero de Divinatione, 'Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat, natura Sibyllam.'

<sup>f</sup> *Imperatorem sumerent*] Exercitus Ducem, seu Prætorem; hæcque prima est hujus nominis acceptio.

cepta prospera futura. Hoc oraculi responso Miltiades cum delecta manu<sup>12</sup> classe Chersonesum profectus, cum accessisset Lemnum,<sup>13</sup> et incolas ejus insulæ<sup>13</sup> sub potestatem redigere vellet Atheniensium, idque<sup>14</sup> Lemnii sua sponte facerent, postulasset: illi irridentes responderunt, tum id se facturos,<sup>15</sup> cum ille domo navibus proficiscens vento aquilone venisset<sup>16</sup> Lemnum: hic enim ventus a<sup>18</sup> septemtrionibus oriens, adversum tenet Athenis proficiscen-  
tibus.<sup>a</sup> Miltiades morandi tempus non habens, cursum direxit, quo tendebat, pervenitque Chersonesum.

2. Ibi brevi tempore barbarorum<sup>1</sup> copiis disjectis, tota regione, quam petierat, potitus, loca castellis idonea communiit:<sup>2</sup> multitudinem, quam secum duxerat, in agris collocavit: crebrisque excursionibus locupletavit. Neque minus<sup>3</sup> in ea re prudentia, quam felicitate, adjunctus<sup>4</sup> est. Nam cum virtute militum hostium devicisset<sup>5</sup> exercitus,

<sup>a</sup> *Athenis venientibus adversatur.*

//////////

Ms. Ax.—12 Ita Ms. Dan. Sed Ms. Leid. 2. *id Milt. dilectus cum del.* Ed. Long. *Milt. delectus cum del. m.* [nec displicet Wetz.]—13 *Insulatæ* Ms. Voss. 3.—14 *Idque ut Lemnii* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 2. Kench. Wetz. Paufl. qui ut necessarium esse putat. Sed *idque Lemnii* Ms. Boecl. Leid. 1. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Stav. Heus. [Harl. Tzschuck. 1. 2. Heindr. Bip. Brem. hinc nos etiam ut ejecimus.]—15 *Id facturos* Ms. Leid. 2. [et probat Stav. ad ed. 3.]—16 *Venissent* Ms. Leid. 2.—18 *Ab sept.* Ms. Dan. Leid. 2.

1 *Barbarum* Ms. Dan. Leid. 2.—2 Sic Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Stav. 2. 3. Tzschuck. *communiit* Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. 2. Stav. 1. Heus. Bip. Heindr. Wetz. Brem.—3 *Neque in ea* Ms. Leid. 2. dein *ea re*, omisso *in*, Ed. Jens. Med. Par. Ald.—4 *Usus est* Ms. Trin. *adjunctus est* Ms. Voss. 2. sed in marg. *adjutus*.—5 Sic Ms. Boecl. Ax. Bos. 2. et probat Heus. in not. *dev. host.* Ed.

#### NOTE

<sup>5</sup> *Cum accessisset Lemnum*] Ægæi maris Insulam, Hypsipyles Thoantis filix regiam, et Argonautarum appul-  
su notissimam: hodie *Stalimene* dicitur. Cluverius.

<sup>h</sup> *Illi irridentes responderunt, tum id se facturos*] Hoc responsum non a Lemniis, sed a Pelagis, antiquissimis Græciæ populis, Atheniensibus factum fuisse narrat Herodotus, post-

quam Delphos misissent, et jussi fuissent pœnas Atheniensibus, quas illi vellent pendere, atque Athenas venissent. Cui opinioni subscribit Zenobius his verbis: *Κελεύονταν δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐκλιπεῖν τὴν Λήμνον, εἶπον οἱ Πελάσγοι, εἴ τις αὐθημερὸν Ἀθήνηθεν βορέα χρησάμενος καταπλεύσειεν εἰς τὴν Λήμνον, ἐκστήσονται τῆς χάρας αὐτῶν.*



summa æquitate res constituit, atque ipse ibidem manere decrevit. Erat enim inter eos dignitate regia,<sup>1</sup> quamvis carebat nomine: neque id magis imperio, quam justitia, consecutus.<sup>6</sup> Neque eo secius Atheniensibus, a quibus<sup>6</sup> erat profectus, officia<sup>7</sup> præstabat. Quibus rebus fiebat, ut non minus eorum voluntate perpetuo<sup>8</sup> imperium obtineret, qui miserant; quam illorum, cum quibus erat profectus. Chersoneso tali modo constituta,<sup>9</sup> Lemnum revertitur, et ex pacto<sup>10</sup> postulat, ut sibi urbem tradant. Illi enim dixerant, 'cum vento borea<sup>11</sup> domo profectus eo pervenisset, sese dedituros:' se autem domum Chersonesi habere. Cares,<sup>12</sup> qui tum Lemnum incolebant,<sup>1</sup> etsi præter opinionem res ceciderat, tamen non dicto, sed secunda fortuna adversariorum capti, resistere ausi non sunt, atque ex insula demigrarunt.<sup>13</sup> Pari<sup>14</sup> felicitate ceteras insulas, quæ Cyclades nominantur,<sup>k</sup> sub Atheniensium redegit<sup>15</sup> potestatem.

<sup>b</sup> *Nec illud potius violentia, quam ex merito obtinuerat.*

Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. [Heinr. et rel.]—6 Sie Ms. Dan. Leid. 1. Ernst. Gif. Sav. edd. recent. Sed *ac quibuscum* Ms. Bav. ap. Sciopp. Verisim. II. 10. p. 108. qui malebat *a quibus erat præfectus*, sed quod in cod. reperit *ac quibuscum erat præfectus*, retinendum ei videtur *profectus*; nec enim, ait, collegas habuit Miltiades, quibuscum præfectus fuisset: aut *quibuscum* Ms. Put. Voss. 2. Ax. Edit. Sav. aut *quibuscumque* Ms. Boecl. *quibuscum* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Lamb. quam lect. damnat Wetz. —7 *Ac suis off.* Ms. Ernst.—8 [*Perpetuum* emendat Nodell. in Obs. critic. p. 67. at *perpetuo* propter soni suavitatem defendit Harl.]—9 *Constituto* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. 3.—10 *Ex constituto* Ms. Mendos. quod non negligendum videtur. Sed Wetz. id minus aptum censet.—11. *Boreia* Ms. Voss. 2.—12 *Chares* Ms. Dan. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par.—13 *Dimigrarunt* Ed. Med. operarum, credo, vitio: cujus generis errata alia multa ibi reperi, ut s. 3. *socius*; et s. 2. *crar* pro *erat*. mox cap. 3. *Æolidæ*.—14 *A parifel.* in ed. Pat. incipit cap. 3.—15 *Redigit* Ms. Leid. 2.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Erat enim inter eos dignitate regia*] Expulsis e Chersoneso Thracibus, rebusque suis ibi potenter confirmatis, Miltiadem tyrannicam potestatem usurpasse testatur Plutarchus, in libello quem fecit, de sera numinis vindicta. Atque adeo regnum ipsi non fuit diuturnum: a Scythiis enim pri-

mum, deinde a Phœnicibus pulsus, Athenas confugit.

<sup>1</sup> *Cares, qui tum Lemnum incolebant*] Immo Pelasgos tum Lemnum incoluisse scribit Herodotus lib. VI. Cares autem gens fuit, quæ, quo tempore Romulus Romam condidit, maris Mediterranei imperium late tenuit. Eu-

3. Eisdem temporibus Persarum rex, Darius,<sup>1</sup> ex Asia in Europam exercitu trajecto,<sup>1</sup> Scythis bellum inferre decrevit.<sup>m</sup> Pontem fecit in Istro<sup>2</sup> flumine,<sup>n</sup> qua<sup>3</sup> copias traduceret. Ejus pontis, dum ipse abesset,<sup>4</sup> custodes reliquit principes, quos secum ex Ionia et Æolide<sup>o</sup> duxerat: quibus singulis ipsarum<sup>5</sup> urbium perpetua dederat imperia. Sic enim putavit, facillime se Græca<sup>6</sup> lingua loquentes, qui Asiam incolerent, sub sua retenturum potestate, si amicis suis oppida tuenda tradidisset;<sup>p</sup> quibus, se oppresso, nulla



<sup>1</sup> *Trajectam* Ms. Voss. 3. conf. Stav. in Misc. obs. crit. nov. tom. iv. p. 521.—<sup>2</sup> Sic Ed. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. 2. Stav. 1. [Tzschuck. 2. Ith. Heus. Heinr. Wetz. *Hystro* Ms. Dan. *Histro* Ed. Jens. Med. Arg. Pat. Stav. 2. ubi in not. defendit illam scripturam, et 3.]—<sup>3</sup> Ita Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Ald. Bos. et recent. Sed *quo copias* Ms. Boecl. Mendos. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Arg. Long. male.—<sup>4</sup> *Hæc dum ip. ab.* inclusa sunt uncinis in Ald.—<sup>5</sup> *Ipsorum* Ed. Lamb.—<sup>6</sup> *Græcia lingua* Ms. Ax.

#### NOTE

seb. in Chronico. Nec illud impedit, quominus olim despectissima fuerit, ejusque inconditi mores proverbii locum fecerint; unde illud, *πρὸς χᾶρα καρτίζεις*: *Rustice agis cum rustico, &c.* Vide Cicer. pro L. Flacco.

<sup>k</sup> *Quæ Cyclades nominantur*] Insulæ Ægæi maris in orbem dispositæ, unde Cyclades dictæ; suntque numero 53. Plin. lib. iv. 12. et Pomp. lib. 11.

<sup>1</sup> *Persarum Rex, Darius*] Hystaspis filius, quem Esdras et Philo Assuerum vocant; quique equi sui hinnitu, occisis Magis, regni Persarum usurpatoribus, Rex electus est: unde postea in sigillo sculptum equum habuisse fertur, ut Scholiastes Thucydidis notat. Ille adversus Jancyrum Seytharum Regem in Europa bellum movit, quod suam filiam sibi uxorem denegasset. Justin. lib. 11.

<sup>m</sup> *Scythis bellum inferre decrevit*] Non Asiaticis, sed Europæis, qui Tanaim inter et Jaxartem amnes siti erant, quos aggressus est Darius cum septingentis hominum millibus. Jus-

tin. lib. 11. Herodotus lib. vi. Diodorus lib. 11.

<sup>n</sup> *Pontem fecit in Istro flumine*] Ister omnium Europæ fluviorum maximus, qui et Danubius dicitur. In Euxinum per sex fauces invehitur, postquam sexaginta amnes, medio ferme eorum numero navigabiles recepit. Plin. lib. iv. 12. Is ortum habet in jugis Abnobæ, montis Germaniæ. Unde Dionysius: 'Abnoba mons Istro pater est: cadit Abnobæ hiatu Flumen, in Eoos autem convertitur axes,' &c. Hunc secundum post Nilum facit Ovid. de Ponto lib. 1v.

<sup>o</sup> *Ex Ionia et Æolide*] Asiæ minoris regiones sunt, in quibus linguæ Græcæ usus familiaris erat: prima, media est Cariam inter et Æolidem; altera in ipso maris Ægæi littore sita.

<sup>p</sup> *Si amicis suis oppida tuenda tradidisset*] Reges Politicæ studiosi singulare imperium iis imponere solent, quos sibi strictiori clientela devinxerunt, quosque sciunt devictis civitatibus gratos esse, tum propter mo-

spes salutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero<sup>7</sup> Miltiades, cui illa custodia crederetur.<sup>8</sup> Hic, cum crebri afferrent<sup>9</sup> nuntii, male rem gerere Dariam, premique<sup>10</sup> ab Scythis: Miltiades hortatus est pontis custodes, ne a fortuna<sup>11</sup> datam occasionem liberandæ Græciæ dimitterent. Nam si cum his<sup>12</sup> copiis, quas secum transportaverat,<sup>9</sup> interisset<sup>13</sup> Darius, non solum Europam fore tutam, sed etiam eos, qui Asiam incolerent Græci genere,<sup>14</sup> liberos a Persarum futuros dominatione et periculo.<sup>7</sup> Id<sup>15</sup> facile effici posse: ponte enim rescisso,<sup>16</sup> regem vel hostium ferro, vel inopia, paucis diebus interiturum. Ad hoc consilium cum plerique accederent,<sup>6</sup> Histiaeus<sup>17</sup> Milesius,<sup>5</sup> ne res conficeretur, obstitit:

<sup>6</sup> *In hac sententiam cum multi descenderent.*

—7 *In hoc numero fuit* Ms. Axen. Thott. et placet Heus. in not. *fuit tunc numero* Tzschuck. 2. v. not.—8 *Traderetur* Ms. Boecl. Mendos. Ox. Voss. 1. 2. 3.—9 *Asferrent* Ms. Dan. Forsan scriba dare voluit aut invenit in suo cod. *adferrent*, quæ rectior est scriptura, et reddita est a Long. Stav. ed. 3. Harl. ac Tzschuck. pro *afferrent*. Sed *affirmarent* cod. Thott. Mox nuntii Ed. Jens. Med. Arg. Par. ubique, etiam in reliquis verbis inde ductis.—10 *Præmiquè* Ed. Med. Statim *ab Scythis* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Sed *a Scythis* Ms. Dan. Leid. Voss. 3. v. Stav. et Harl.—11 Sic Ms. Dan. Ed. Arg. et recentt. Sed *fortuna* simpliciter Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Mag.—12 *cum iis* Ms. Voss. 2. Mox *transportarat* Ms. Dan.—13 Ita Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Boecl. Ax. Scheff. v. ejus 7. epist. ad Heins. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Gebh. Boecl. Long. Stav. 2. 3. Heus. vulgo *interiisset*.—14 *Græcos generis* Ms. Leid. 2.—15 *Id et fac.* Ms. Ernst. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. 2. Stav. 1. Heins. Wetz. *idque fac.* Paull. et *facile* omisso τῶ *id* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Mendos. Gif. *id facile* Ed. Lamb. Stav. 2. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. eosque sum secutus. Heus. inclusit τὸ et uncinis, quia et pro *etiam* raro apud Corn. observetur, idque, ubi occurrit, sit suspectum.—16 Ita ed. Jens. Med. Arg. Bos. 1. 2. Stav. 1. 2. 3. et rel. recentt. sed *reciso* Ms. Leid. 2. Ed. Paris. Ald. Vulgata lectio est vera. Sed permutantur etiam alibi: v. c. Flor. 1. 10. 4. ubi vid. interpr. et Stav. ad nostrum locum.—17 *Hestiaus* Ms. Dan. Voss. 1. *Istiaus* Ed.

#### NOTE

rum, cum linguæ conformitatem; quandoquidem si status Popularis in singularem mutatus sit, summa imperii non peregrinis, sed inde natis melius creditur: nam 'suis quisque placidius paret, etiam cum is præest, qui magis timeri potest.' Curt. vi. 14.

<sup>9</sup> *Quas secum transportaverat*] Sc. ultra Istri pontem.

<sup>7</sup> *Liberos a Persarum futuros domina-*

*tione et periculo*] Tanta enim erat Persarum crudelitas in devictas gentes, ut ipsas etiam variis suppliciorum generibus cruciarent, nec quietem ullam ipsis concederent. Vide Herodot. de Zopyri historia.

<sup>5</sup> *Histiaus Milesius*] Miletus urbs in finibus Ionæ et Cariæ, ob pretiosa vellera et lanificia olim nobilis; unde Milesius.

dicens, non idem ipsis, qui summas imperii tenerent, expedire et multitudini: quod Darii regno ipsorum niteretur dominatio; quo extincto, ipsos potestate expulsos civibus suis pœnas duros. Itaque adeo se abhorrere a ceterorum consilio, ut nihil putet ipsis utilius, quam confirmari regnum Persarum. Hujus cum sententiam plurimi essent secuti,<sup>18</sup> Miltiades, non dubitans, tam multis consciis,<sup>19</sup> ad regis aures consilia sua perventura; Chersonesum reliquit, ac<sup>20</sup> rursus Athenas demigravit. Cujus ratio etsi non valuit;<sup>2</sup> tamen magnopere est laudanda:<sup>21</sup> cum amicior omnium libertati, quam suæ fuerit dominationi.

4. Darius autem, cum ex Europa in Asiam redisset, hortantibus amicis, ut Græciam redigeret in suam potestatem,<sup>1</sup> classem quingentarum navium comparavit, eique Datim<sup>2</sup> præfecit et Artaphernem;<sup>3</sup> hisque ducenta peditum, decem millia equitum<sup>3</sup> dedit: causam interserens, se hostem esse Atheniensibus, quod eorum auxilio Iones Sardeis<sup>4</sup>

<sup>2</sup> Cujus consilium quanquam frustra fuit.

Lamb.—18 *Consecuti* Ms. Leid. 2.—19 *Consiliis* Ms. Leid. 2. Voss. 1.—20 *Hac rursus* Ms. Voss. 3. Mox *ejus ratio* conjecit Ondend.—21 *Laudandus* Ms. Ernst. Ed. Steph. Mag. [v. not.: neque Heusingero aliquid mutandum videtur.] Conf. Cic. Phil. II. 10. 15.

1 *In suam red. p.* Ed. Steph. Gebh. Keuch. Mag. Dein *classes* cod. Thott.—2 *Datim* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Mag. Mox *præfecit* Ms. Dan. et *Artaphernem* Ms. Leid. 2.—3 *Ped. dec. mill. equ.* Ms. Dan. Boecl. Leid. 2. Voss. 2. (in quibus tamen omnibus scribitur *milia*) Bav. 1. 2. Ax. Ed. Bos. 2. Heus. Stav. 3. Wetz. Heinr. Brem. Tzschuck. conf. Gronov. ad Liv. xxxvi. 14. *Ped. et decem millia eq.* ed. Ith. Pat. Sed *peditum millia et decem equit.* Ed. Jens. Med. Paris. Ald. (in quibus vero ubique scribitur *milia*) Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. 1. 2. Harl. quod clarius legi putat Wetz. in not. esse enim 200,000 ped. 10,000 eq. *Ped. millia, decem equ.* Ed. Arg. Mag.—4 *Sardis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Cujus ratio etsi non valuit; tamen magnopere est laudanda*] Id a Nepote dicitur potius ex odio Romanis congenito in Reges, quam ex rei veritate; multo enim laudabilior nemo non dixerit Miltiadem, si Persarum Regi fidem non dedisset.

<sup>2</sup> *Datim præfecit, et Artaphernem*]

Hi ambo Persæ, et Darii Satrapæ; Artaphernes quidem Darii frater: uterque post Marathoniam cladem, in Græcia infeliciter periit, a Spartanis in puteum conjectus, et superstructa pyra vivus suffocatus. Ælianus.

expugnassent,<sup>v</sup> suaque præsidia interfecissent. Illi<sup>s</sup> præfecti regii,<sup>6</sup> classe ad Eubœam<sup>7</sup> appulsa,<sup>w</sup> celeriter Eretriam ceperunt,<sup>x</sup> omnesque<sup>8</sup> ejus gentis cives abreptos in Asiam ad regem miserunt.<sup>y</sup> Inde ad Atticam accesserunt, ac suas copias in campum Marathona<sup>z</sup> deduxerunt. Is abest<sup>9</sup> ab oppido<sup>a</sup> circiter millia passuum<sup>10</sup> decem. Hoc tumultu<sup>11</sup> Athenienses tam propinquo tamque magno permoti, auxilium nusquam nisi a Lacedæmoniis,<sup>b</sup> petiverunt: Philippidemque<sup>12</sup> cursorem ejus generis, qui hemerodromœ<sup>13c</sup> vo-

Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. *Sardes* Brem. Tzsch. 2.—5 Sic Ms. Dan. Sed *præfecti* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—6 *Regis* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Dan. Ox. Ed. Lut.—7 *Classe Eubœam* Ms. Voss. 2. Ax. Oxon.—8 *Omnesque* Ed. Lamb. Et sic ubique hos casus exhibet scriptos. Atque *Erythream* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—9 *Is est ab op.* Ms. Leid. 2. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Par.—10 *Passus* Ms. Boecl. Dan. Leid. 2. Boecl. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Par.—11 *Tumulto* Ms. Voss. 3.—12 Sic Ms. Long. quod ipse Longol. probabat. Ed. Mag. Steph. Stav. 1. 2. 3. Heus. Tzschuck. et rel. Harl. atque Stav. in not. ad min. ed. ita legere jubet, provocatque ad Salmas. Exerc. Plin. p. 33. et Palmer. in Pausaniæ Attica p. 366. et laudat de eo Plutarch. de Herodoti malign. tom. II. p. 862. *Philippumque* Ms. Leid. 2. Ox. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. et Φίλιππος ap. Athen. *Phydrumque* Ms. Dan. Bav. Gif.—13 Ita Ms. Dan.

## NOTE

<sup>v</sup> *Iones Sardeis expugnassent*] Sardeis, plur. numeri. Urbs Lydiæ ad latus Tmoli montis, olim Cræsi regia.

<sup>w</sup> *Classe ad Eubœam appulsa*] Eubœa insula est Ægæi maris, a Bœotiæ continente Euripo freto sejuncta; hodie Negrepontem vocant.

<sup>x</sup> *Celeriter Eretriam ceperunt*] Eubœæ urbem, quam trium dierum spatium eos expugnasse scribit Plato in Menexeno.

<sup>y</sup> *In Asiam ad regem miserunt*] Ex Darii mandato, qui scilicet Dati Satrapæ mortem minatus fuerat, nisi ad eum Eretrienses Atheniensesque captivos duci curaret. Plato in Menexeno. Unde colligi potest, antiquitus Regibus usitatum fuisse, ut subactas a se regiones vacuas incolis facerent, populosque in captivitatem traherent.

<sup>z</sup> *In campum Marathona*] Campo

Marathone Marathoniaque pugna nihil in tota antiquitate clarius. Marathon autem, unde campus ille nomen habet, oppidum est Atticæ, quod Athenis distat circiter decem millia passuum, prope Asopum amnem, victoria Thesei, superato Marathonio Tauro, insigne; et Miltiadis gloria, qui ibi centum millia Persarum profligavit.

<sup>a</sup> *Is abest ab oppido*] Athenis.

<sup>b</sup> *Auxilium nusquam nisi a Lacedæmoniis*] Tunc Atheniensium fœderatis, qui tamen non nisi post Marathoniam pugnam venerunt, nescio qua religione detenti, quam ex Lycurgi legibus, propter crescentem aut evanescentem Lunam, habebant; quod Strabo refert ex Herodoto lib. IX. Unde et Justinus scribit: 'Quos ubi viderunt quatruidi teneri religione, non expectato auxilio,' &c. lib. II. 9.

<sup>c</sup> *Qui Hemerodromæ vocantur*] Hi

cantur, Lacedæmonem miserunt,<sup>d</sup> ut nuntiaret, quam<sup>14</sup> celeri opus esset auxilio. Domi autem creant<sup>15</sup> decem prætores, qui exercitui præessent, in eis Miltiadem: inter quos magna fuit contentio, utrum moenibus se<sup>16</sup> defenderent,<sup>e</sup> an obviam irent hostibus, acieque decernerent.<sup>17</sup> Unus Miltiades maxime nitebatur,<sup>f</sup> ' ut primo quoque tempore castra fierent: id si factum esset, et civibus animum accessurum, cum viderent de eorum virtute non desperari;<sup>18</sup> et hostes eadem re fore tardiores, si animadverterent, audere<sup>19</sup> adversus se tam exiguis copiis dimicare.<sup>20</sup>

<sup>e</sup> An se intra Urbem tuerentur.

<sup>f</sup> Solus Miltiades vehementer suadebat.

Gif. Bav. Ed. Bos. 2. Stav. 2. 3. Tzsch. 1. 2. Atque de terminatione in *oe* lat. vocc. quæ ap. Græcos desinunt in *oi*, v. Oudend. ad Lucan. II. v. 593. et eundem ac Grot. ad Lucan. III. v. 180. Sed *Hemerodromæ* Ms. Leid. 2. Voss. 1. *Hemerodromei* Ms. Sluisq. *Hemerodromi* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Stav. 1. Heus. Wetz. Heinr. Ith. *ἡμεροδρόμοι* Brem. *Hemordrume* Ms. Voss. 3. In Ms. Ax. deerat, relicto tamen spatio: quoniam forsitan illius cod. scriba in suo cod. nomen repererat Græcis literis, quas non intellexerit, scriptum. Dein *vocatur* Ms. Voss. 3.—14 *Quam* aberat Ms. Voss. 3.—15 *Creant....Miltiadem* Ms. Boecl. Dan. Mendos. Leid. 1. (in quo etiam est *domi erant autem*) Ox. Voss. 2. 3. (in marg. Voss. 2. notatum erat *al. creati* et pro *Miltiades, Miltiadem*.) Axen. Ed. Ultraj. Heus. Stav. 2. 3. Tzschuck. 1. 2. Ith. Heinr. Harl. qui in not. conjecit *creurunt*, Brem. *creati....Miltiades* Edd. antiq. Bos. 1. Wetz. ac Paufl. qui id defendunt, quoniam præcedant præterita *petierunt, miserunt*, et sequatur imperfectum *præessent*. Non quidem male, ait Tzschuck. ad ed. 2. sed annotat quoque, esse exempla similis mutationis etiam alibi obvia, et hic Cornel. ad diversam rem progredi, quæ interjecto tempore acta est, eamque temporis positi diversitate quasi signare. Quare rescripsi, *creant....Miltiadem*. Tum 10. *prætores* Mss. Ox. Voss. 2. 3. Sed Ms. Ax. aberat. Ceterum in Ms. Long. pro *prætores* erat *imperatores*: glossema sapit. Tum *Mylicyades* Ms. Voss. 1. et 2. in marg.—16 *Se* abest Ms. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—17 Ita præter alios et edd. recentt. Ms. Put. Gif. Sav. Leid. Ax. Sed *un æque contenderent* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *acieque contenderent* Ed. Ald. Lamb. Gebh. Kench. *acieque decertarent* Ms. Mendos. Dan. Ven. Voss. 1. 3. sed in 1. notatum erat supra, *decernerent*, Ms. Sluisq. *aciemque cernerent*, Ms. et ed. Mag. et *æquis contenderent* Ed. Long. *an æquis contend.*—18 *Desperare* Ms. Leid. 2. Ed. Kench. Mox *eadem de re* Ms. Ax. v. Scheffer. ad Phædri fabb. IV. 9. 3. et interpretes ad A. Gell. IV. 1. p. 321. ed. Conradi.—19 *Auderi* Ms. Ernst. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Bos. Stav. 1.

#### NOTE

cursores erant, qui totum diem cursitantes non defatigabantur; sic dicti ἀπὸ τῆς ἡμέρας καὶ δρομοῦ. De triplici hemerodromorum genere, vide Lipsium Cent. III.

<sup>d</sup> *Lacedæmonem miserunt*] Hoc iter

mille centum quadraginta stadiis definitum, quod decurrit biduo ille Philippides Athenis missus, ut refert Herodotus lib. VI. δευτεράϊος ἐκ τοῦ Ἀθηναίων ἵσπεος ἦν ἐν Σπάρτην.

5. Hoc in tempore<sup>1</sup> nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit præter Plataënsium:<sup>2</sup> ca mille misit militum. Itaque horum adventu decem millia<sup>3</sup> armatorum completa sunt: quæ manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate.<sup>f</sup> Quo factum est, ut plus, quam collegæ, Miltiades valuerit;<sup>4g</sup> ejus enim<sup>5</sup> auctoritate impulsæ Athenienses, copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo castra fecerunt. Deinde postero<sup>6</sup> die sub montis radicibus, acie e regione instructa, nova arte,<sup>7</sup>



et 3. Wetz. Brem. Tzschuck. 1. 2. Schmieder, qui acriter defendunt hanc lectionem, et damnant alteram *audere*, scil. Athenienses: *audere* Ms. Ax. Boecl. Ed. Jens. Med. Long. Stav. in ed. 2. s. miu. Hausing. Harl. atque vindicant h. lect. Scheffer. in ep. 7. ad Nic. Heius. in Burm. syll. epp. tom. v. p. 9. et 11. Paufl. in not. et Kapp. in Harl. Opusc. p. 459. cum Heus. *audiri* Ed. Ald.—20 Ita Ms. Voss. 2. Ax. et edd. recentt. Sed *dimicari* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Par. *copiis dimicarent auderi* Ms. Dan. In Ms. Ox. *rd dimicare* deest.

1 Ita fere omnes, præter edd. Steph. et Mag. quæ in omittunt. Mox *Atheniensis* Ms. Leid. 2.—2 Sic Ed. Mag. Steph. Gebh. Tzschuck. 1. 2. Stav. 2. maj. Harl. suasit quoque Ondend. ad Cæs. B. G. 1. 5. p. 11. et ego recepi: *Plataenses* Ed. Bip. Heus. Stav. 1. maj. et min. in textu, ac rel. *Platenses* Ms. Leid. 2. *Platenses* Ms. Voss. 1. 2. *Plateenses* Ed. Par. Paulo post *Itaque hominum adventu* Ms. Ox. et Stav. ad ed. min. legere jubet *horum hominum adventu*.—3 *Milia* Ms. Voss. et edd. nostri veteres ubique. Sed a Ms. Voss. 3. aberant voce. *præter Plat....completa sunt*.—4 *Valeret* Ms. Dan. et id quidem latinatatem postulare, censet Schmieder in Lexic. über den Corn. p. 3.—5 *Ejus ergo* Ms. Dan. Gif. *ejus auctor*. Ms. Leid. 2. Ax. Ed. Heus. *ejus [enim] auctoritate*: atque enim omisit Stav. in ed. 3.—6 *Dein postero* Ms. Dan. *Deinde postera* Ms. Voss. 2. In Ms. Ax. erat *Dein postera submotis rad.*—7 *Nona partis summa præl.* Ms. Gif. (v. Schoppii Verisim. II. 10. p. 108. sq.) Ed. Ultraject. in *parte montis summa* Ms. Sav. Mendos. Voss. 3. idque probat Schottus, jure vero repudiat Gebhard. *nova partis summa* Ms. Dan. et non *apertissima* Ms. Leid. 2. *nova arte* abest cod. Thott. in quo etiam paulo ante legitur *ex urbe abduxerunt*. Mire transposuit Lambin. locum in notis ad alteram edit. Francof. 1608. fol. (nam in 1. ed. Lutet. 1569. 4. illam conjecturam nondum enixus erat:) et Paufl. in notis accessit, nisi ut *strata* scriberet, hoc pacto: *Deinde postero die sub montis radicibus acie e regione instructa, hoc consilio, ut et mont. teg. altitud. et arborum tractu, (namque arbores multis locis erant rara,) equit. host. impedit. ne mult. clauderentur: novu arte, vi summa præl. commiserunt. Prælium autem habent* edd. Jens. Med. Ald. ubique, Tzsch. Wetz.

## NOTE

\* *Præter Plataënsium*] Supple. civitatem. Plataëæ urbs est Bœotix, sub Cithærone monte, non procul a Thebis, sic dicta a remorum latitudine. Strabo lib. IX.

<sup>f</sup> *Mirabili flagrabat pugnandi cupiditate*] Ita Justin. lib. II. 9.

<sup>g</sup> *Ut plus, quam collegæ, Miltiades*

*valuerit*] Quia reliquis Atheniensium ducibus ad pugnandum ægre consentientibus, Miltiades prævaluit. Sic Justin. loco citato, his verbis, 'Miltiades et dux belli erat, et auctor non expectandi auxilii, quem tanta fiducia ceperat, ut plus præsidii in celeritate, quam in sociis duceret.'

vi summa prælium commiserunt, (namque<sup>8</sup> arbores multis locis erant stratae,<sup>9</sup>) hoc consilio, ut et<sup>10</sup> montium tegerentur altitudine, et arborum tractu equitatus hostium impediretur,<sup>s</sup> ne multitudine clauderentur. Datis,<sup>11</sup> etsi non æquum locum videbat suis,<sup>h</sup> tamen fretus numero copiarum suarum, confligere cupiebat: eoque magis, quod,<sup>12</sup> priusquam Lacedæmonii subsidio venirent,<sup>h</sup> dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem<sup>13</sup> peditum centum, equitum decem millia produxit, præliumque<sup>14</sup> commisit. In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut decem-  
plicem<sup>15</sup> numerum hostium profligarent:<sup>16</sup> adeoque perter-  
ruerunt,<sup>17</sup> ut Persæ non castra, sed naves, peterent.<sup>18</sup> Qua

<sup>s</sup> Et longa arborum serie adversariorum Equites implicarentur.

<sup>h</sup> Quanquam angustius spatium suis cernebat.

<sup>i</sup> Ut decies majorem adversariorum multitudinem debellarent.

\*\*\*\*\*

Heinr. prælium aliæ plures.—8 Namque Ed. Jens. Med. Ald. ubique. Tum arbore Ms. Leid. 2. et militis loco multis Mss. Oxon. Voss. 1. 2.—9 Strata, rara Mss. Ox. Voss. 1. 2. Ceterum in ed. Heus. Stav. 2. 3. Harl. Bipont. Wetz. Schmied. inclusa sunt uncinis verba namque....rara. Uti jam suaserat Jo. Scheffer. in epist. v. ad Heinsium, et hic in ep. vi. ad illum comprobat, in Syll. epistol. Burm. tom. v. p. 5. et 8. item Puteanus in not. Lambin. ed. 2. Atque rara et plurimi codd. ac Thott. Heus. ac plurimæ edd. etiam Staver. in textu, qui tamen in notis probat lectionem cod. Leid. strata, quam antea Buchner, Gebhard, Kirchmaier, et Cleric. in Bibl. anc. et mod. tom. v. p. 1. maluerunt, et rescripserunt Harl. in ed. 2. Tzschuck. 1. 2. Brem. (qui vero, uti etiam Tzschuck. et Paulf. fecerunt, omisit uncin. et interpunxit commiserunt. Namque arbores....strata, hoc cons.) probavitque Schlegel. strata I. c. p. 2. Atque ego et strata recepi, quia cadere solebant Græci arbores, cæsasque hosti nonnunquam objicere, (v. Stav. et Harl.) et vocc. uncinis inclusi. Ithæ interpunctione commiserunt, namque arbor....rara hoc consilio, ut, &c. locum magis obscuravit. At censor edit. 1. Staver. in nov. act. erudit. m. Jul. ann. 1737. p. 301. jam improbavit illam vocc. conjunctionem, et conjicit rura, i. e. eruta, loco rara, vel erant positum putat pro factæ erant. Tum arborum tractus est longa arborum series, Verhack.—10 Et ut Ed. Med. Arg. dein, alit. tegerentur Ms. Dan. Sed in Ms. Voss. 3. erat regerentur. Ed. Long. et ut montium obtegerentur altitudine.—11 Dathis Ms. Dan. Leid. 2. et locum æquum Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Sed æquum locum Ms. Dan. Boecl. Ax. cum reliquis edd. Dein fractus Ed. Par.—12 Magis prius Ms. Leid. 2. tum veniret Ms. Voss. 3. et arbitrabatur Ms. Leid. 2.—13 In acie Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Paris. Ald. Long. Sed in aciem etiam Ms. Voss.—14 Præliumque Ms. Ox. aberat.—15 Decuplicem Ed. Ald. Lamb. Pat. male.—16 Profligant Ms. Dan. Leid. Ed. Jens. Heus. Ith. Wetz. profligaverint Ms. Voss. 2. Boecl. Reliquæ edd. profligarent. v. Tzsch.—17 Adeoque perter-

#### NOTE

<sup>h</sup> Quod, priusquam Lacedæmonii subsidio venirent] Quia, ut jam dictum est, plenilunium expectabant.

<sup>i</sup> Ut Persæ non castra, sed naves pe-



pugna nihil adhuc est nobilius.<sup>19</sup> Nulla enim unquam tam exigua manus tantas opes<sup>20</sup> prostravit.<sup>k</sup>

6. Cujus victoriae non alienum videtur, quale praemium Miltiadi<sup>1</sup> sit tributum, docere: quo facilius intelligi possit, eandem omnium civitatum esse naturam. Ut enim populi<sup>2</sup> nostri<sup>3</sup> honores quondam fuerunt rari et tenues,<sup>3</sup> ob eamque causam gloriosi; nunc autem effusi, atque obsoleti:<sup>4</sup> sic olim apud Athenienses fuisse, reperimus. Namque huic Miltiadi, qui Athenas,<sup>5</sup> totamque Graeciam liberarat,<sup>6</sup> talis honos tributus est in porticu, quae Pœcile<sup>7</sup> vocatur,<sup>k</sup> cum pugna depingeretur Marathonica: ut<sup>8</sup> in decem praetorum numero prima ejus imago poneretur, isque hortaretur milites, praeliumque<sup>9</sup> committeret. Idem ille populus, posteaquam majus imperium est nactus, et largitione magistratum corruptus est, trecentas statuas Demetrio Phalereo<sup>10</sup> decrevit.

<sup>k</sup> *Tam ingentes copias prostravit.*

<sup>1</sup> *Jam vero immoderati, et nimis usitati.*



*ruerint* Ms. Dan. Leid. 2. Ax. male; neque enim dependet a conjunctione *ut*: adeo *perterruerunt* Ed. Ald. adeoque *perteruerunt* Ed. Jens. Med. adeoque *es perterruerunt* Ed. Long.—18 *Petierint* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 3. Ax. Ed. Heus. Ith. Wetz. *petierunt* Ms. Voss. 2. Boecl. Tum *quoniam nob.* Ms. Mendos.—19 *His nobilius* Ms. Voss. 2. *Volubilius* Ms. Mendos. Voss. 3.—20 *Copias* Ms. Ernst.

1 *Miltiade* Ms. Voss. 3.—2 Sic Ms. Dan. Boecl. Gif. Leid. 1. Voss. 2. Ed. Bos. 2. Heus. Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Harl. et reliquae recentt. quod et probat Delphin. Editor: sed *enim* omitt. Ed. Lamb. Steph. Mag. Long. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. 1. 2. Pat.—3 *Tenus* Ms. Voss. 1.—4 *Obsoleti* Ms. Gif. Put. Dan. Sav. ed. Lamb. et recentt. Sed *absoleti* Ms. Voss. 1. *aboleti* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Valquenarius ad Enrip. Phœn. p. 53. coniecit *atque eo obsoleti*.—5 *Quia Athenas* Ms. Boecl. Ax. *quid Athenas* Ms. Dan. *ea Athenas* Ms. Leid. 2. dein *Graecia* Ms. Leid. 2.—6 Sic Ms. Voss. 2. Dan. Boecl. Ax. Ed. Bos. 2. Heus. Harl. Tzschuck. 2. Ith. Brem. Wetz. &c. Sed *liberavit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. 1. 2. 3.—7 *Ποικίλη* Ms. Dan.—8 *Ut, cum.... Marathon., in dec.* Stav. ed. min.—9 *Praediumque* Ms. Voss. 3.—10 *Phalero* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. conf. Ruhnquen. ad Rutil. Lup. p. 128. Mox *deceruit* Ms. Voss. 2.

#### NOTÆ

*terent*] Ita Justinus lib. II. 9. ‘Victi Persæ in naves confugerunt, ex quibus multæ suppressæ, multæ captæ sunt.’ Et paulo post, ‘Cynegiri quoque Atheniensis stupendum illud fa-

cinus apparuit, qui amputata utraque manu, dentibus postea navem detinuit.’ Just. ibidem.

<sup>k</sup> *Que Pœcile vocatur*] Pœcile porticus erat Athenis, variis picturarum

7. Post hoc praelium classem septuaginta navium Athenienses eidem Miltiadi dederunt, ut insulas, quæ barbaros adjuverant,<sup>1</sup> bello persequeretur.<sup>1</sup> Quo imperio plerasque ad officium redire coëgit, nonnullas vi expugnavit. Ex his Parum insulam, opibus elatam,<sup>m</sup> cum oratione reconciliare non posset; copias e navibus<sup>2</sup> eduxit, urbem operibus<sup>3</sup> clausit<sup>m</sup> omnique comœatu privavit: deinde vineis ac testudinibus<sup>n</sup> constitutis, propius<sup>4</sup> muros accessit. Cum jam in eo esset, ut oppido potiretur,<sup>n</sup> procul in continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur, nescio quo casu, nocturno tempore incensus est: cujus flamma ut ab<sup>5</sup> oppidanis et oppugnatoribus est visa, utrisque venit in opinionem, signum a classiariis regiis<sup>6</sup> datum. Quo factum est, ut et Parii<sup>7</sup> a deditione deterrentur, et Miltiades, timens ne classis regia adventaret, incensis operibus, quæ statuerat, cum totidem navibus, atque erat profectus, Athenas magna cum offensione civium suorum rediret. Accusatus ergo<sup>8</sup> proditiōnis, quod, cum Parum expugnare posset, a rege corruptus infectis rebus<sup>9</sup> <sup>10</sup>discessisset.<sup>o</sup> Eo tempore æger

<sup>m</sup> *Oppidum vallari corona cinxit.*

<sup>n</sup> *Cum brevi futurum esset, ut urbem caperet.*

<sup>o</sup> *Ante captam Urbem obsidionem solvisset.*

1 *Prosequeretur* Ms. Voss. 2. Dein *plures ad* Ms. Mendos. Voss. 3.—2 *Ms. Voss. 2. Boecl. Ax. aberant: atque e navibus* glossema esse putat Scheffer. in epist. vii. ad Heins. in Sylloge epist. Burmann. tom. v. p. 9.—3 *Opibus* e Jens. laudatur in ed. Pat. sed haud dubie erat *opibus*. Mox *omniaque comm.* ed. Par. et *dein* Ed. Jens. Med. Arg.—4 *Proprius* Ms. Leid. 2.—5 *Flamma ab opp.* Ms. Leid. 2. Mox *utrisque* Ed. Par. Ald.—6 *Signum adversariis datum* Ms. Ox. *signum a class. regis datum* Ms. Dan. Voss. 2.—7 *Ut Parii* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. et *ut Parii* Ms. Voss. 3. et *Parum* Ms. Leid. 2. Dein *deterrentur* Ed. Jens. Med.—8 *Accusatus est ergo* Ms. Dan.—9 *Omnibus* Ms. Leid. 2.—10 *Rebus a pugna* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. Stav. 1. absunt unci Wetz. Itl. Bipont. Schmied. sed vocc. *a pugna* non leguntur in Ms. Dan. Mendos. Leid. 2. Boecl. Voss. 2.

#### NOTÆ

generibus adornata, quarum Auctor Polygnotus Thasius. Diogenes Lærtius in Zenone. In hac portici pugna Marathoniam depicta est.

<sup>1</sup> *Ut insulas, quæ barbaros adjuverant*] Nimirum, Cycladas.

<sup>m</sup> *Parum insulam, opibus elatam*] Una est ex Cycladibus, marmoris candidi fodinis notissima.

<sup>n</sup> *Deinde vineis, ac testudinibus*] Testudo, machina bellica tabulatis contexta ad urbium expugnationem.

erat vulneribus, quæ in oppugnando oppido acceperat.<sup>11</sup> Itaque, quoniam ipse<sup>12</sup> pro se dicere non posset, verba pro eo<sup>13</sup> fecit frater ejus Tisagoras.<sup>14</sup> Causa cognita, capitibus absolutus,<sup>15</sup> pecunia mulctatus est: eaque lis quinquaginta talentis aestimata est,<sup>7</sup> quantum in classem<sup>16</sup> sumtus factus erat. Hanc pecuniam quod solvere in præsentia<sup>17</sup> non poterat, in vincula<sup>18</sup> publica coniectus est, ibique diem obiit supremum.

8. Hic etsi crimine Pario<sup>1</sup> est accusatus,<sup>7</sup> tamen alia fuit causa damnationis. Namque<sup>2</sup> Athenienses, propter Pisis-trati<sup>3</sup> tyrannidem,<sup>9</sup> quæ paucis annis ante fuerat, omnium

<sup>7</sup> *Hæcque mulcta aureorum triginta millibus numerata est.*

<sup>9</sup> *Licet ille solutæ obsidionis in Paro insula reus esset.*



[et, quia durius pugna ponitur pro oppugnatione, de qua sermo est, omisi a pugna cum Stav. in ed. min. et 2. maj. Harl. Brem. Tzschuck. 1. 2. Paufl. add. Oudendorp. ad Jul. Cæs. vi. B. G. cap. 12. et Stav. in nov. misc. Obs. tom. v. p. 524. sq. Sed ea voce, uncinis inclusit Bos. 2. Heus. vero et ea retinenda putavit et uncin. omisit.] In Ms. Ax. [et Thott.] erat a rege discessit.—11 *Acceperat* etiam Ms. Dan. Gif. Put. Sav. Ed. Lamb. [et recentiores.] Sed *ceperat* Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. *ceperat* Ed. Long.—12 *Ipsè* Ms. Boecl. Voss. 2. Axen. aberat: [et Heus. id a grammaticis forsan adjectam putat: sed Tzschuck. id voc., judicat, desiderare orationis concinnitatem propter oppositum Tisagoras. Idem Tzschuck., cujus not. ad min. edit. conferes, pro quoniam, quia extra obliquam orationem rarius cum conjunctivo ponatur, conjicit cum jam, et antea Kappius conjecit, scriptum fuisse quom, id est, quum. Heus. tamen et Bremi tuentur quoniam, compositum ex quum, cum et jam.]—13 *Pro eo* Ms. Leid. 1. Ax. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. aberant. Heusing. idè inclusit uncinis.—14 *Isagoras* Ms. Boecl. Ax. *Dixagoras* Ms. Long. *Sagoras* Ms. Dan. Mendos. Voss. 1. 2. 3. *Isagonas* Ms. Leid. 2. *Dagoras* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. *Stesagoras* Ed. Mag. Lamb. Steph. quod probat Longol. *Diagoras* Ed. Ultraj. Long.—15 *Absoluta* Ms. Voss. 3. Dein multi *multatus*; at [alii scribere malint id voc. *mulctatus*; v. Gruner. ad Vell. Patere. ii. c. 70. p. 300.]—16 *In classes* Ms. Dan. Leid. 2. [idque non omnino improbat Stav. ad min. ed. *classes* enim pro navibus ponuntur: sed ad utramque maj. ed. probare videtur *classem*.]—17 *In præsentia* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Lamb. Bos. 1. Stav. 1. 2. 3. [Tzschuck. 1.] absunt: [et Stav. in not. ad 3. ed. contra Heus. acriter dimicans ea extrudenda censet:] sed legebantur in Ms. Mendos. Gif. Dan. Boecl. Leid. 2. Put. Sav. Ox. Voss. 1. 2. 3. Ed. Bos. 2. Heus. [Tzschuck. 2. Harl. et recentt. nam sensus adjuvatur.] Mox *potuerat* Ed. Mag.—18 *Vinclu* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Dein *est* aberat Ms. Leid. 2.

1 *Pario* Ms. Leid. 2.—2 *Nanque* Ed. Ald. Lamb. *naque* Ed. Paris. *nanque* Ed. Med. Arg. Steph. Gebh. [Harl. Tzschuck. et ego recepi, quia sequitur

#### NOTÆ

° *Propter Pisis-trati tyrannidem*] Hic potestatem invaserat. Hippocratis ex cive privato Athenis supremam filius fuit, primusque Athenis Biblio-Delph. et Var. Clus. Nep. F

suorum<sup>4</sup> civium potentiam extimescebant.<sup>p</sup> Miltiades, multum in<sup>s</sup> imperiis magistratibusque<sup>6</sup> versatus, non videbatur posse esse privatus,<sup>r</sup><sup>q</sup> præsertim cum consuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur. Nam Chersonesi<sup>7</sup> omnes illos, quos habitarat, annos perpetuam obtinuerat dominationem, tyrannusque fuerat appellatus,<sup>r</sup> sed justus: non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate; eamque potestatem bonitate retinuerat.<sup>8</sup> Omnes autem et habentur et dicuntur tyranni,<sup>9</sup> qui potestate sunt perpetua in ea civitate, quæ<sup>10</sup> libertatè usa est. Sed in Miltiade erat<sup>11</sup> cum summa humanitas, tum mira communitas;<sup>12</sup> ut nemo tam

<sup>r</sup> Vitam privatam servare non posse privatus.

<sup>r</sup> Rexque fuerat dictus.

vocalis. Vulgo nam.]—3 *Pisystrati* Ed. Arg.—4 *Civium suorum* Ms. Dan.—5 *In aberat* Ms. Leid. 2. Ox. Voss. 2. Boecl.—6 *Magnisque* Ms. Gif. Dan. Boecl. Leid. 2. Ox. Voss. 2. Struchtmeier p. 51. animadvers. critic. conjicit *magnisque magistratibus*: inepte. Nam nunquam dicitur *magnus magistratus*: et opponitur *privatis*. [Ondendorp. ad Stav. ed. 3. suspicatur excidisse forte *judiciis*. At nihil mutandum esse jam viderunt Heusing. et alii recentt. interpretes. *Magnis* in codice, ex quo alii fluxerint, per compendium scribendi, aut quoniam mediæ syllabæ fuerint oblitteratæ deletæve, pro *magistratibus* ortum videtur.]—7 *Chersonesso* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. *Chersoneso* Ed. Jens. Med. Arg. Paris.—8 *Retinebat* Ms. Leid. 2. Boecl. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—9 *Et dicuntur tyranni et habentur* Ms. Dan. [quam lectionem suaviorem equidem præferrem.] *et dic. et hab. tyr.* Ms. Ax.—10 *Quæ* Ms. Voss. 3. aberat.—11 *Erat* aberat Ms. Voss. 2. Ax. Dein *tum summa* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 2. Edit. Paris. Ald.—12 *Comitas* Ms. Put. Sav. Ed. Jens. Ald. Long. Lamb. [Bos. in contextu, Stav. Heus. Ith. (qui id voc. in not. late explicat, defendit et vertit Dienstgefälligkeit,) Bipont. Tzschuck. 1. Harl. (cujus not. conf.) et al.] Sed *communitas* Ms. Mendos. Dan. Voss. 1. 3. sed in marg. Voss. 1. 3. eadem manu scriptum erat 'al. *comitas*.' Ms. Gif. *comintas*. [quæ lectio, licet prava, juvat nostram. Atque] *communitas* probat Cleric. art. crit. vol. 2. p. 128. [s. part. III. sect. 1. cap. 7. §. 7. p. 86. ed. Lips. nec non Scheffer. in Epist. VII. ad Nic. Heins. in Sylloge epistol. Burm. tom. v. p. 9. ac receperunt in textum Heindr. atque Tzschuck. in ed. 2. probavitque Wetz. in not. vid. etiam Gruner. (qui in nostro loco *communitas* scribere jubet) et Tzschuck. ad Eutrop. VIII. cap. 5. p. 548. inprimis de solenni utriusque voc. commutatione. Quare, cum etiam voc. *communitas* a librariis facilius in *comitas*, quam hoc voc. in illud mutatum fuerit, et difficilior lectio præferri solet faciliori, rescripsi *communitas*.]

#### NOTE

thecam publicavit. Vide plura apud Just. et Herodotum lib. 1.

<sup>p</sup> *Omnia suorum civium potentiam extimescebant*] Plus æqua civium potestas in liberis civitatibus odiosa

est, et suspecta.

<sup>q</sup> *Non videbatur posse esse privatus*] Quia tanta est imperii dulcedo, tamque penetrans ambitio, ut vix dedisci possit.

humilis esset,<sup>r</sup> cui non ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omnes civitates, nobile nomen, laus rei militaris maxima. Hæc populus respiciens, maluit eum innoxium plecti, quam se diutius esse in timore.

## NOTE

<sup>r</sup> *Ut nemo tam humilis esset*] Qui se nimis, in magna dignitate, affabiles atque aditu faciles præbent, altiora spirare videntur, et Populo in Democratia, et Principi in Monarchia suspecti sunt.

## II.

# THEMISTOCLES.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. I. Adolescens liberius vivit. Exhæredatus reipublicæ se dedit. 2. Clarus Corcyræo et Persico bello. Interpretatur oraculum de muris ligneis, in bello Persico II. ad servandos cives eorum. 3. Secundum prælium ad Artemisium. 4. Dolo Xerxem vincit juxta Salamina. 5. Calido nuntio Græciam liberat. 6. Piræi portum et murós Athenarum exstruit. Lacedæmonii repugnant. 7. Lacedæmonios arte deludit, eosque reprehendit. 8. Ostracismo in exilium ejectus, varia fuga agitur. 9. Ad Artaxerxem literas dat salutis causa. 10. Multis muneribus ab eo ornatur. Magnesiæ moritur.

---

**THEMISTOCLES**, Neocli<sup>2 a</sup> filius, Atheniensis. Hujus vitia<sup>b</sup> incuntis adolescentiæ magnis sunt emendata<sup>3</sup> virtutibus: adeo ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio est ordiendum.<sup>4</sup> Pater ejus Neocles<sup>5</sup> generosus

1 *Themistoclis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald.—2 Sic Ms. Gif. Dan. Put. Sav. Mendos. Voss. 1. 2. 3. [Ed. Stav. Heus. Ith. et al.] recte: v. Prisc. 6. p. 192. Quintil. 1. 5. p. 53. Victor. in Cic. castigatt. p. 46. Lugd. A. Gell. ix. 5. ‘Hierocli Stoici,’ ubi v. Jac. Gron. Corn. vii. 2. 1. Ms. Dan. &c. *Pericli* et xvii. 1. 2. *Procli*. Sed *Neoclis* Ms. Ernst. Ed. Ald. Mag. Long. Steph. [Tzschuck. 1. 2. Wetz.] et *filius* ed. Long. ubique [Heinr. Wetz. Tzschuck. Bipont. Pauli.]—3 *Emendata* Ms. Voss. 1. sed supra notatum erat *emendata*.—4 *Ordiendum* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3.—5 *Neoclus* Ms. Gif.

### NOTÆ

<sup>a</sup> *Neocli*] Neocles Atheniensis, qui, mæ inussit.  
ut refert Valer. Max. lib. vi. 9. 2. <sup>b</sup> *Hujus vitia*] Vide Valer. Max.  
exter. abdicacionis notam suæ fa- ibidem.

fuit. Is uxorem Acharnanam<sup>6</sup> civem duxit,<sup>c</sup> ex qua natus est Themistocles: qui cum minus esset probatus parentibus, quod et liberius<sup>7</sup> vivebat, et rem familiarem negligebat, a patre exhæredatus est. Quæ contumelia non fregit eum, sed erexit. Nam cum judicasset, sine summa industria non posse eam extinguere, totum se dedidit<sup>8</sup> reipublicæ, diligentius amicis famæque serviens.<sup>a</sup> Multum in judiciis privatis versabatur,<sup>9</sup> sæpe in concionem populi prodibat, nulla res major sine eo<sup>10</sup> gerebatur, celeriterque, quæ opus<sup>11</sup> erant, reperiebat. Neque minus in rebus gerendis promptus, quam excogitandis, erat: quod 'et de instantibus,' ut ait

<sup>a</sup> *Accuratius familiares famamque excolens.*

Dan. Mendos. Voss. 3. Ed. Gebh. Kench. Patav. male.—6 Sic Ms. Ernst. Bav. 1. 2. Ax. Ed. Arg. Bos. 2. Boecl. Hens. [Wetz. Ith. Heinr. Bip.] Sed *Acaranam* Ms. Trin. Mendos. Sav. Gif. Put. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Paris. Gebh. Keuch. Long. *Ariananam* Ms. Leid. 2. *Archanam* Ms. Ox. Voss. 2. *Acaraniam* Ms. Voss. 3. *Halicarnassiam* Ed. Ald. Lamb. Bos. 1. Stav. 1. 2. 3. [qui in not. ad 2. ed. maj. suspicatur eum Buchnero *Carinam*, e Caria oriundam: conf. Plut. in vita Thucyd. c. 1. Tzschuck. 1. 2. qui, Quoniam, ait, *Acharna* tribus est Atticæ, frustra adjecisset *civem*, nec, putat, terminationem *Acharnanam* niti auctoritate. In lectione *Acaranam*, ex Acarnania, Epiri provincia, voc. *civis* alienum et falsum est. V. etiam not. in Harl. ed. Quia autem plerique matrem ejus faciunt Thressam, Tzschuck. ad ed. 2. *Adraniam* conjecit. 'Αδρανῆ enim, urbs Thraciæ, Stephano.]—7 Ita Ms. Dan. Gif. Boecl. Leid. 2. Bav. 1. Ax. Ed. Ultraj. et probat Schopp. Veriss. 1. cap. 20. [p. 70. Edd. Hens. et recentt.] Sed *liberius justo viv.* Ms. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Paris. Ald. Long. Lamb. Steph. Ab Ms. Voss. 2. et τὸ *justo*, et τὸ *liberius* aberat, Dein *rem suam famil.* Ms. Voss. 3.—8 Sic Ms. Gif. Dan. Mendos. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Paris. Kench. [Bos. 2. Harl.] Lond. [et legere jussit Stav. in nov. Obs. misc. T. VI. p. 528. Edd. Tzschuck. Wetz.] Sed *dedit* Ms. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. [Bos. 1. Stav. 1. 2. 3. Hens. Ith. Heinr. Bip.]—9 *Versabatur* Ms. Voss. 1. sed a manu sec. *versabatur*.—10 *Sine illo* Ms. Dan. Ed. Steph. Gebh. Mag. Long. Dein *regebatur* Ed. Arg. Long. Ingolst.—11 *Celeriter quæ opus* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Arg. *Erant* Ms. Voss. 3. Post *reperiebat* Ms. Dan. Leid. 1. Ed. Ultraj. Gebh. Keuch. addunt, *facile eadem oratione explicabat*. [Sed ad glossam jure ablegant ea vocc. Tzschuck. et antea Kapp.

#### NOTE

<sup>c</sup> *Is uxorem Acharnanam civem duxit*] Existimo vel legendum esse *Acarnanam*; quia nullibi me legisse memini *Acaranam*: vel nomen esse proprium, quod verisimilius videtur. Variæ autem sunt opiniones, ex qua gente fuerit Themistoclis mater: alii enim

Halicarnassiam fuisse scribunt; alii vero longe plures Treiciam meretriculam, Abrotonam nomine, asserunt. Sic Athenæus lib. XIII. 13. Porro Acarnania Epiri pars est, quam Achælus fluvius ab Ætolia dividit; unde Acarnan, nomen appellat, com. gen.

Thucydides, verissime iudicabat,<sup>b</sup> et de futuris callidissime conjiciebat.<sup>12</sup> Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur.

2. Primus autem gradus fuit capessendæ<sup>1</sup> reipublicæ bello Corcyræo:<sup>d</sup> ad quod gerendum prætor a populo factus, non solum præsentī bello, sed etiam reliquo tempore, ferociorem<sup>2</sup> reddidit civitatem.<sup>c</sup> Nam cum<sup>3</sup> pecunia publica,<sup>c</sup> quæ ex metallis redibat, largitione magistratuum quotannis<sup>4</sup> interiret, ille persuasit populo, ut ea pecunia classis centum navium ædificaretur. Quas<sup>5</sup> celeriter effecta, primum<sup>6</sup> Corcyræos fregit, deinde maritimos prædones connectando mare tutum reddidit. In quo cum<sup>7</sup> divitiis ornavit, tum etiam peritissimos belli navalis fecit Athenienses. Id<sup>8</sup> quantæ salutis fuerit universæ Græciæ, bello cognitum est Persico,<sup>9</sup> cum Xerxes<sup>e</sup> et mari et terra bellum universæ

<sup>b</sup> Quia et de præsentibus, juxta Thucydidem, certissime statuēbat.

<sup>c</sup> Bellicosiores urbem fecit.



in Harl. opuscul. p. 460. ac Staver. ad ed. 2. maj.]-12 *Neque minus....conjiciebat.* Hunc ordinem verborum servant Mss. et edd. nostri omnes, [etiam recentt.] Staver. autem in ed. 2. s. min. eum, de conjectura Buchneri, [cui assenserat Grævins ad Cicer. de Offic. 1. c. 5. p. 22. et ad libr. 11. c. 9. p. 218. qui tamen ita legit, *celeriter, quæ opus erant, reperiebat,*] ita mutavit, *quod et de instant. ut ait Thuc. ver. judic. et de fut. cal. conjic. Neque minus in r. g. pr. qu. exc. erat.* [Quam trajectionem approbat Heinr. in not. Stav. tamen in ed. 3. s. sec. maj. pristinum reduxit verborum ordinem, et copiose refutat Heus. qui conjecit: *celeriterque, quæ opus erant, reperiebat, facile eadem oratione explicabat: (neque minus in rebus gerendis promptus, quam excogitandis erat,) quod et de instantibus....callidissime conjiciebat.*]

1 *Gradus capess.* Ms. Voss. 2. Ax. *gradus fuit capesendæ* Ed. Jens. Med. gr. f. *capescendæ* Ed. Arg. Long.—2 *Ferociorem* Ms. Voss. 2. Axen.—3 *Cum ex pec.* Ms. Leid. 2.—4 *Quot annis* Ed. Jens. Med.—5 *Quæ* Ms. Boecl. Leid. 2. Ed. Arg. Steph. Boecl. Bos. 1. 2. Sed *qua* Ms. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Paris. Ald. Lamb. Gebh. Keuch. Stav. 1. 2. 3. Heus. recte. [Itcm edd. Harl. Tzschuck. 1. 2. et rel. recentt. quare *qua* recepi.]-6 *Primos* Ms. Leid. 2. Dein *Corcyræus* Ms. Voss. 3.—7 *Tum* Ms. Leid. Ed. Arg. cum Ed. Paris.—8 *Id vero* Ed. Long. et ante *tum peritiss.* Ed. Keuch. Postea autem *quante sal.* Ed. Arg. *quanti sal.* Ms. Leid. 2.—9 [*Persico, cum Xerxes....bellum....Europæ cum tantis copiis, quantus....habuit quisquam.* Ita, suadente jam Bosio, (v. not.)

#### NOTE

<sup>d</sup> *Bello Corcyræo*] Contra Herodotus lib. VII. et Thucydides lib. I. pro Corcyræo Æginiticum scribunt. Corcyra autem, quæ et Phæacia olim

dicta, nunc vulgo *Corfou*; insula est in Ionio mari, hodie Venetæ ditionis, contra Epirum.

<sup>e</sup> *Xerxes*] Darii filius.



inferret Europæ cum tantis copiis,<sup>f</sup> quantas neque antea,<sup>10</sup> neque postea habuit quisquam. Hujus enim classis mille<sup>11</sup> et ducentarum navium longarum fuit, quam duo millia onerariarum sequebantur: terrestres autem exercitus septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt.<sup>12</sup> Cujus de adventu cum fama in Græciam esset perlata et maxime Athenienses peti dicerentur, propter pugnam Marathoniam; miserunt Delphos consultum, quidnam<sup>13</sup> facerent de rebus suis.<sup>d</sup> Deliberantibus Pythia respondit, ut mœnibus ligneis se munirent. Id responsum quo valeret, cum intelligeret nemo;<sup>e</sup> Themistocles persuasit, consilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent:<sup>14</sup> eum enim a Deo<sup>15</sup> significari murum ligneum. Tali consilio probato, addunt ad superiores totidem naves triremes:<sup>16</sup> suaque omnia, quæ moveri poterant, partim Salamina,<sup>17</sup> partim Troezena<sup>g</sup> asportant:<sup>18</sup> arcem sacerdotibus

<sup>d</sup> Quo pacto res suas tuerentur.

<sup>e</sup> Hoc oraculum quorsum spectaret, cum nullus caperet.

constitui locum eum Hens. Stav. ed. maj. 2. Harl. Tzschuck. 1. 2. Ith. Heinr. Pauff. Olim enim, et in ed. Bos. Stav. 1. et min. Wetz. Brem. leg. ....*Persico. Nam cum Xerxes....Europæ, cum tantis eam copiis invasit, quantas.... habuit quisquam; hujus enim....* Sed nam abest Ms. Leid. et cum tantis copiis, quantas, omissis voce. eam et invasit, legitur in Mss. Dan. Mendos. Leid. 2. Voss. 3. at cum tantis copiis venit, quantas Ms. Ox. Ax.] Præterea cum et Xerxes Ms. Voss. 3. et ferret loco inferret Ed. Jens. Med. Paris. Ald.—10 Ante Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Paris. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Pat. an ed. Arg. tum nec postea Ms. Voss. 3.—11 Milla Ed. Med. Dein millia Ed. Jens. Med. Paris. ubique, et onerarium Ms. Leid. 2. orariarum Ms. Voss. 3.—12 Decem peditum equitum CCCC. fuerunt Ms. Voss. 1. D. peditum, equitum quadringentorum fuerunt Voss. 3. septingentorum decem millia fuer. Ms. Boecl. septing. peditum, equitum quadring. fuer. Ms. Dan. Leid. 2. septingenta decem millia peditum, equitum quadringenta millia fuer. Ms. Ax.—13 Quaedam Voss. 3. [Mox e rebus suis coniec. Heyne ad Tibull. 1. 1. 37. probatque Tzsch. ad ed. 2.]—14 Conferret Ms. Voss. 3. Statim eum etenim Ms. Ax.—15 A Deo ab eod. Jens. Med. Arg. Ald. Lamb. Long. Pat. absunt. Tum signifruci Ms. Leid. 2. significare Ed. Paris.—16 Trientes Ms. Voss. 1. sed in marg. triremes.—17 Salaminum Ms. Mendos. Voss. 1. (in quo tamen

## NOTE

<sup>f</sup> Cum tantis copiis] De illo ingenti copiarum numero varie varii. At vero disce ex Herodoto lib. VII. quomodo Xerxes exercitum suum dinumeraverit: quem Valer. Max. lib. III.

2. 'gravem mari et terræ' vocat, 'nec hominibus tantum terribilem, sed et Neptuno quoque compedes, et cælo tenebras, miitantem.'

paucisque majoribus natu, ac sacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt.

3. Hujus consilium plerisque<sup>1</sup> civitatibus displicebat, et in terra dimicari<sup>2</sup> magis placebat. Itaque missi sunt delecti<sup>h</sup> cum Leonida Lacedæmoniorum rege,<sup>3</sup> qui Thermopylas occuparent,<sup>i</sup> longiusque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hostium non sustinuerunt, eoque loco omnes interierunt.<sup>j</sup> At classis communis Græciæ trecentarum<sup>4</sup> navium,



supra notatum erat *Salaminem*,) 3. Ed. Jens. Med. Mag. Long. Arg. Paris. [*Salaminem* Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 2.] *Salamina* Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Hens. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Harl. Wetz. Ith. &c.] Pariter *Træzenem* Ms. Leid. 2. (sed *partim* abest ab illo cod.) [Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 2. præmisso tamen *partim*:] et *partim Træzenam* Ms. Voss. 3. Etiam in Voss. 1. erat *Træzenam*; sed supra notatum *Træzenem*: p. *Træzena* Ms. Ax. Ed. Ultraj. Hens. [et reliquæ antea memoratæ.]—18 *Absportant* Ms. Mendos. Voss. 3. *deportant* Ms. Dan. et *paucique* Ms. Voss. 3. [Mox *ad sacra proc.* suaserunt Lamb. et anonymus ap. Stav. ad ed. 2. (quem conferes:) cui recte haud displicuit; sed dissentit Hensing. qui *sacra* interpretatur loca sacra, templa et Deorum religiones.]

1 *Plerisque* Ed. Med. Paris.—2 *Terra dimicari* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.—3 *Cum Leonida duce* Ms. Voss. 2. Ax. ‘Regem’ tamen vocat etiam Herodot. viii. pr. add. Herod. de eodem vii. cap. 204. et 205. et Paus. iii. c. 3. 4. et 14. A scholiaste Aristoph. ad *Equit.* vs. 55. vocatur! ‘Macedonum et Spartanorum rex.’—4 *Trecentum* Ms. Leid. 2.—5 *Arthemisium* Ms. Dan. Ed. Med.

#### NOTÆ

§ *Partim Salamina, partim Træzena*] *Salamis*, sive *Salamin*, vel *Salamina*, insula est in sinu Saronico contra Atticam, in qua Telamon Ajacis et Teucri pater regnavit, non procul ab Ægina ejusdem sinus insula, nunc vulgo *Coluri*; Ægina vero, nunc *Engia*. *Træzene*, sive *Træzena*, urbs est maritima Peloponnesi in agro Argolico, Argolicum inter et Saronicum sinum posita.

<sup>h</sup> *Missi sunt delecti*] Hos fuisse milites gravioris armaturæ, atque ex Lacedæmoniis ccc. tantum, duce Leonida, refert Herodotus in *Polyhymnia*; additque ex multis aliis Græciæ civitatibus longe plures missos, quos fuse enumerat. Sed tamen illos omnes delectos non ultra mille fuisse testantur Isocrates et Diodorus; quantum Justin. lib. ii. 11. quatuor mil-

lia fuisse cum Leonida scribit.

<sup>i</sup> *Qui Thermopylas occuparent*] Viæ sunt angustæ inter montium fauces iis qui e Thessalia in Phocidem iter habent, sic dictæ a *Thermis*, quia aquæ calidæ in ipsis faucibus scaturiunt, et a *pylis*, quas portas vocant.

<sup>j</sup> *Eoque loco omnes interierunt*] Quibus publica monumenta erecta sunt, ut qui pro libertate patriæ interissent, inscriptaque trophæis Epigrammata. Vide Strabonem lib. ix. et Herodot. lib. vii. Non tamen omnes in eo loco, sed ccc. Lacedæmonios cum d. circiter socii cecidisse legimus; quibus Leonidas prandere jussit, tanquam apud inferos cœnaturi essent. Justin. lib. ii. solos Lacedæmonios ibi periisse ait numero sexcentos, reliquis a Leonida dimissis.

in qua ducentæ erant Atheniensium, primum apud Artemisium,<sup>5k</sup> inter Eubœam continentemque terram cum classariis regis conflixit: angustias enim Themistocles quærebat, ne multitudine circumiretur.<sup>6</sup> Hic etsi pari prælio<sup>7</sup> disceserant,<sup>f</sup> tamen eodem loco non sunt ausi manere: quod erat periculum, ne, si pars navium adversariorum Eubœam superasset,<sup>8</sup> ancipiti premerentur periculo.<sup>g</sup> Quo factum est, ut ab Artemisio<sup>9</sup> discederent, et exadversum<sup>10</sup> Athenas apud Salamina classem suam constituerent.<sup>11</sup>

4. At Xerxes,<sup>1</sup> Thermopylis expugnatis, protinus accessit astu,<sup>h 2 1</sup> idque nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus, quos in arce invenerat,<sup>3</sup> incendio delevit. Cujus fama<sup>4m</sup> perterriti classarii<sup>n</sup> cum manere non auderent, et

<sup>f</sup> *Quantum inde æquo Marte abierant.*    <sup>g</sup> *Hoste a fronte et a tergo urgerentur.*

<sup>h</sup> *Exemplo ad urbem venit.*



Arg. Paris. *Artemensium* Ms. Leid. 2. In 2. ed. Stav. notatur, in cod. Leid. esse *Artemisium*. Ab Ed. Mag. Steph. Gebh. absunt verba *primum apud Artemisium*. Mox et inter *Eub.* Ms. Dan.—6 *Circuiretur* Ms. Leid. 2. Dan. Voss. 2. Ax. Ed. Jens. (haud dubie scriptum invenit editor *circuiretur*.) Ald. Stav. 2. 3. Brem. Tzsch. 1.—7 *Hic et pari pr.* Ed. Arg. *hic etsi prælio* Ms. Voss. 3. *hinc etsi p. p.* Ed. Lamb. et probat Wetz. in not.—8 *Superassent* Ed. Jens. Med. Arg.—2 *Arthemisio* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. *Arthemiesio* Ms. Voss. 2. *Artemensio* Ms. Leid. 2.—10 Sic Ms. Gif. Dan. Pnt. Sav. Boecl. Voss. 1. 2. (in quo tamen supra notatum erat *et adversum*.) Ax. Edd. recentt. Sed *adversum* Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Paris. Ald. Long. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. Dein *Salaminam* Ms. Voss. 1. (in quo supra scriptum *Salaminem*.) 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris.—11 *Constituerunt* Ed. Lamb.

1 *Xerxes* Ed. Med. Mag.—2 *Astum* Ms. Voss. 1. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Long. *Astu* ed. Paris. *Asty* Ed. Ald. *astiam* Ms. Voss. 3. *arcem* Ms. Long. et Fabius Paulin. in Prælectt. Marc. s. comment. in Thucydidis histor. &c. p. 501. qui de arce accipere videtur. Dein *id nullis* Ms. Leid. 2.—3 *Invenerant* Ms. Leid. 2.—4 Quædam Edd. *flamma*: [vid. not. Bos. etiam Ms. Thott. ac probare videtur Schlegel. l. c. pag. 72. et Heus. utrumque et *fama* (quæ est lectio vulgata, et a recentt. etiam edd. recepta,) et *flamma* fieri potuisse judicat; atque, 'viderunt,' ait, 'sed aliquandiu incerti, an

#### NOTE

<sup>k</sup> *Primum apud Artemisium*] Promontorium Eubœæ, apud quod secundo Græci cum Xerxe decertarunt; nam primo ad Thermopylas.

<sup>1</sup> *Protinus accessit astu*] Athenas, quæ apud Atticos Ἄστυ per excellentiam dicebatur: quemadmodum Romani Romam suam Urbem voca-

bant.

<sup>m</sup> *Cujus fama*] Aptius forte legeretur *flamma*, ut alii volunt; cum Salamis non adeo remota sit Athenis, ut flamma incensæ urbis hinc cerni non potuerit.

<sup>n</sup> *Classarii*] Græcorum classis milites intellige.

plurimi hortarentur, ut domos suas<sup>5</sup> discederent, mœnibusque se defenderent: Themistocles unus restitit,<sup>o</sup> et universos esse pares<sup>6</sup> aiebat,<sup>p</sup> dispersos testabatur perituros: idque Eurybiadi<sup>7</sup> regi Lacedæmoniorum, qui tum summæ imperii præerat, fore affirmabat. Quem cum minus, quam vellet, moveret,<sup>i</sup> noctu de servis suis, quem habuit fidelissimum,<sup>8</sup> ad regem misit, ut ei nuntiaret suis verbis, adversarios ejus in fuga esse: qui si discessissent, majore cum labore, et longinquiore tempore bellum confecturum, cum singulos consecari<sup>9</sup> cogeretur: quos si statim aggrediretur, brevi universos oppressurum. Hoc eo valebat, ut ingratiis<sup>10</sup> ad depugnandum omnes cogerentur.<sup>k</sup> Hac re audita, barbarus nihil doli subesse credens, postridie

<sup>o</sup> Cui cum, prout cupiebat, non persuaderet.

<sup>k</sup> Id eo tendebat, ut invitati omnes ad pugnam adigerentur.

//////////

Athenæ arderent: nuntiis postea certiores sunt facti. Nihil tamen muto.<sup>7</sup> Sed lectionem fama tuentur Tzschuck, ad ed. 2. et reliqui recentt. interpretes.]—5 *Domos s. disc.* Ms. Dan. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Sed *domos suasque disc.* Ms. Leid. 2. *dom. suas quisque disc.* Ed. Long. Steph. Mag. Gebh. Kench. Atque sic scribere voluisse videtur librarius libri Leidens. Conf. Gron. ad Macrob. Somn. 1. 1. p. 3.—6 *Pares esse* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. *par. esse posse* Ms. Dan. Gif. Put. Sav.—7 *Eurhiadi* Ms. Voss. 1. 3. *Eurybradi* Ed. Jens. Med. *Eurybiadi* Ed. Ald. *Euribiadi* Ed. Mag. Tum *summe* Ed. Jens. Med. Arg.—8 *Fidelissimum* Ms. Voss. 1. 3. Boecl. *sibi fideliss.* ed. Long.—9 *Insecari* Ms. Boecl. Ax.—10 Ita Ms. Ernst. Ed. Lamb. et recentt. Sed *ingratis* Ms. Dan. Gif. Put. Sav. Bav. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax. Boecl. v. Schefferi Epist. ad Heins. in Sylloge epp. Burm. tom. v. p. 9. *ingrati* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag.—11 *Sibi abest* ab Ed. Gebh. Boecl.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Themistocles unus restitit*] Vide Herodotum, apud quem Themistoclis oratio est, qua Græcis omnibus, ne domum redirent, persuasit.

<sup>p</sup> *Et universos esse pares aiebat*] ‘Insuperabiles sunt universas aggredientibus; eandem lacerabit et carpet, qui per partes attentaverit.’ Frontin. lib. 1. 10. Sic et Cicero ad Atticum: ‘Nos disjecta manu pares adversariis esse non possumus.’

<sup>q</sup> *Idque Eurybiadi*] Is, Leonida ad Thermopylas interemto, summæ re-

rum administrationi apud Lacedæmonios successerat.

<sup>i</sup> *De servis suis, quem habuit fidelissimum*] Servum hunc Themistoclis liberorum pædagogum fuisse, nomine Sicinnum, unde Sicinnis saltatio dicta est, testatur Clemens Alexandr. his verbis: Καὶ τῶν Θεμιστοκλέους παιδῶν ὁ παιδαγωγὸς Σίκιννος, οἰκέτης ῥάθυμος ἦν, ὀρχεῖσθαι φασὶν αὐτὸν καὶ σικιννίειν εὐρηκέναι. Hicque sua sagacitate inter claros Græciæ propugnatores illorum temporum meruit annumerari.

alienissimo sibi<sup>11</sup> loco, contra opportunissimo hostibus, adeo angusto mari confligit, ut ejus multitudo navium<sup>12</sup> explicari non potuerit. Victus est ergo magis<sup>13</sup> consilio Themistoclis, quam armis Græciæ.

5. Hic<sup>1</sup> etsi male rem gesserat, tamen<sup>2</sup> tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his<sup>3</sup> opprimere posset hostes. Interim ab<sup>4</sup> eodem, gradu depulsus est.<sup>4</sup> Nam Themistocles verens, ne bellare perseveraret, certiore eum fecit, id agi, ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur,<sup>5</sup> ac reditu in Asiam excluderetur: idque ei persuasit. Itaque qua sex mensibus iter fecerat, eadem minus diebus triginta in Asiam reversus est, seque a Themistocle non superatum, sed conservatum, judicavit. Sic unius viri prudentia Græcia liberata est, Europæque succubuit Asia. Hæc altera victoria, quæ cum Marathonio<sup>6</sup> possit comparari tropæo.<sup>7</sup> Nam pari modo apud Salamina<sup>8</sup> parvo numero navium maxima post hominum memoriam classis est devicta.

6. Magnus hoc bello Themistocles fuit; nec<sup>1</sup> minor in pace. Cum enim Phalerico<sup>2</sup> porto neque magno, neque

<sup>1</sup> Ab eadem occasione rei bene gerendæ dejectus est.

Tum oportunitiss. Ms. Voss. 1. Ed. Med.—12 *Manuum* Ed. Ultraject.—13 Sic Ed. Long. Keuch. Bos. 2. Wetz. idque suavius. Sed *victus ergo est magis etiam c.* Ms. Dan. Boecl. Ax. Voss. 3. *victus ergo est m. c.* Edd. nostri omnes: etiam Heus. Tzschucke, &c.

1 *Hic barbarus* Ed. Long. Steph. Gebh. Mag. Kench. Pat. *hic etsi male gess.* Ms. Voss. 3.—2 *Tamen abest* ab Ed. Boecl. et *habuit* Ms. Boecl. Ax.—3 *Uti etiam his op.* Ms. Ax. *ut eti. tum his tum op.* Ms. Dan.—4 Sic Ms. Dan. et edd. recentt. Sed *iterum ab* Ms. Leid. 2. Ax. Ed. Ultraj. et placet Kappio, et cum Bosio in ind. interpretatur: *iterum ab eodem* (Themistocle) *gradu depulsus est* (Xerxes). Sed Tzschuck. ad ed. 2. tuetur *interim* et *codem* conjungit cum *gradu*, interpretans: *interim et hac opportunitate privatus est; omnino nihil effecit.* Add. Heus. *Interim tamen ab* Ms. Voss. 3. Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch. idque melius foret, nisi offenderet repetitum *tamen*.—5 *Dissolveret* Ms. Leid. 2.—6 *Quæ Marath.* Ms. Leid. 2.—7 *Trophæo* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Bos. 1. male: *trophæo* Ms. Voss. 1. 2. 3. pejus, quia Græcum est *τρόπαιον*.—8 *Salaminam* Ms. Leid. 2. Voss. 1. (in quo tamen supra scriptum erat *Salaminem*.) 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Paulo post *maximam* Ed. Arg.

1 *Neque minor* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Steph. Gebh. Keuch.—2 *Phalæro* Ed. Arg. Long. Mag. *Phalerico* Ms. Ox. Voss. 3. Ed. Ultraj. Heus. quem vid. Iih. Heinr. Bipont. Harl. Tzschuck. 1. 2. Stav. 3. Wetz. *Phalarico* Ms. Mendos. Dan. Voss. 1. 2. Boecl. *Phalereo* Ed. Bos. Stav. 1. 2. Brem. cum anti-

bono Athenienses uterentur, hujus consilio triplex Piræi<sup>3</sup> portus<sup>5</sup> constitutus est: isque mœnibus circumdatus,<sup>4</sup> ut ipsam urbem dignitate æquipararet, utilitate superaret.<sup>5</sup> Idemque<sup>6</sup> muros Atheniensium restituit præcipuo periculo suo.<sup>7</sup> Namque Lacedæmonii causam idoneam nacti propter barbarorum excursiones,<sup>8</sup> qua negarent, oportere extra Peloponnesum<sup>9</sup> ullam urbem haberi, ne essent loca munita,<sup>10</sup> quæ hostes possiderent, Athenienses ædificantes prohibere sunt conati. Hoc longe alio spectabat,<sup>11</sup> atque videri volebant.<sup>12</sup> Athenienses enim duabus victoriis, Marathoniam et Salaminiam, tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti, ut intelligerent Lacedæmonii, de principatu sibi<sup>12</sup> cum his certamen fore. Quare eos quam<sup>13</sup> infirmissimos esse volebant. Postquam autem audierunt muros instrui,<sup>14</sup> legatos Athenas miserunt, qui id fieri vetarent. His præsentibus desierunt,<sup>15</sup> ac se de ea re legatos ad eos

<sup>m</sup> *Hac in re longe aliud intendebant, quam quod ostentabant.*

//////////

quioribus.—3 *Piræi* Ms. Voss. 1. *Pyræi* Ed. Arg. Paris. Long. *Piræi* Ed. Mag. Tum *Isque* Ed. Steph. pro duplici *i*, h. e. *iisque*: v. Schefferi Epist. vii. ad Heins. in Sylloge Epistoll. Burm. tom. v. p. 9. sq.—4 *Circumdatus* Ed. Jens. Med. Arg. Dein *equipar.* Ed. Arg. *æquiper.* Ed. Jens.—5 *Superare* Ed. Arg.—6 *Idem mar.* Ms. Leid. 2. Boecl. Voss. 1. 2. 3.—7 *Suo periculo* Ms. Ax. Ed. Arg. Steph. Gebh. Keuch.—8 *Excurs. barbarorum* Ms. Ax. Ed. Arg. Keuch. *Statim qua re negar.* Ed. Lamb. Steph. Ingolst. nec omnino displicet Heusing. *quare.*—9 *Peloponnesum* Ms. Voss. 1. 2. Tum *urbem muros habere* Ms. Leid. 2. *urbem habere* Ms. Voss. 1. 2. 3. Ax. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. Long. (qui subintelligit *Græciam.*) [et *urb. habere* malit Kapp. ac subintelligere *muros.* Atque Tzschuck. illam lectionem in not. ad ed. 1. non solum comprobavit, sed etiam in ed. 2. in textum recepit *habere.* Sed dissentit Bremi, et *urbem* interpretatur locum mœnibus circumdatum.]—10 *Punita* Ed. Med. et *quam hostes* Ms. Leid. 2.—11 *Hoc longe aliter spectabant* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. *hoc longe aliter animo expectabant* Ms. Ox. *hoc l. animo spectabant* Ms. Voss. 1. 3. Mendos. *hoc longe spectabant* Ms. Voss. 2. *hoc longe aliter animo spectabat* Ms. Ax. *hoc l. alio spectabant* Ed. Long. *Statim atque vid. vol. omisit* Ed. Mag.—12 *Sui* Ms. Leid. 2.—13 Sic Mss. Bavar. et edd. nostri omnes. Sed aberat τὸ *quam* Ms. Boecl. et Edd. Long. Mag. Ingolst.—14 *Struè* Ed. Lamb. Steph.—15 *Disicrunt* Ed. Long.—16 *Ut eum* Ed. Med. tum, omisso

#### NOTÆ

<sup>3</sup> *Triplex Piræi portus*] Piræeum, quem hodie Portum Leonem vocant, vulgo *Porto Leone*, xl. stadiis Athenis remotum esse patet ex Laërtio in Antisthene; hincque a Themistocle

fortissimo muro civitati conjunctus est.

<sup>4</sup> *Præcipuo periculo suo*] Quod postea explicatur.

<sup>15</sup> *His præsentibus desicrunt*] Ne, sci-

missuros dixerunt. Hanc legationem suscepit Themistocles, et solus primo profectus est; reliqui legati ut tum<sup>16</sup> exirent, cum satis altitudo muri exstructa videretur, præcepit: interim<sup>17</sup> omnes servi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, sive sacer esset, sive profanus,<sup>18</sup> sive privatus, sive publicus: et<sup>19</sup> undique, quod idoneum ad munendum putarent, congererent.<sup>7</sup> Quo factum est, ut Atheniensium muri ex sacellis sepulcrisque constarent.

7. Themistocles autem, ut Lacedæmonem venit, adire ad magistratus<sup>1</sup> noluit, et dedit operam, ut quam longissime tempus duceret;<sup>2</sup> causam interponens, se collegas expectare. Cum Lacedæmonii<sup>3</sup> quererentur, opus nihilominus fieri, eumque<sup>4</sup> in ea re conari fallere, interim reliqui legati sunt consecuti: a quibus cum audisset, non multum superesse<sup>5</sup> munitiois,<sup>7</sup> ad Ephoros Lacedæmoniorum accessit,<sup>7</sup>

<sup>7</sup> Prope esse ut munitio absolveretur.

//////////

τῶ ut, Ms. Dan. Voss. 1. 2. Leid. 2.—17 *Ut interim* Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch.—18 *Sive sacer sive privatus esset* Ms. Mend. Boecl. Voss. 1. 3. *sive sacer esset sive privatus* Ms. Ernst. Gif. Put. Sav. Leid. 1. Bav. Ed. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. *sive sacer, sive profanus, sive privatus esset* Ms. Dan. Voss. 2. Ax. Boecl. Ed. Long. et Arg. in qua tamen scriptum est *prophanus: sive sacer, sive prophanus, sive privatus* Ed. Jens. Med. Par. *sive sac. esset, sive prof. sive pr. Ed. Ald.* (in qua tamen scriptum est *prophanus*.) Lamb. Bos. 1. Hens. (cui tamen in notis haud necessaria videntur vocc. *sive prof.*) Stav. 1. et 3. in ed. 2. s. min. omisit uncinos, quibus in duabus 1. et 3. cum Bosio inclusit *sive prof.* recte. [Atque recentior edd. non solum retinuerunt *sive prof.* et recte omiserunt uncin. sed etiam Kapp. Tzschuck. Bremi, Paufl. bene vindicant illa vocc. Oppositio enim est concinnior *sive sacer, s. profan.* (de quo voc. v. Brem.) *s. priv. s. publ.*]—19 *Sed undiq.* Ed. Steph. Mag. Gebh. Keuch. *Tum ad mun. idoneum* Ms. Ax. et *cogerent* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. Mag. Ald. Ultraj.

1 Sic Ms. Gif. Dan. Mendos. Ed. Jens. Med. Paris. *Sed adire mag.* Ms. Ax. Voss. 2. Ed. Arg. Mag. Long. Steph.—2 *Duceret* Ms. Leid. 2. Ed. Ultraj. Bos. et recent. *Sed duceretur* Ed. Jens. Med. Paris. Ald. Lamb. Keuch. Pat. *ut quam long. tempus interponens diceret causam* Ms. Mendos. *ut qu. long. tempus: interponens causam diceret* Ms. Voss. 3.—3 *Lacedæmoni* Ms. Voss. 3.—4 *Eoque* Ed. Long. *Statim in ea re* Ms. Dan. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Arg. Steph. Gebh. Boecl. Stav. 2. et 3. [Hens. Harl. Tzschuck. 1. 2. Bipont. Ith. Brem. Paufl. sed in omiss. in ed. Bos. Wetz. &c.] *Tum conati* Ed. Ald.—5 *Superare* Ms. Mendos. Voss. 1. [et hoc, tanquam rarius, eodem sensu

#### NOTE

licet, a Lacedæmoniis et reliquis Peloponnesiis ab opere incepto impedi-  
rentur. Diodorus lib. II.

<sup>7</sup> *Ad Ephoros Lacedæmoniorum accessit*] Ephori supremi erant Spartanorum Magistratus, quales fere apud

penes quos summum imperium erat:<sup>6</sup> atque apud eos contendit, falsa his esse<sup>7</sup> delata: quare æquum esse, illos viros bonos<sup>8</sup> nobilesque mittere, quibus fides haberetur,<sup>9</sup> qui rem explorarent: interea se obsidem<sup>10</sup> retinerent. Gestus est ei<sup>11</sup> mos, tresque legati, functi<sup>12</sup> summis honoribus, Athenas missi sunt. Cum his collegas suos Themistocles jussit<sup>13</sup> proficisci: eisque prædixit,<sup>9</sup> ut ne prius Lacedæmoniorum legatos dimitterent,<sup>14</sup> quam ipse esset remissus. Hos postquam Athenas pervenisse ratus est,<sup>15</sup> ad magistratum senatumque Lacedæmoniorum adiit, et apud eos liberrime professus<sup>16</sup> est: Athenienses suo consilio, quod communi jure gentium facere possent, Deos<sup>17</sup> publicos, suosque patrios ac penates,<sup>w</sup> quo facilius ab hoste possent defendere, muris sepsisse:<sup>18</sup> neque eo,<sup>19</sup> quod inutile esset

<sup>o</sup> *Eosque præmonuit.*

//////////

ac superesse usurpatum, h. l. præferre malit Tzschuck. Aliter sentit Staver. ad ed. 2. et 3.]—6 *Imperium summum erat* Ms. Dan. *imper. summ. est* Ms. Ax. Voss. 2. sed in hujus margine erat. Ms. Voss. 3. *summum erat imper.* quod suavius est.—7 *Falsa esse* Ms. Ax.—8 *Bonos viros* Ed. Jens. Med. Ald. Lamb. Pat.—9 Sic Ms. Dan. Ed. Lamb. et recentt. Sed *adhiberetur* Ms. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Mag. Arg. Paris. Ald. Long. Steph. Gebh. Sed *fidem adhibere* est, fide uti, adhibere se fidelem; *fidem habere* est, credere: et hoc sensus hujus loci requirit.—10 *Interea sibi detrahare retin.* Ms. Mendos. Voss. 3. [Unde hoc ortum est? an latet alia lectio verior in illa vitiosa?—11 *Gestus ei* Ms. Voss. 2. Ax. et *est* carere nos posse censet Heus.—12 *Facti* Ms. Mendos.—13 *Them. si jussit* Ms. Voss. 1. [An sic juss. maluit scribere librarius haud eruditus?] Mox *hisque præd.* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. et *ut quam prius* Ms. Voss. 3.—14 *Remitterent* Ms. Voss. 2. sed *dimitterent* supra notatum erat: [ac *dimit.* Ms. Leid. et sic legendum censet Oudend. ad Frontin. Strateg. 1. cap. 1. nr. 62.] *demitterent* Ed. Kench.—15 *Est ratus* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Tunn et ad mag. Ed. Kench. sed mox in eodem libro ante *rd apud* abest *rd et.*—16 Ita Ms. Sav. Dan. Ed. Jens. Med. Paris. Ald. et recentior. Sed *prolocutus est* Ms. Long. *prosecutus est* Ms. Put. Gif. Boecl. Voss. 2. Ed. Arg. Long.—17 *Deosque* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald.—18 *Sepsisse* Ms. Voss. 2. *sapsisse* Ed. Jens. Med. Pat.—19 Sic Ms. Mendos.

#### NOTÆ

Romanos Tribuni plebis. Ut enim a Consulibus ad Tribunos provocare licebat, sic a Regibus Lacedæmoniorum ad Ephoros. Tanta insuper erat eorum potestas, ut etiam Regem in vincula publica conjicere valerent. Infra in Pausania.

<sup>w</sup> *Deos publicos, suosque patrios ac penates*] Deos nempe toti Græciæ communes, et eos qui suæ civitati peculiariter præessent, ut Athenis Minervam; quique privatis ædificiis præsiderent.



Græciæ, fecisse;<sup>p</sup> nam illorum urbem ut<sup>20</sup> propugnaculum oppositum esse barbaris, apud quam jam bis classes regias<sup>21</sup> fecisse naufragium.<sup>x</sup> Lacedæmonios autem male et injuste facere, qui id potius intuerentur, quod ipsorum dominationi, quam quod universæ Græciæ, utile esset. Quare si suos legatos recipere<sup>22</sup> vellent, quos Athenas miserant, se remitterent: aliter illos nunquam in patriam recepturi.<sup>23</sup>

8. Tamen<sup>1</sup> non effugit civium suorum invidiam. Namque ob eundem timorem, quo damnatus erat Miltiades, testarum<sup>2</sup> suffragiis<sup>y</sup> e civitate ejectus, Argos habitatum con-

<sup>p</sup> Nec ideo aliquid, quod Græciam non juvaret, operatum esse.

Boecl. Bav. Voss. 3. et Edd. nostri omnes, etiam Long. Sed neque in eo quod Ms. Dan. Leid. 1. Ed. Ultraj. [quod, stylo Corneliano simile, probat Heus. in not.] neque eos Ed. Lamb. Brem. Sed hanc lectionem damnat, et neque eo tnetur Schopp. Veris. 1. cap. 20. p. 73.—20 Et propugn. Ed. Jens. Med. Par. Ald. tum oppositum esse Ms. Leid. 2. Voss. 3. Dan. Ed. Jens. Med. Paris. Ald. Lamb. Boecl. Bos. 1. 2. Heus. [Brem. et interque defendit oppositum, quod refertur more haud insolito (v. Heusing. præf. ad Cic. de offic. p. xxxviii.) ad proximum substantivum propugn. non ad primarium verbum urbem: Wetz. Bip.] sed oppositam esse Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Long. Steph. Gebh. Kench. Stav. 1. 2. 3. quem v. in Obs. Misc. Nov. ann. 1744. p. 532. sq. Tzschuck. 1. 2. Harl. Heinr. Ith. Paufl. Schmied.—21 Classem regiam Ed. Jens. Med. Paris. Ald. Boecl. [Bos. item Stav. 1. Wetz. Brem. sed classes regias Ms. Leid. 1. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Arg. Long. Heus. Stav. 2. 3. Tzschuck. 1. 2. Heinr. Harl. Ith.] classis regia fecisset Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. quod rejicit Munker ad Hygin. p. 26. Stav. at fecisse Ms. Voss. 3. aberat: [sed fecisse, loco fecisset, more Livii, præsertim Græcis solita constructione.]—22 Accipere Ed. Jens. Med. Paris. Ald.—23 Essent recepturi Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. [Bos. Heusing. Ith. Stav. 1. Wetz. Heinr.] sed recepturi omissio τῶν essent (ut referatur ad remitterent) Ed. Keuch. Stav. 2. 3. [Tzschuck. 1. 2. (qui, alias, ait, præstet esse recepturos, sc. dixit,) Harl. Brem. et ego expunxi.] Paulo ante aliter Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Paris. Ald. Sed alias Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Ed. Arg. Long.

1 Hic tamen Ed. Steph. Gebh. Kench. Mox civicorum Ms. Leid. 1. et Miltiades Ed. Arg.—2 Sic etiam Ms. Gif. Put. sed testularum Ms. Savar. Mendos.

#### NOTE

<sup>x</sup> Apud quam jam bis classes regias fecisse naufragium] Semel in Euripo freto apud Artemisium promontorium, ubi Persarum classis male rem gessit; deinde semel apud Salaminam insulam in Sinu Saronico.

<sup>y</sup> Testarum suffragiis] Ostracismus erat apud Athenienses relegationis genus, quo scilicet dum cives pœnam alicui irrogandam, vel propter ejus

divitias, vel amicos, aliamve potentiam, existimabant, in vas quoddam testulas viritim in concilio ipsis datas suffragiorum loco mittebant, in quibus quisque nomen illius scribebat, quem urbe cedere voluisset. Magistratus vero, qui huic negotio præerat, universos simul calculos recensebant; qui nisi sex millium numerum excessissent, nil confectum esse judicaba-

cessit.<sup>2</sup> Hic cum propter<sup>3</sup> multas ejus virtutes magna cum dignitate viveret, Lacedæmonii legatos Athenas miserunt, qui cum absentem accusarent, quod societatem cum rege Persarum<sup>4</sup> ad Græciam opprimendam fecisset. Hoc crimine absens proditionis est damnatus.<sup>5</sup> Id ut audivit, quod non satis tutum se Argis videbat, Corcyram<sup>6</sup> demigravit.<sup>a</sup> Ibi cum ejus principes civitatis animadvertisset<sup>7</sup> timere, ne propter se bellum his Lacedæmonii et Athenienses indicerent,<sup>8</sup> ad Admetum Molossorum regem,<sup>9b</sup> cum quo ei hospitium fuerat,<sup>10</sup> confugit. Huc cum venisset, et in præsentia

Leid. 1. Ax. Voss. 2. 3. Ed. Mag. Long. Steph. Gebh. Keuch.—3 *Per multas* Ms. Leid. 2. Dein loco *ejus* dicendum erat *suas*, judice Heus. qui, fortasse, ait, explicandi causa aliena manu pronomen ascriptum est. Atque verba *propter...virtutes* tanquam spuria esse notata a Riclefio, animadvertit Tzschuck. ad ed. 2. at, forte, inquit, suam quasi interposuit sententiam: nec desunt similia; n. ubi nulla inde existit ambiguitas.—4 *Persarum* Ed. Long. [et recentt.] Sed *Persæ* Ms. Leid. 2. Dan. Voss. 1. 3. Ed. Paris. *Persæ* Ed. Jens. Med. *Persia* Ed. Ald. Mox *iniisset* loco *fecisset* Ed. Long.—5 *Damnatus est* Ms. Leid. 2. Axen. Ed. Arg.—6 *Corcyram* Ed. Gebh. Mox *ubi* Ms. Ax.—7 *Cum ejus princeps animadv.* Ms. Leid. 2. *cum ejus principes animadv.* Ms. Mendos. *cum ej. pr. civit. animadvertissent* Ed. Jens. Med. Long. Arg.—8 *Inducerent* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Par. *inciderent* Ms. Voss. 1. sed in marg. ‘*alii indicerent.*’—9 Sic ed. Long. Bos et rell. Sed *ad Molossorum Admetum Molossum* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. *ad Mætum Molossum regem* Ms. Dan.—10 *Erat* Ms. Dan. [Ed. Heinr. et probant Brem. et Wetz. in not. sed dissen-

## NOTÆ

tur. At quicumque tali suffragiorum numero damnatus erat, hic ad decennium extra urbem ejiciebatur. Vide Aristot. Politic. lib. III. Dictus autem Ostracismus ἀπὸ τῶν ὀστράκων, hoc est, a testulis, in quibus suffragia scribi solebant. Causa instituti, ne quis ob nimiam potentiam libertate oppressa tyrannidem occuparet. Sigonius de rebus Atheniensium l. II. 4.

<sup>2</sup> *Argos habitatum concessit*] Duo sunt præcipua hujus nominis oppida, in Peloponneso. Alterum Hippium, clarissima civitas non procul a Mycænis ad Inachum amnem: ‘Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis.’ Virg. Æn. VII. Quæ ad discrimen aliarum ejusdem nominis urbium, Argos Hippium dicebatur, ab

Equorum multitudine. Nam *Hippos* Græce dicitur, Latine *Equus*. Alterum Dipsium, ab aquæ penuria, quod et Phoronicum dictum est a Phoroneo primo Rege, teste Stephano. Est item Argos oppidum Thessaliæ, quod et Pelagiscon a Pelasgis. Porro Argos locus erat certus ac definitus, in quo commorabantur qui testularum suffragiis urbe ejecti fuerant. Vide Plinium, Strabonem, Ptolemæum.

<sup>a</sup> *Corcyram demigravit*] Vide supra.

<sup>b</sup> *Ad Admetum Molossorum Regem*] Molossi a Molossia, quæ pars est Epiri, in qua olim nascebantur egregii canes, qui et Molossi dicebantur. Cur vero ad eum confugerit, infra ostenditur.

rex abesset,<sup>11</sup> quo majore religione se receptum tueretur, filiam ejus parvulam arripuit,<sup>c</sup> et cum ea se in sacrarium, quod summa colebatur cærimonia, conjecit: inde non prius egressus est,<sup>12</sup> quam rex eum data<sup>13</sup> dextra in fidem reciperet: quam præstitit. Nam cum ab Atheniensibus<sup>14</sup> et Lacedæmoniis exposceretur publice, supplicem non prodidit;<sup>7</sup> monuitque,<sup>15</sup> ut consuleret sibi: difficile enim esse, in tam propinquo loco tuto eum versari. Itaque Pydnam<sup>16</sup> eum deduci jussit,<sup>d</sup> et quod satis esset<sup>17</sup> præsidii dedit. Hic<sup>18</sup> in navem omnibus ignotus nautis<sup>19</sup> escendit.<sup>20</sup> Quæ cum

<sup>7</sup> *Tumque Rex alio in loco versaretur.*

<sup>c</sup> *Fidem supplici datam publice non violavit.*

tit Tzschuck. ad ed. 2. quia jus hospitii, alias per totam vitam servati, etiam renuntiari poterat, docente Cicer. in Verr. 2. 36.] Fischer in Addendis, erat, ait, 'si quid video, recte. Nam hospitium, h. e. jus sive societas hospitii per totam vitam colebatur, immo in liberos quoque transibat, ut e Plauti Pœnulo 5. 1. apparet.' Cic. ad Famil. 13. 19. 'cum Lysone Patrensi est quidem mihi hospitium vetus, quam ego necessitudinem sancte colendam puto.' Dein hic pro huc Ed. Boecl.—11 *Rex esset* Ms. Leid. 1. *rerum abesset* Ms. Leid. 2.—12 *Inde prius egressus non est* Ms. Boecl. (Magius ibi se reperisse ostendit inde vero pr. egr. n. e.) Voss. 2. Ax.—13 *Quam rex quem d.* Ms. Voss. 3.—14 *Nam cum Ath.* Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris.—15 *Monuit* Ms. Ax.—16 *Phydnam* Ms. Leid. 2. Dan. Ed. Jens. Paris. *Phidam* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Med. Arg. *Fidnam* Ms. Ax.—17 *Esse* Ed. Jens. Med.—18 [Antea in edd. Bos. Stav. 1. 3. Bip. Ith. Heinr. Paufl. legebantur *Hac re audita hic* :] sed Ms. Leid. 2. Ax. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Longol. Steph. [Lamb. Stav. 3. sive 2. maj. Tzschuck. 1. 2. Brem.] absunt; [et ego, quod sunt spuria, atque *hac...hic* molestum accidit anribus, expunxi *hac re audita.*] Hensing. qui in nota copiose ea damnat, [Harl. Wetz.] incluserunt uncinis. Sed *Hic re audita* Ms. Voss. 3.—19 *Nautis* Ms. Leid. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Ultraj. [Bos. 2. Cell.] Heus. [Ith. Bip. Wetz. Heinr.] Sed a Ms. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Steph. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Stav. 1. 2. 3. [qui ad alteram edit. multis impugnat lection. *nautis*, Tzschuck. Brem. Paufl.] abest.—20 Sic Ms. Dan. Voss. 1. Ed. Bos. 2. Heus. [Bipont. Wetz. Heinr.] Sed *escendit* Ms. Voss. *ascendit* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Lamb. Bos. 1. Stav. 1. 2. 3. [qui in not. ad min. ed. laudat Duker. et Drakenb. ad Liv. xxxi. 29. et Oudend. ac Davis. ad Cæs. B. G.

NOTE

<sup>c</sup> *Filiam ejus parvulam arripuit*] Thucydides lib. 1. 8. fere sub finem, filium, non filiam, eumque, suadente Regina, arripuisse scribit: subjungitque idem Thucydides, Molossorum Regem a Themistocle fuisse vehementer obscram, ne rerum inter se antactarum recordaretur, neque de misero vindictam sumeret, quod

in levissimis eum rebus offendisset, hic vero de salute sua ageretur. Quod silentio præterit Nepos noster; immo vero Themistoclem cum eo hospitium habuisse refert.

<sup>d</sup> *Itaque Pydnam eum deduci jussit*] Urbem Macedoniae. Stephanus Cydnam vocat. Hujus meminit Plin. lib. iv. 10.

tempestate maxima Naxum ferretur,<sup>e</sup> ubi tum<sup>21</sup> Atheniensium erat exercitus; sensit Themistocles, si eo pervenisset, sibi esse pereundum. Hac necessitate coactus, domino navis, qui sit,<sup>22</sup> aperit, multa pollicens, si se conservasset. At ille clarissimi viri captus misericordia, diem noctemque procul ab insula in salo navem tenuit in anchoris, neque quenquam<sup>23</sup> ex ea exire passus est. Inde Ephesum pervenit,<sup>f</sup> ibique Themistoclem exponit: cui ille pro meritis gratiam postea retulit.<sup>g 24</sup>

9. Scio plerosque ita scripsisse, Themistoclem Xerxe regnante<sup>1</sup> in Asiam transiisse. Sed ego potissimum Thucydidi credo,<sup>g</sup> quod ætate proximus erat de iis, qui<sup>2</sup> illorum

<sup>g</sup> Quem postea merita mercede donavit.

//////////

v. 7. ad major. autem sive 3. ed. appellat Burm. ad Phædr. lib. iv. fab. 21. vs. 9. docentem, proprium in hac re esse verbum *ascendere*; Ed. Harl. Tzschuck. 1. 2. (qui sibi non satis liquere fatetur, quomodo *escendo* simpliciter possit *adscendo* dici,) Ith. Brem. Paufl.]—21 *Ubi Athen. tum* Ms. Ax. Voss. 2. Paulo ante *fertur* Ms. Leid. 2.—22 Sic Ms. Dan. Boecl. Voss. 2. 3. Ax. Ed. Bos. 2. Heus. [Stav. Tzschuck. et reliquæ recent. meæ edd.] *quis sit* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. Pat. Confer Cort. ad Sallust. B. Catil. 44. 5.—23 *Eque quemque* Ms. Leid. 2.—24 *Postea grat. ret.* Ms. Voss. 2. Ax. *gratiam retulit* Ed. Boecl.

<sup>1</sup> Ad *Xerxem regnantem* Ms. Ern. Bav. Ox. Ern. Mox *transisse* Ms. Bav. [v. Schopp. Veris. 1. cap. 20. p. 73.] Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Keuch. Ingolstad. Bos. 1. Heus. [Wetz. Heinr. Stav. 3. reliquæ *transiisse*:] *misisse* Ms. Ox. Dein *Thucididi* Ed. Arg.—2 *Ætate....qui.* Sic Ms. Dan. omisso tamen verbo *erat*. Sed *de his* omiserunt edd. Mag. Long. Pat. *q. at. prox. ab his qui* Ms. Bav. *qui* [quod legi in cod. Ernstii, scripsit Stav. ad maj. editt.] *at. pr. ab his erat qui* Ms. Ernst. *q. at. pr. erat iis qui* Ms. Mendos. Voss. 1. *qui at. proximus erat his, qui* Ms. Boecl. a prima manu, sed alia delebat *rd his: qui at. prox. erat qui* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. *quod at. prox. erat de his, qui* Bos. 2. [Wetz. et sic quoque Stav. 1. et 3. Tzsch. 1. 2. nisi ut pro *his* habeant *iis*; in min. autem edit. *quod at. prox. erat, qui.*] Sed *qui at. prox. de iis, qui* Ed. Heus. [Ith. Bipont. Heinr. in quibus tamen, uti in Ms. Axen., legitur *de his.*] *at. prox. et is qui* Ms. Voss. 3. [quod *at. prox. erat qui* Paufl. *de iis* Staver. in textum quidem recepit; sed dubitat, an *proximus de his* loco *ab his*, aut *ab iis* unquam reper-

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Naxum ferretur*] Unam ex Cycladibus, olim Baccho sacram, quæ hodie *Nixia*.

<sup>f</sup> *Inde Ephesum pervenit*] Urbem Ionæ maritimam, Amazonum opus, et celeberrimo Dianæ templo totius

Asiæ clarissimam. Stephanus.

<sup>g</sup> *Sed ego potissimum Thucydidi credo*] Thucydides Atheiensis, historiæ scriptor peritissimus de bellis Peloponnesi.

temporum historiam reliquerunt, et ejusdem civitatis<sup>3</sup> fuit. Is autem ait, ad Artaxerxem<sup>h</sup> eum venisse, atque his verbis epistolam misisse: ‘Themistocles veni ad te, qui plurima mala omnium<sup>4</sup> Graiorum in domum tuam intuli, cum mihi necesse fuit adversus<sup>5</sup> patrem tuum bellare, patriamque meam defendere. Idem multo plura bona feci,<sup>6</sup> postquam in tuto ipse, et ille<sup>7</sup> in periculo esse cœpit. Nam cum in Asiam reverti vellet,<sup>8</sup> prælio apud Salamina facto, literis eum certiozem feci, id agi, ut pons, quem in Hellesponto fœcerat, dissolveretur, atque ab hostibus circumiretur:<sup>9</sup> quo nuntio ille periculo est liberatus. Nunc autem ad te confugi,<sup>10</sup> exagitatus a cuncta Græcia,<sup>i</sup> tuam petens amici-

tum sit; et suspicatur, Nepotem simpliciter scripsisse, quod ætate proximus et ejusdem civitatis fuit, quia et Herodotus, qui nullam de hujus transitu Themistoclis facit mentionem, antiquior fuit Thucydide, et Cicero in Bruto cap. xi. (quem locum Cornelius ante oculos habuisse videtur Staver. quod vero parum credibile videtur Hensing. in Appendicula annotatt.) ‘quem’ (Themistoclem), ait, ‘Thucydides, qui et Atheniensis erat, et summo loco natus, summusque vir, et paulo ætate posterior, tantum mortuum scripsit.’ Sed de his sive iis, h. e. ex his, inter eos, respicit verba qui...reliquerunt.—3 *Ut ejusdem* Ms. Leid. 2. [Mox venio ad te legendum putabat Stav. ad ed. min. quod Thucyd. lib. i. c. 137. Θεμιστοκλήης, ait, ἦκω παρά σε. Sed Tzschuck. ad utramque ed. recte tuetur veni; nam ἦκω etiam Græcis idem significat, et Thucydides jam affuit. Idem tenendum mox est de confugi, pro quo Lambin. maluit confugio.]—4 *Hominum* Ms. Voss. 1. 3. [et ita legere jussit Staver. supra ad i. 5.]—5 Sic Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Gebh. Boecl. Keuch. [Harl. Wetz. Tzschuck. 2. Brem. et ego rescripsi, quod gratius h. l. ad aures accidit, quam adversum, quod est in Ms. Dan. et reliquis edit.] Statim patrem bellare Ms. Leid. 2.—6 *Orsus fui* Ms. Bav. orsus feci Ms. Ax. fecit Ed. Keuch. [Eidem vero...feci conjic. Schmieder. quod vero rejicit Tzschuck. ad ed. 2. nam idem elegantius est pro sed et.]—7 *Ipse et ille* Ms. Dan. [Ed. Bos. et recentt.] Sed ipse ego et ille Ed. Mag. Long. Steph. Gebh. [in tuto ipsu et ille legendum esse, V. D., forsan Beruegger., margini mei exempl. Lambin. ascripsit: conf. etiam Boecleri not.]—8 *Nollet* Ms. Mendos. Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Mox Salaminam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Long. Paris.—9 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. Stav. 1. 3. et recentt.] Sed circumiretur Ed. Stav. 2. [Harl.] circumveniretur Ed. Long. Steph. circumveniret Ed. Mag.—10 [Nunc ad te autem conf. Ed. Bos. Stav. 1. 2. Wetz.] nunc confugi ad te Ms. Dan. Voss. 1. 3. Ax. [Stav. 3. Brem.

## NOTÆ

<sup>h</sup> *Ad Artaxerxem*] Artaxerxes, Xerxis filius fuit, qui et Longimanus dictus est, Persarum Rex. Porro inter nomen Xerxis et Artaxerxis illud discrimen est, quod alterum ab altero derivetur cum additamento

illo honorifico *Art*: quod quidem apud Persas, Hesychio Interprete, significat magnum; ita ut Artaxerxes sit quasi magnus dominator.

<sup>i</sup> *Exagitatus a cuncta Græcia*] A venatoribus id translatum, qui nullibj

tiam: quam si ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus est. Ea autem<sup>11</sup> rogo, ut de his rebus, de quibus tecum colloqui<sup>12</sup> volo, annum mihi temporis<sup>13</sup> des,<sup>j</sup> eoque transacto, me ad te<sup>14</sup> venire patiaris.’

10. Hujus rex animi magnitudinem admirans,<sup>1</sup> cupiensque talem virum sibi conciliari, veniam dedit.<sup>2</sup> Ille omne illud<sup>2</sup> tempus literis sermonique Persarum dedit:<sup>3</sup> quibus adeo eruditus est, ut multo commodius dicatur apud regem verba fecisse, quam hi poterant, qui in Perside<sup>4</sup> erant nati.<sup>k</sup> Hic cum multa regi esset pollicitus, gratissimumque illud, si suis uti consiliis vellet, illum<sup>5</sup> Græciam bello oppresurum: magnis muneribus ab Artaxerxe<sup>6</sup> donatus, in

<sup>1</sup> *Petitioni annuit.*

Tzschuck. 1. 2. et Heus. *nunc ad te conf. malit:] nunc autem conf.* Ed. Jens. Med. Paris. Ald. *nunc autem ad te conf.* Ed. Lamb. [qui etiam malit *confugio*, sed v. ad n. 3.] Mag. Long. Boecl. Gebh. Keuch. Pat. [Heus. Harl. Heinr. Bip. Ith. et quia suavius est, recepi.] Mox *amicicium* Ed. Med.—11 *Id autem ....ut his Ms. Leid. 2.—12 De quib. tec. loqui* ed. Lamb. Bos. 1. 2. Sed *quas tecum colloqui* Ms. Mendos. Bav. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Mag. Ald. Long. Steph. Gebh. Keuch. Pat. [Brem. qui tuetur hanc lectionem, quæ est Græcorum imitatio, et defendi potest, docentibus Cortio ad Sall. B. Cat. c. 5. nr. 9. et Staver. ad nostrum locum in ed. maj.] *de quibus tec. coll.* Ed. Heus. Stav. 1. 2. 3. [Harl. Tzschuck. 1. 2. roll. atque ego rescripsi.]—13 *Ita Ms. Sav. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. [Tzschuck. 1. Harl. Wetz. Ith. Brem. Heinr.] Sed annum mihi tempus* Ms. Dan. Bav. Leid. 2. [Tzschuck. 2. quod jam Heusing. verissimum esse existimavit.] *annu mihi tempus* Ms. Gif. *annum mihi temporis spatium* Ms. Put. *annuum tempus* Axen.—14 *Ad te, omisso τῶ me, Ms. Voss. 2. 3. Boecl. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. [me] ad te ven. Heus. [Harl. Stav. 3. me ad te ven. Lamb. Bos. Wetz. qui negat, me posse comode abesse, et recentt.]*

1 *Admiratus* Ms. Boecl. Voss. 2. sed in hoc supra notatum erat alia manu *admirans*: mox *cupiens talem* Ms. Leid. 2. et ab eodem Ms. *sibi* aberat.—2 *Id tempus* Ed. Steph. Gebh. Mag. [suavius hoc quidem loco.]—3 *Se dedit* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. *se dedit* Ms. Ax.—4 *Persida* Ms. Sluisq.—5 *Illud Gr.* Ed. Med. Arg. Long. [male! nam τὸ illum referendum est ad Artaxerxem.]—6

#### NOTE

feram consistere patiuntur, donec in potestatem eorum veniat.

<sup>j</sup> *Annun mihi temporis des*] Nimirum ut per illud literis sermonique Persarum operam daret. Vide Valer. Max. Exter. lib. VIII. 7. 15.

<sup>k</sup> *Qui in Perside erant nati*] Hæc est imperii Persarum peculiaris regio, cujus caput Persepolis: nam Græci distinguunt inter Περσικὰς πόλεις, et πόλεις Περσίδος. Sic Salmasius.

Asiam rediit,<sup>1</sup> domiciliumque Magnesiæ sibi constituit.<sup>m</sup> Namque hanc urbem ei rex donarat, his usus<sup>7</sup> verbis: 'quæ ei panem præberet;' ex qua regione quinquaginta [ei]<sup>8</sup> talenta quotannis redibant: Lampsacum<sup>n</sup> autem, unde<sup>9</sup> vinum sumeret: Myntem,<sup>10</sup> ex qua opsonium<sup>11</sup> haberet. Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt duo: sepulcrum prope oppidum,<sup>p</sup> in quo est sepultus; statuæ in foro<sup>12</sup> Magnesiæ. De cujus morte multimo-

*Artoxerxe* Ed. Paris. Mox *Maganen* Ms. Leid. 2.—7 *Don. cum duabus aliis his usus* Mss. apud Long. *don. cum duabus aliis, quæ panem præberet* Ed. Long. Mag. *Pro donarat* Ed. Lamb. Mag. Keuch. Patav. *donaverat.* Tum pro *his usus verbis* Ms. Dan. *his quidem vbis,* Ms. Leid. 2. *hisque verbis,* Ms. Ax. *his verbis:* absunt Ed. Long.—8 [Ei] Ms. Voss. 1. 2. 3. Boecl. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Paris. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. Heus. [Bipont.] abest: [nucis id inclusum est in ed. Bos. 2.] Erat autem in Ms. Dan. [in mea Lamb. ed.] et Stav. 1. 2. [3. reliquisque meis recentt.] Dein *quot annis* Ed. Jens. Med. et *redibat* Ms. Leid. 2.—9 Sic Ms. Dan. (in quo est *Lamsacum*.) Boecl. Leid. 2. Voss. 2. Ax. [Bos. 2. Wetz.] Sed *Lampsacum, unde* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Tzschuck. 1. 2. Bipont. Harl. Ith. Heinr. Brem.] *Lampsacum item* Ed. Long. Loco unde Ed. Arg. *ün.*—10 Ita etiam Ed. Ald. Lamb. Bos. ceterique recentiores. [*Mynta* tamen Ed. Heus. Tzschuck. Harl. Stav. 3. Brem.] Sed *Myntam* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Long. *Mintham* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. *Smyrnam* Ms. Boecl. Leid. 2. Voss. 2. Ax. et *Myntem* Ed. Steph.—11 *Obsonium* Ed. Jens. Med. Arg. Steph. Gebh.—12 *Statuat vero* Ms. Voss. 3. et in Ms. Voss. 1.

NOTE

<sup>1</sup> *In Asiam rediit*] Scil. Minorem, quæ hodie Anatolia dicitur.

<sup>m</sup> *Domiciliumque Magnesiæ sibi constituit*] Magnesia urbs Ioniæ ad Mæandrum amnem sita, juxta montem qui Thorax dicitur; in quo monte dicunt crucifixum fuisse Daphitam grammaticum, quod Reges suis versibus incesseret, unde ortum est proverbium, 'Cave a Thorace,' quo utimur, cum alicujus linguæ petulantiam compescere volumus. Ita Strabo lib. XIV. et Pius II. summus Pontifex, in sua Asia LXXXI. Magnesium autem Themistocli idcirco a Persarum Rege datum esse existimo, quæ ei panem præberet, quia urbs illa in solo feracissimo sita est, nimirum in campis patentissimis per quos Mæandrus annis multoties in se recurrens, illos

suis aquis mirum in modum fecundat.

<sup>n</sup> *Lampsacum*] Asiæ oppidum in Hellesponti littore clarum et nobile; hanc urbem a Priapo Bacchi et Veneris filio conditam antiqui referunt, inter quos Plutarchus, in Libello de claris mulieribus, et Demosthenes. Ideo autem id commentum fuisse puto, quod vini et tritici summa ibi sit copia; hinc Themistocli in vinum data.

<sup>o</sup> *Myntem*] Urbem ad Mæandri ostia sitam, omnium piscium ubertate et copia prædivitem: hinc Themistocli in obsonium concessa. Vide Diodorum, Thucydidem, Strabonem, et Plinium.

<sup>p</sup> *Prope oppidum*] Athenas, juxta Pyræum portum. Vide infra.

dis<sup>13</sup> apud plerosque scriptum est:<sup>14</sup> sed nos eundem potissimum Thucydidem auctorem probamus: qui illum ait Magnesiæ morbo mortuum: neque negat, fuisse famam, venenum sua sponte sumsisse,<sup>q</sup> cum se, quæ regi de Græcia opprimenda<sup>15</sup> pollicitus esset, præstare posse desperaret. Idem, ossa ejus clam in Attica ab amicis esse<sup>16</sup> sepulta,<sup>r</sup> quoniam legibus non concederetur,<sup>s</sup> quod proditionis esset damnatus, memoriæ prodidit.



verba *in foro* ab alia erant ascripta manu. Mox *Magnesiæ* Ms. Leid. 2. [Voc. *in quo est sepultus* esse a librario quodam interpolata, late acuteque probare sustinuit Bremi.]—13 Sic Ms. Dan. Gif. Put. Sav. Voss. 1. Ed. Gebh. Bos. 2. Heus. [Bipont. Heinr. Wetz. Schmied. Panfl.] Recte. Cic. Orat. cap. 45. [qui, 'sine vocalibus,' ait, 'sæpe brevitatis causa contrahebant, ut ita dicerent, multi modis.'] Sed *multis modis* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Lamb. Mag. Long. Steph. Kench. Bos. 1. Stav. 1. 2. [3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Ith. Brem.] *in multis modis* Ms. Ax.—14 *Est* Ms. Voss. 3. aberat. Mox *eum potiss.* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. et *Thucydidem* Ed. Arg.—15 *Optinenda* Ms. Voss. 2. Ax. [Atque *obtinenda*, h. e. *occupanda*, haud spernendum videtur.]—16 *Tò esse* aberat Ms. Boecl. Leid. 2. Voss. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Brem.]

#### NOTÆ

<sup>q</sup> *Venenum sua sponte sumsisse*] Tauri sanguinem hausisse testatur Valerius Max. lib. v. 5. 6. nimirum in sacrificio, ut ab oppugnanda sua patria abstineret. Vide etiam Cicero in Bruto. Thucydides tamen, et Herodotus, et alii plures de taurino sanguine nihil prodiderunt.

<sup>r</sup> *Ossa ejus clam in Attica ab amicis esse sepulta*] Alii palam et Orauli jussu id factum aiunt, quod non prius pestis finem fore responderat, quam

Themistoclis ossa Magnesia reducta essent. Sic Pausanias in Atticis. At nec Herodotus nec Thucydides ejus rei mentionem faciunt.

<sup>s</sup> *Quoniam legibus non concederetur*] Cautum enim legibus erat, ne quicumque sacrilegii reus esset, vel patriam prodidisset, ejus ossa in Attica sepelirentur. Vide ea de re Xenoph. lib. i. de rebus Græciæ, cap. ultimo; et Plutarchum in Phocione, de quo infra.



### III.

## ARISTIDES.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Æmulus Themistoclis, mulctatur exilio. 2. Ante tempus revocatur; prætor contra Mardonium, imperium Atheniensibus conciliat. 3. Ærario præest; pauper moritur.

---

ARISTIDES, Lysimachi filius, Atheniensis, æqualis fere fuit<sup>a</sup> Themistocli. Itaque cum eo de<sup>2</sup> principatu contendit:<sup>b</sup> namque obtrectarunt inter se.<sup>a</sup> In his autem cognitum est, quanto antestaret<sup>3</sup> eloquentia innocentia. Quanquam<sup>4</sup> enim adeo excellebat Aristides abstinentia, ut unus<sup>5</sup> post hominum memoriam, quod quidem nos audierimus,<sup>6</sup> cog-

<sup>a</sup> Namque se mutuo criminati sunt.

//////////

1 *Aristidis vita* Ed. Jens. Med. Paris. Arg. Ald.—2 *Eo princip.* Ms. Voss. 3. Mox *obtractarunt* Ms. Leid. 2.—3 *Antestaret* Ms. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Arg. Paris. Ald. Long. Steph. Mag. [Tzschuck. 1. 2. Wetz. Brem. quibus sum obsecutus: *antistaret* Bos. et rell.] *constaret* Ms. Leid. 2. *attestaret* Ed. Med.—4 *Cumcum* Ms. Dan. addita glossa ‘pro *quanquam*.’ An scriptum fuit *camcam*? Veteres enim librarii solebant pro *qu* scribere *c*; ut *condam* pro *quondam*, ap. Justin. 3. 2. 3. et apud Curtium VIII. 14. *oblicum* pro *obliquum*, apud Curt. IV. 15. &c.—5 *Et unus* Ms. Leid. 2.—6 *Quæ quidem nos aud.* Ms. Dan. *quam quid. audiemus* Ms. Leid. 2. *quem quidem audierimus* Ms. Ax. *quidem nos audierimus*

### NOTE

<sup>a</sup> *Æqualis fere fuit*] Id de ætatis et dignitatis æqualitate simul intelligi potest, non vero de morum conformitate; Aristides enim placidus et animo tranquillus, Themistocles contra

fervens et ambitiosus.

<sup>b</sup> *De principatu contendit*] Nimirum uter alteri in administranda civitate cederet.

nomine Justus sit appellatus:<sup>c</sup> tamen, a Themistocle collabefactus, testula illa,<sup>d</sup> exilio<sup>7</sup> decem annorum mulctatus est. Qui quidem cum intelligeret, reprimi concitatum multitudinem non posse, cedensque<sup>8</sup> animadverteret<sup>9</sup> quendam scribentem, ut patria pelleretur,<sup>10</sup> quæsisse ab eo dicitur, quare id faceret, aut quid Aristides commisisset, cur tanta pœna<sup>11</sup> dignus duceretur? Cui ille respondit, se ignorare Aristidem; sed sibi non placere, quod tam cupide<sup>12</sup> elaborasset, ut præter ceteros Justus appellaretur. Hic decem annorum legitimam pœnam non pertulit.<sup>f</sup> Nam postquam Xerxes in Græciam descendit, sexto fere anno, quam erat<sup>13</sup> expulsus, populi scito<sup>14</sup> in patriam restitutus est.

## 2. Interfuit autem pugnae navali apud Salamina,<sup>1</sup> quæ

<sup>b</sup> *Nihilominus per Themistoclem ostracismo illo condemnatus.*

Ms. Voss. 2. sed in marg. al. m. quod: quod q. nos audiemus Bos. 1. [quod quid. nos audierimus Bos. 2. uti rell. edd. etiam habent;] quid. nos audiverimus Ed. Keuch.—7 *Exsilio* Ed. Lamb. ubique.—8 *Sedensque* Ed. Paris. Ald.—9 *Animadvertisset* Ms. Dan. Leid. 1. Voss. 3. Ax. [idque hand inepte scriptum judicat Heusing. et probat Wetzel. innot. propter sequens verbum et tempus quæsisse.]—10 *Expelleretur* Ms. Leid. 2. [sed nihil mutandum est: v. Stav. ad edit. maj.] Mox *curve* Ed. Long.—11 *Tantam pœnam* Ed. Jens. Med. Arg. Paris.—12 Ita Ms. Dan. Gif. Mendos. Leid. 1. Bav. Voss. 1. 3. [Ed. Bos. 2. Heus. et rell. recentt.] Sed *tam* aberat Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. quod ita cupide Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.—13 Sic Ms. Boecl. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Ultraj. Long. [Bos. 2. Stav. Tzschuck. et rec.] v. Abr. Gronov. ad Justin. p. 929. Sed *postquam* Ed. Lamb. Bos. 1. Keuch. [Wetz.]—14 *Populiscito* Ms. Dan. Leid. 1. [Ed. Bos. 2. Heus. et rell. recentt.] Sed *plebiscito* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Arg. Paris. Mag. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. *blebiscito* Ed. Med. *plebiscito* Ms. Voss. 2.

1 *Salaminam* Ms. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Mag. Long.

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Cognomine Justus sit appellatus*] Vide Ciceronem pro Sextio, et Tuscul. v. 'Aristides nonne ob eam causam expulsus est patria, quod præter modum justus esset?' Cui subjunge Plutarchum in ejus vita.

<sup>d</sup> *Themistocle collabefactus testula illa*] Hæc erat lex Ostracismi, ut paulo supra in Themistocle.

<sup>e</sup> *Quendam scribentem, ut patria pelleretur*] Quisque enim civium, ut supradictum est, in calculo suo ejus nomen scribebat, quem vellet exulem fieri.

<sup>f</sup> *Hic decem annorum legitimam pœnam non pertulit*] Ne eo sensu intelligas 'legitimam,' quod foret justa, sed lege Ostracismi decretam.

facta est prius, quam pœna liberaretur.<sup>g</sup> Idem<sup>2</sup> prætor fuit Atheniensium apud Plataëas<sup>3 h</sup> in prælio, quo Mardonius<sup>1</sup> fusus, barbarorumque exercitus est interfectus.<sup>4</sup> Neque aliud<sup>5</sup> est ullum hujus in re militari illustre factum, quam hujus imperii memoria; justitiæ vero et æquitatis, et innocentiae, multa: in primis, quod ejus æquitate factum est, cum in communi classe esset Græciæ simul cum Pausania, quo duce Mardonius erat fugatus, ut summa imperii maritimi ab Lacedæmoniis<sup>6</sup> transferretur ad Athenienses. Namque ante id<sup>7</sup> tempus et mari et terra duces erant Lacedæmonii; tum<sup>8</sup> autem et intemperantia Pausaniæ, et justitia factum est Aristidis,<sup>j</sup> ut omnes fere civitates Græciæ ad Atheniensium societatem se applicarent, et adversus barbaros hos duces deligerent<sup>9</sup> sibi, quo<sup>10</sup> facilius repellerent, si forte bellum renovare conarentur.

3. Ad classes ædificandas, exercitusque comparandos, quantum pecuniæ quæque civitas daret, Aristides delectus



Mox prius quam a Ms. Voss. aberant.—2 Hinc cap. 2. incipit in ed. Patav.—3 Sic [Gr. Πλαταια et Πλαταιαι] Ed. Mag. Long. Stav. 1. 2. 3. Heus. ubique, [atque edd. recentt.] Plataeus Ed. Lamb. Bos. al. Plataas Ed. Jens. Med. Arg. Paris.—4 Sic Ed. Lamb. Bos. [Wetz.] Sed exerc. interf. est Ms. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Stav. 1. 2. [3. Heus. et rell. recentt.] Est omissum est in Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Mag. Ald. Long.—5 Neque illud Ms. Ax.—6 Sic quoque Ms. Dan. Sed a Laced. Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Mag. Long. Ald. Lamb. Patav.—7 Namque id ante id Ms. Leid. 2.—8 Tunc Ms. Leid. 2. Mox intemp. omissio τῶ et Ms. Voss. 3.—9 Diligerent Ms. Voss. 3. Ed. Med. delegerent Ms. Ax.—10 Quos quo facil. Ms. Long. Dan. Ax. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Heus. Atque in hoc postremo [et ed. Bipont. ac Schmied.] novum hinc incipit caput, [probante Wetzel, at hæsitante Stav. ad ed. 3. dissentientibus vero Tzschuck. et Bremi.] Vir doct. in ed. Patav. conjecit quos eo facil. Ceterum etiam in Jens. locus ita distinguitur: quos quo fac. ....conarentur: ad class. ædif.

#### NOTÆ

<sup>g</sup> Quæ facta est prius, quam pœna liberaretur] Id est, priusquam pœnæ tempus Ostracismi lege constitutum absolveretur, quia plebiscito ante illud revocatus est.

<sup>h</sup> Apud Plataëas] Urbem Bœotiae, de qua supra in Miltiade.

<sup>1</sup> In prælio, quo Mardonius] Satrapes Xerxis, natione Medus.

<sup>j</sup> Tum autem et intemperantia Pau-

saniæ, et justitia factum est Aristidis] De Pausaniæ intemperantia postea. De justitia vero Aristidis hoc accipe: cum enim ille ictum fœdus cum omni Græcia firmaret, post diras execrationes, accensos ferreos orbis in mare dejecit; adjurans, ut ita extinguerentur cum omni stirpe et gente, qui contra fœdus irent. Thucydides lib. 1. et Plutarchus in Aristide.

est, qui constitueret. Ejus arbitrio<sup>d</sup> quadringena et sexagena<sup>e</sup> talenta<sup>k</sup> quotannis Delum<sup>3</sup> sunt collata:<sup>1</sup> id enim commune ærarium esse voluerunt: quæ omnis pecunia postero tempore Athenas translata est. Hic qua fuerit<sup>d</sup> abstinentia, nullum est certius indicium, quam<sup>e</sup> quod, cum tantis rebus præfuisset, in tanta paupertate decessit, ut qui efferretur,<sup>6</sup> vix reliquerit.<sup>e</sup> Quo factum est,<sup>7</sup> ut filiæ ejus publice alerentur, et de communi ærario dotibus datis collocarentur. Decessit autem fere post annum quartum, quam Themistocles Athenis erat expulsus.

<sup>c</sup> *Ut unde funus fieret, ægre ipsi superfuerit.*

1 *Ejusque arbitrio* Ms. Voss. 1. 2. 3. Dan. Ax. [Ed. Wetz.]—2 Sic Ms. Gif. Dan. Mendos. Boecl. Ed. [Bos. 2. Stav. Heus. Tzschuck. 1. 2. (quo judice efficiunt circiter summam 600,000 thalerorum.) Ith. et rell.] *Sed quadringenta et sexagena* Ms. Voss. 2. sed in marg. alia manu *sexaginta*; Ed. Jens. Med. Arg. Ald. [Harl.] *quadringena et sexaginta* Ms. Ax. *quadringena sexaginta* Ed. Paris. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [*quadringenta et sexaginta* Ed. Lamb. in meo Paris. ex. Schmied.] *Tum quot annis* Ed. Jens. Med.—3 *In bellum* Ms. Voss. 3.—4 *Hic fuerit* omisso τῶ qua Ms. Voss. 1.—5 *Null. e. cert. ind. majusque, quam* Ms. Voss. 2. *Statim quam cum*, omisso τῶ quod, Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long.—6 *Ita* Ms. Dan. et Edd. nostri fere omnes: *quibus effert*. Ed. Long. Mag. Steph. *quo qui eff.* Ms. Ax. sed *quo* est glossa.—7 *Est* aberat Ms. Voss. 1. [Atque Stav. ad ed. 3. late docet, hoc verbum substantivum sæpius omitti, et posse h. l. facile abesse.] *Statim aut fil. ejus* Ms. Leid. 2. et *filiis* Ms. Voss. 3.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Quadringena et sexagena talenta*] Duplex erat talentum apud Atticos, magnum et minus: magnum minas octingentas habebat: minus, coronatos sexcentos. Ideoque vel si de minore hic sermo est, quadringenta et sexaginta talenta summam efficient nostri æris ducenties septuagies

sexies mille aureorum Coronatorum. Schottus. Vide et Jul. Pollucem lib. ix. et Budæum de Asse.

<sup>1</sup> *Delum sunt collata*] Una est Cycladum omnium notissima, prius Ortygia, a coturnicibus, quas Græci Ortygas vocant. Plin. lib. iv.

## IV.

# PAUSANIAS.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Pugna ad Plataeas. 2. Byzantium expugnat, Xerxi favet, Græciæ futurus proditor. 3. Peregre absentis mores et carcer. 4. Literarum commercium cum hoste; perturbatus se ipse indicat. 5. In æde Minervæ obstruitur, et mox interit.

---

**P**AUSANIAS<sup>2</sup> Lacedæmonius magnus homo, sed varius in omni genere vitæ<sup>2</sup> fuit. Nam, ut virtutibus eluxit, sic vitiis est obrutus. Hujus illustrissimum<sup>3</sup> est prælium apud Plataeas.<sup>b</sup> Namque, illo duce, Mardonius,<sup>4</sup> satrapes regius, natione Medus, regis gener,<sup>c</sup> in primis omnium Persarum et manu fortis et consilii plenus,<sup>d</sup> cum ducentis millibus<sup>5</sup> peditem, quos viritim legerat, et viginti millibus<sup>6</sup> equitum,

//////////

<sup>1</sup> *Pausaniæ vita* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald.—<sup>2</sup> *Vitæ* aberat Ms. Mendos. Mox *eluxit virtutib.* Ms. Ax.—<sup>3</sup> *Industrissimum* Ms. Voss. 1. *est illustriss.* Ms. Ax. Dein *Plataeas* Ed. Mag. Patav. Stav. Tzschuck. Heus. rell. *Plataeas* Ed. Lamb. Bos. 1. et 2.—<sup>4</sup> *Mardonius* Ms. Voss. 3.—<sup>5</sup> *Cum vii. millibus* Ms. Leid. 2. *cum duc. milibus* Ms. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Steph. Gebh. Boecl. *cum duc. militibus* Stav. 2. *operarum peccato.*—<sup>6</sup> *Viginti equitum* Ms. Dan. Boecl. Leid. 2. Ax. Voss. 2. *vig. [millibus] equ.* Ed.

### NOTE

\* *Pausanias*] Cleombroti filius, Paterque alterius Cleombroti Lacedæmoniorum Ducis, qui temere cum Epaminonda pugnans vulnere occubuit, exercitusque ejus deletus est.

<sup>b</sup> *Apud Plataeas*] Vide sup. in *Miltiade*.

<sup>c</sup> *Regis gener*] Darii, cujus filiam Artozostren nomine duxerat, Xerxisque tunc Persis imperantis sororis maritus. Herodotus lib. vi.

<sup>d</sup> *Consilii plenus*] In eo tamen plus audaciæ quam prudentiæ fuisse, testatur idem Herodotus in *Calliope*.

haud ita magna manu Græciæ<sup>7</sup> fugatus est, eoque ipse dux cecidit prælio.<sup>e</sup> Qua victoria elatus plurima miscere cœpit<sup>a 8</sup> et majora concupiscere. Sed primum in eo est<sup>9</sup> reprehensus, quod ex præda tripodem aureum Delphis posuisset,<sup>10 f</sup> epigrammate scripto, in quo erat hæc sententia : SVO DVCTV BARBAROS APVD PLATAEAS<sup>11</sup> ESSE DELETOS EIVSQVE VICTORIAE ERGO APOLLINI DONVM DEDISSE. Hos versus Lacedæmonii exsculperunt,<sup>12 g</sup> neque aliud scripserunt, quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Persæ erant victi.

2. Post id prælium, eundem Pausaniam cum classe communi Cyprum atque Hellespontum miserunt,<sup>h</sup> ut ex his<sup>i</sup> regionibus barbarorum præsidia depelleret. Pari felicitate in ea re usus, elatius se<sup>2</sup> gerere cœpit, majoresque appetere res. Nam cum, Byzantio<sup>3</sup> expugnato,<sup>i</sup> cepisset complures<sup>4</sup>

<sup>a</sup> *Multa turbare aggressus est.*

//////////

Heus. [Tzschuck. 1. 2. Stav. 3.]—7 Sic Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. sed in hoc a m. sec. *Græcia*: [Edit. Tzschuck. 1. 2. Staver. 3. quem vid. et, quos ille laudat, Herodot. ix. 65-72. et Diodor. Sic. xi. 31. atque sic rescripti: *Græcia* vulgo.]—8 *Cepit* Ed. Med.—9 *In eo cum repreh.* Ms. Voss. 3. Paulo post quod cum ex pr. Ms. Voss. 3. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Lamb. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [quod, quum ex pr. Heus. et in not. vindicavit; sed acriter refutatur a Stav. ad Ed. 3.]—10 *Potuisset* Ms. Voss. 3. Mox hæc sententia erat Ms. Voss. 2. Ax.—11 *Plataeas* Bos. 1. 2. *Plataeas* Ed. Jens. Med. Arg. Par. ubique. [*Plataeas* Lamb. et rell.]—12 *Exsculperunt* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. sed *expulserunt* Ms. Voss. 3. *exculperunt* Ed. Med. Arg. Par. Ald. *exscalperunt* Ed. Steph. Gebh. Courtin. *excalperunt* Ed. Mag. Mox scripserunt abest a Ms. Voss. 3.

<sup>1</sup> *Ex iis* Ms. Ax.—2 *Elatius gerere* Ms. Voss. 1.—3 *Curantio* Ms. Leid. 2. *bizantio* Ed. Jens. Med. ubique.—4 *Quem plures* Ms. Leid. 2. *quam plures* Ms.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Eoque ipse dux cecidit prælio*] Ictus nimirum lapide Mardonius periit. Plutarchus in Aristide.

<sup>f</sup> *Tripodem aureum Delphis posuisset*] Mos victoribus erat, ut ex hostium præda Tripodem Apollini plerumque consecrarent, idque præsertim inter Græcos, quod frequenter in Attica historia legitur. Thucydides lib. i. 8.

<sup>g</sup> *Hos versus Lacedæmonii exsculperunt*] Idem, ibidem.

<sup>h</sup> *Cyprum atque Hellespontum miserunt*] Cyprus insula est in Pamphilio mari, Veneri sacra. Hellespontus vero fretum angustum Europam ab Asia dividens, Propontidem inter et mare Ægæum; nunc vulgo, *Stretto di Gallipoli*.

<sup>i</sup> *Nam cum, Byzantio expugnato*] Urbe Thraciæ ad Bosphorum sita, nunc *Constantinople*, a Constantino instauratore dicta.

Persarum nobiles, atque in his nonnullos regis<sup>5</sup> propinquos, hos clam Xerxi remisit, simulans ex vinculis publicis<sup>6</sup> effugisse; et cum his Gongylum Eretriensem,<sup>7</sup> qui literas Regi redderet, in quibus hæc fuisse scripta Thucydides memoriæ prodidit: ‘Pausanias dux Spartæ, quos Byzantii<sup>8</sup> ceperat, postquam propinquos tuos cognovit, tibi muneris misit; seque tecum affinitate conjungi cupit. Quare, si tibi videtur, des ei filiam tuam nuptum.<sup>9</sup> Id si feceris, et Spartam,<sup>10</sup> et ceteram Græciam sub tuam potestatem<sup>11</sup> se, adjuvante te,<sup>12</sup> redacturum pollicetur. His de rebus<sup>13</sup> si quid geri volueris,<sup>14</sup> certum hominem ad eum mittas face, cum quo colloquatur.’ Rex tot<sup>15</sup> hominum salute, tam sibi necessariorum, magnopere gavisus, confestim cum epistola Artabazum<sup>16</sup> ad Pausaniam mittit.<sup>1</sup> In qua eum collaudat, ac petit,<sup>17</sup> ne cui rei parcat ad ea perficienda,



Voss. 3. Ed. Mag.—5 *Regi prop.* Ms. Voss. 3.—6 *Ex vinculis publ.* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. *publicis vinculis*, omisso τῶ ex, Ms. Leid. 2.—7 *Gongulum Eretr.* Ms. Dan. *Congulum Cretensem*, Ed. Jens. Med. Paris. Arg. Ald. *Gong. Erethiens.* Ms. Dan. Leid. 2. Ed. Long. *Gong. Cretensem* Ms. Voss. 2. Ax. *Gongulium Eretr.* Ms. Voss. 1. *Gongulum cretensem* Ms. Voss. 3.—8 *Byzanti* Ms. Dan. Leid. 1. *Mox ut muneris* Ms. Voss. 3. *et se tecum* Ms. Leid. 1. *Tum affinitatem* Ed. Lamb. [in mea tamen Lamb. ed. Lutet. *affinitate.*]—9 *Nupta* Ed. Arg. Paris. Long. *nuptū* Ed. Mag.—10 *Sparten* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Long.—11 *Sub sua potestate* Ms. Leid. 2. *pot. sub tuam* Ms. Ax.—12 *Se adjuvante*, omisso τῶ te, Ms. Dan. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Lamb. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. *pot. te adjuvante redacturum se* Ed. Mag. Long. Steph. sed *reducturum* Ms. Dan. [*se adjuvante, te redacturum* Ed. 2. Tzschuck. quem vide. Heus. conjecit *te adjuvante redact.* vel *sub tuam potestatem adjuvante te red.* ut *se subaudiatur.*]—13 *Sic* Ms. Mendos. Ed. Ultraj. [Bos. et rell. recentt.] *Sed hisque de rebus* Ms. Voss. 2. *Axen. his rebus* Ed. Ald. *horum igitur* Ed. Long. Lamb. Pat.—14 *Nolueris* Ms. Voss. 1. *Tum loquatur* Ms. Leid. 2.—15 *Tot a* Ms. Voss. 3. *Mendos. aberat. Mox necessarium* Ms. Leid. 2.—16 *Arthabazum* Ms. Voss. 3. *Artabazum* Ms. Voss. 1. sed in marg. *Artabarem*: at *Artabatem* Ms. Voss. 2. *Artabarum* Ed. Arg. *Arthabazum* Ed. Jens. Med.—17 *Petit*, omisso τῶ ac, Ms. Boecl. Leid. 2. Ax. Voss. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. [*Mox polliceatur*, quoniam oratio sit obliqua, Tzschuck. ad minor. ed. snaserat, et in ed. 2. præenuntibus Schmiedero ac Ricleffio; in textum recepit. Atque Schmied. in not. malit *pollicitus esset.* Sed nihil temere mutandum esse, jam ostenderunt Heusing. et Sta-

## NOTÆ

1 Artabazum ad Pausaniam mittit] et Thucydides lib. i. quod patet ex Artabazus ille summus Xerxis præfectus fuit, de quo Herodotus lib. ix. ejus nominis Etymologia. Hesychius, Stephanus.

quæ pollicetur: si fecerit,<sup>18</sup> nullius rei a se repulsam laturum.<sup>19</sup> Hujus Pausanias voluntate cognita, alacrior ad rem gerendam factus, in suspicionem cecidit Lacedæmoniorum.<sup>20</sup> In quo facto domum revocatus, accusatus capitis, absolvitur; mulctatur<sup>21</sup> tamen pecunia: quam ob causam ad classem remissus non est.

3. At ille post non multo sua sponte ad exercitum rediit,<sup>b</sup> et ibi non callida,<sup>1</sup> sed dementi ratione, cogitata<sup>2</sup> patefecit. Non enim mores patrios solum, sed etiam cultum vestitumque mutavit. Apparatu regio utebatur, veste Medica:<sup>3</sup><sup>k</sup> satellites Medi et Ægyptii sequebantur:<sup>4</sup> epulabatur more Persarum luxuriosius, quam qui aderant perpeti possent: aditum petentibus conveniendi<sup>5</sup> non dabat:<sup>5</sup> superbe respondebat, et crudeliter imperabat: Spartam redire volebat: Colonas,<sup>6</sup><sup>m</sup> qui locus in agro Troadis<sup>7</sup> est, se contulerat:

<sup>b</sup> Ille vero post breve tempus privato consilio ad castra reversus est.

ver. ad min. ed.—18 *Perfecerit* Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. Voss. 1. 2. Ax.—19 *Accepturum* Ms. Ax.—20 *Lacedæmion* Ms. Leid. 2.

1 *Callida* Ms. Voss. 1. tum *ratione*: etiam Ms. Dan. Sed *oratione* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—2 *Cogitata* Ed. Ultraj. Lamb. [Bos. et rell. recentt.] Sed *cognata* Ms. Dan. *conata* Ed. Gebh. *cognita* Ms. Mendos. Sav. Gif. Put. Ax. Oxon. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—3 *Medico* Ms. Leid. 2. Mox *Egyptii* Ed. Arg.—4 *Conveniendi* Ms. Leid. 2. Dan. [Hoc voc. spurium et ex glossa intrusum, putant Heindr. et Schmieder. Sed Tzschuck. ad ed. 2. bene animadvertit, posse quidem id utique abesse, sed libros omnes id sustinere, et Nepotem forte causam aditus voluisse indicare.]—5 Sic etiam Ms. Dan. Sed *dabat* omissio τῶ non Ed. Arg. Long. Mox *crudeliter* omissio τῶ et Ms. Voss. 2. Ax. Leid. 2. [et] *crudeliter* Ed. Heusing.—6 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. [Lamb. in meo exemplo,] Steph. Gebh. Hens. Stav. 2. 3. [et rell. recentt.] Recte: nam Gr. Κολῶνας. v. Stav. in Obs. nov. misc. Belgic. tom. 8. p. 813. [ἔς δὲ Κολῶνας τὰς Τρωάδας ἰδρυθὲς, Thucyd. ait lib. 1. c. 131. Hodie vocatur *Khemali*. add. Staver. ad min. ed. ibique Harl. *Golonas* Ed. Bos. Stav. 1.]—7 Ita Ms. Boecl. Ax. Ed. Heus. [Keuch. Bipont. Stav. 3. qui tamen in not. conjicit in *Troade*, omissio *agro*; Tzschuck. 1. 2. Ith. Heindr. Schmid. et ego rescripsi; nam, iudicibus Heusing. et Tzschuck., Troias fæmininum cum *agro*

#### NOTE

<sup>k</sup> *Veste Medica*] Ut ostenderet se jam ad Medos et Persas defecisse. Medorum autem vestem purpuream fuisse scribit Xenoph. lib. 1. de Cyri vita.

<sup>1</sup> *Satellites Medi et Ægyptii seque-*

*bantur*] Quales Persarum Reges habent, qui Doryphori dicuntur et Mælophori, quia aurea mala hastis præfixa ferunt, vel a colore vestis Melino. Ælianus, et Athenæus lib. XII. 3.

<sup>m</sup> *Colonas*] De hoc loco meminit



ibi consilia cum<sup>8</sup> patriæ, tum sibi inimica capiebat. Id postquam Lacedæmonii rescierunt,<sup>9</sup> legatos ad eum cum scytala<sup>10</sup> miserunt;<sup>n</sup> in qua more illorum erat scriptum, nisi domum reverteretur, se capitis eum damnaturos. Hoc nuntio motus,<sup>11</sup> sperans se etiam pecunia<sup>12</sup> et potentia instans periculum posse depellere, domum rediit.<sup>13</sup> Huc ut venit, ab ephoris in vincula publica coniectus est. Licet enim legibus eorum cuivis ephoro hoc facere regi.<sup>140</sup> Hinc<sup>15</sup>



minime congruit. Add. Scheffer. in miscell. Obs. Belgicis vol. ix. p. 203. Vulgo enim legitur et, quia ut adjectivum *ager Troias* posset explicari, retinuit ac defendit Wetzel., *Troiaide*.]—8 *Tum patriæ* Ms. Voss. 2. Ed. Med. Arg. Mag.—9 Sic Ms. Ax. Ed. Stav. 2. 3. v. quoque Stav. in Obs. nov. miscell. viii. p. 813. Oudendorp. ad Cæs. B. G. i. 28. p. 42. [et ego recepi in textum. Vulgo *resciverunt*.]—10 *Scytala* [ab Aldo in plurimas, etiam recentt. venit editt.] *Sed lana* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Sav. Put. Ed. Jens. Med. Par. *lanca* Ms. Ox. Boecl. Ax. (in quo leg. *cum l. ad e. m.*) Ed. Arg. Long. Mag. [quod genuinum esse judicat Wetz.] *lava* Ms. Dan. Gif. Mendos. *cum talea*, quæ proprie erat e ligno, restituendum Nepoti, existimabat Oudendorp. ad Cæs. B. G. v. 12. quam conjecturam Staver. [ad nostrum quidem loc. in min. ed. haud rejectit.]—11 *Commotus* Ms. Sav. Put. Gif. Ax. Voss. 2. [Ed. Bos. 2. Heus. Stav. 1. 3. et plur. recentt.] *Sed motus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Bos. 1. Pat. Stav. 2. [cui id in not. ad edit. 2. et 3. magis arripit, et ed. Harl. qui id recepit propter ingratum plurium *o*, si *commot.* retineatur, concursus; et ego reddidi *motus*.]—12 *Cum pecunia* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. [*tum pec.* Heus. de sua conjectura, cum alioqui *etiam* sit otiosum. Atque Schmieder. in ed. rescripsit *tum*; sed in Lexico Corn. p. 9. *etiam* h. l. iniquo loco positum, et scribendum putabat *se pec. et pot. instans etiam per.* et *etiam tum* edd. Bip. Ith. Heinr. Paufler. Stav. vero ad ed. 3. scribere jubet *cum* vel *tum pec. tum potentia*. Tzschuck. tamen ad ed. 2. retinet h. l. *etiam pec.* et prius voc. explicat iterum, rursus, nectitque cum *pecunia*.]—13 *Rediit* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. *Tum ad Ephoros* Ms. Voss. 3. et *vincla* Ed. Lamb. *Dein est coniect.* Ms. Ax.—14 *Licet...regi*. Includit uncinis Stav. in ed. min. [parenthesi vero Heus. Staver. in Misc. obs. nov. tom. viii. p. 815. arbitratur, *legibus eorum* vel de suo addidisse Nepotem vel in codd. aliorum Mss. irrepisse; Leid. vero cod. male exhibere *hoc facere, quod regi*. Tum quod non cuivis nec uni Ephoro id licuit facere, sed ex suffragiis vel cunctorum, vel trium saltem, id fieri potuit, atque Thucyd. i. cap. 131. fin. scripsit *ἔξεστι δὲ τοῖς Ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶν τοῦτο*. Cornelius vel ipse errasse videtur; vel, ut Stav. ad ed. 3. qui multus est de hoc loco, putabat, vertere potuisse, *licet enim legibus eorum ephoris hoc cuivis facere regi*.

## NOTÆ

Thucydides lib. i. 8. Non procul a Lampsaco, Milesiorum Colonia. Strabo lib. xiii.

<sup>n</sup> *Legatos ad eum cum scytala miserunt*] *Scytala*, quantum hic ego conijcio, epistolæ jnssoriæ et comminatoriæ genus est, sigillo quodam pub-

lico obsignatæ, qua Lacedæmonii ad revocandos Imperatores suos uti solebant; cujus formam depingunt Plutarchus in Lysandro, et Gellius lib. xvii.

<sup>o</sup> *Licet enim legibus eorum cuivis ephoro hoc facere regi*] De Ephoro-

tamen se expedit. Neque eo magis carebat suspicione. Nam opinio manebat, eum cum rege habere societatem. Est genus quoddam hominum, quod Helotes<sup>16</sup> vocatur,<sup>p</sup> quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit, servorumque munere fungitur. Hos quoque sollicitare spe libertatis existimabatur. Sed quod harum rerum nullum erat apertum crimen, quo argui posset, non putabant de tali tamque claro viro<sup>17</sup> suspicionibus oportere judicari; et<sup>18</sup> expectandum, dum se ipsa res aperiret.

4. Interim Argilius quidam, adolescentulus, quem puerum Pausanias amore Venereo<sup>1</sup> dilexerat, cum epistolam ab eo ad Artabazum<sup>2</sup> accepisset, eique in suspensionem venisset, aliquid in ea de se esse<sup>3</sup> scriptum, quod nemo eorum rediisset, qui super tali causa eodem<sup>4</sup> missi erant: vincula epistolæ laxavit,<sup>5</sup> signoque detracto cognovit, si pertulisset,



Atqui forsitan sic a Cornelii manu fuit scriptum.] *Cujus pro civis* Ed. Jens. Med. *et hæc fac.* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long.—15 *Huic* Ed. Jens. Med.—16 *Ullote* Ms. Leid. 2. *Elote* Ms. Voss. 1. *Ilote* Ms. Boecl. *illote* Ms. Voss. 2. 3. Ax. *illotæ* Ms. Dan. *Ilotæ* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Helotæ* Ed. Ald. Long. Mag. [et Tzschuck. in ed. 2. quoniam et codd. eo ducant, et Livius xxxiv. 27. 9. eandem formam omnino librorum fide ediderit. At enim in edit. Drakenb. legitur *Ilotarum.*]—17 *Tamque viro claro* Ms. Voss. 2. Ax. *Tum judicare* Ms. Voss. 3.—18 *Sic* Ms. Voss. 1. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Heus. [Ith. Stav. 3. Harl. Bip. Heinr. et ego pro vni-gata lectione *sed* reposui, quoniam *et* post propositiones negativas idem est *ac sed.*]

1 *Venerio* Ms. Dan. *Venero* Ms. Voss. 3.—2 *Artabarum* Ed. Jens. Arg. *Arthabarum* Ed. Med.—3 *Esset* Ed. Ald. *Mox redisset* Ed. Mag. Keuch.—4 *Super eodem tali causa* Ms. Ax.—5 *Laceravit* Ms. Bavar. Boecl. Ernst. Voss. 2. Ed. Bos. 2. et rell. edd. *Sed laxavit* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. et 2. in margine a manu sec. [Thott. et probat Schlegel in diss. cit. p. 72.] Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Long. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. probatque Abresch. in Dilucidatt. Thucyd. pag. 134. et provocat ad suas Animad. ad Æsch. lib. 11. p. 498. [Atque propter loc. Thucyd. Argilium sigillum Pausaniæ sigillo simile fecisse, ut, si opinione sua deceptus fuisset, aut etiam si quid ille mutare voluisset, non agnosceret, epistolarum vincula, (quibus n. colligabantur epistolæ,) laxasse, (ἀλεί τὰς ἐπιστολάς,) Gott-

#### NOTÆ

rum potestate supra diximus.

<sup>p</sup> *Est genus quoddam hominum, quod Helotes vocatur*] Erant servi publici apud Lacedæmonios, præpositi agris arandis et colendis, quorum tamen tantum jus erat, ut civitatem Spar-

tanam assequi possent. De quibus vide Thucydidem lib. 1. 6. Platonem de Legibus vi. Aristot. Politic. 11. 7. Horum fides erat admodum lubrica, et impulsu ad mutationem facilis. Polyæn. lib. 1.

sibi esse pereundum. Erant in eadem epistola, quæ ad ea pertinebant, quæ inter regem Pausaniamque convenerant.<sup>6</sup> Has ille literas ephoris tradidit. Non est prætereunda gravitas Lacedæmoniorum hoc loco. Nam ne huius quidem indicio<sup>7</sup> impulsus sunt, ut Pausaniam comprehenderent: neque prius vim adhibendam putaverunt, quam se ipse<sup>8</sup> indicasset.<sup>6</sup> Itaque huic indici, quid fieri vellent, præceperunt. Fanum<sup>9</sup> Neptuni est Tænari,<sup>9</sup> quod violari nefas putant Græci. Eo ille index confugit: in ara consedit. Hanc juxta, locum fecerunt sub terra, ex quo posset audiri, si quis quid<sup>10</sup> loqueretur cum Argilio. Huc ex ephoris quidam descenderunt. Pausanias, ut audivit, Argilium confugisse in aram, perturbatus eo venit:<sup>11</sup> quem cum supplicem Dei<sup>12</sup> videret in ara sedentem, quærit, causæ quid sit<sup>12</sup> tam repentino consilio.<sup>13</sup> Huic ille, quid ex literis comperisset, aperit. Tanto<sup>14</sup> magis Pausanias perturbatus orare

<sup>c</sup> *Quam se reum exhibuisset.*

~~~~~

leb. ad illum locum p. 221. in nostro Cornelii loco *laxavit* unice verum esse iudicavit; idemque probabilius esse existimavit Harl. Wetzel. et Tzschuck. Quare ego rescripsi *laxavit*.]—6 *Erant in....convenerant* a Ms. Leid. 2. aberant, sed Stav. in Misc. Obs. nov. tom. 8. p. 814. ex Diodoro Sic. lib. xi. p. 34. docet, illa verba non esse delenda.—7 *Judicio* Ed. Jens. Med.—8 *Ipsæ se* Ed. Long. Statim *judicasset* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. pariter *judici* et paulo post *judex* Ed. Jens. Med.—9 *Fanum* Ms. Voss. 3. Dein in *arague* Ms. Leid. 2. Dan.—10 *Si quis aliquid* Ms. Ax.—11 *Pert. venit eo* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. *eo venit* omisso τῶ *perturbatus* Ms. Voss. 3. Mendos. Ed. Ultraj.—12 *Quid sit* Ed. Med. Lamb. [n. Francof. ann. 1608. nam in ed. 1. Lamb. Lutet. *quid sit* legitur.]—13 *Repentini consilii* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. 2. [Wetz.] Keuch. Sed *repentino consilio* Ms. Dan. Leid. 2. Ed. Gebh. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Ith. et rell. Utrumque recte; n. vel ad verbum referas, vel ad substantivum; sed *repentino consilio* est doctior lectio, illustrata a Cortio ad Sall. B. Cat. c. 40. nr. 2. et ab Oudend. ad Cæs. B. G. lib. v. cap. 44. p. 265. Hinc eam prætul.]—14 *Modo magis* Ms. Mendos. Bav. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Par. Ald. Ultraj. Long. *mō* (h. e. ut Scheffer. conj. *multo*) *magis* Ms. Boecl. [et Tzschuck. ad ed. min. cum Heusing. probavit atque in ed. 2. rescripsit *Multo magis*.] Statim *Pausanias* aberat a Ms. Voss. 3.

#### NOTE

- <sup>9</sup> *Fanum Neptuni est Tænari*] Tænarus promontorium est Laconicæ regionis, in quo fauces erant ad inferos descendentes, quo hippocampus suos Neptunus subducere credebatur, unde fanum ipsi dicatum est.
- <sup>r</sup> *Quem cum supplicem Dei*] Id est, Neptuni.

*Delph. et Var. Clus.*

*Nep.*

H

cœpit, ne enuntiaret,<sup>15</sup> nec se, meritum de illo optime, proderet: quod si eam veniam sibi dedisset,<sup>d</sup> tantisque implicatum<sup>16</sup> rebus sublevasset, magno esse ei<sup>17</sup> præmio futurum.

5. His rebus ephori cognitis, satius putaverunt<sup>1</sup> in urbe eum comprehendi. Quo cum essent profecti, et Pausanias, placato Argilio, ut putabat, Lacedæmonem reverteretur; in itinere, cum jam in eo esset, ut comprehenderetur,<sup>e</sup> e<sup>2</sup> vultu cujusdam ephori, qui eum admonere<sup>3</sup> cupiebat, insidias sibi fieri intellexit. Itaque paucis ante gradibus, quam qui sequebantur, in ædem Minervæ, quæ Chalcicæcos<sup>4</sup> vocatur,<sup>5</sup> confugit. Hinc ne exire posset, statim ephori valvas ejus ædis<sup>5</sup> obstruxerunt,<sup>t</sup> tectumque sunt demoliti, quo facilius<sup>6</sup> sub divo interiret.<sup>f</sup> Dicitur, eo tempore matrem

<sup>d</sup> Quod si eo beneficio se devinxisset.

<sup>e</sup> Cum jam prope esset ut caperetur.

<sup>f</sup> Ut celerius sub aperto caelo moreretur.

\*\*\*\*\*

—15 *Ne nunciaret* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. *ne nuntiaret* Ed. Ald. *ne enunciaret* Ms. Dan. [atque *enuntiaret*, quod Lamb. Bos. et rell. dederunt, aptius dicitur de rebus arcanis, quam *nuntiaret*.]—16 *Implicatum* Ms. Leid. 2. Voss. 2. 3. Dan. Ed. Lamb. [sed et Lutet. s. Par. et Francof. edit. Lamb. præbent *implicitum*.]—17 *Magnoque ei pr.* Ed. Med. Arg. Long. *magno se esse ei premio* Ed. Jens. Par. Ald. (in quo tamen est *premio*;) *magno ei pr.* Ms. Ax. Ed. Mag. Kench. Pat.

1 *Putarunt* Ms. Leid. 2. Ax. *Mox ut putabat* in parenthesis Ed. Ald. Mag.—2 *Ex vultu* Ms. Voss. 3. *et ex vultu* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par.—3 *Admoneri* Ms. Voss. 2. 3. Boecl. Leid. 1. Ax. *ammoneri* Ms. Leid. 2. Dan. *amoveri* Ox. *Mox et insidias* Ed. Ald.—4 Sic Ed. Heus. [Harl. Heinr. Schmied. Tzschuck. 2. et ego reddidi terminationem Græcam.] *Χαλκικῶκος* Ms. Voss. 2. *Chalcicæcos* Ed. Ald. Mag. *Chalcidicos* Ms. Leid. 2. Dan. *Calchidicos* Ms. Voss. 1. *Chalcidicus* Ms. Voss. 3. Ab Ms. Ax. aberat, relicto tamen spatio: [*Chalcicæcos* vulgo.]—5 *Valvas ædis* Ms. Ax. Leid. 2. *et ejus delendum*; *et dein sunt demoliti*, [quod verbum aliquando notat demoliri, labefactare, dejicere, v. Gron. ad Liv. xxiv. 46.] ex fide cod. Voss. 3. Leid. legendum censet Stav. in Misc. Obs. nov. tom. 8. p. 814. [Idem Stav. ibid. quia Diodor. Sic. xi. p. 35. dicit, matrem ad introitum ædis lapidem attulisse, antequam Lacedæmonii dubitabundi ejusdem valvas obstruxissent, in Nepote paulo post legendum putat: *Dicitur ad templum matrem Pausaniæ venisse*.]—6 *Quo celerius* Ms. Ernst. Leid. 1. Bav. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Ultraj. Sed in marg. Ms. Voss. 2. *quo facilius*. Statim *divo* etiam Ms. Mendos. Gif. Ax. [Ed. Bos.

#### NOTÆ

\* *In ædem Minervæ, quæ Chalcicæcos vocatur*] De eadem Æde Minervæ sacra loquitur Thucydides lib. 1. in quam velut ad Asylum facinorosi confugisse videntur, hucque fugientes impunitate donari: Chalcicæcos dicitur, teste Suida, ἢ ὅτι Χαλκῶν οἶκον

εἶχεν, ἢ διὰ τοὺς Χαλκιδεῖς τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ φυγάδας αὐτὸν κτίσαι.

<sup>t</sup> *Valvas ejus ædis obstruxerunt*] Non Ephoros, sed Patrem Pausaniæ eas obstruxisse ait Plutarchus, qua in re errare videtur, quemadmodum et in ejus Patris nomine, quem Agesilaum

Pausaniæ vixisse, eamque jam magno<sup>7</sup> natu,<sup>8</sup> postquam de scelere filii comperit, in primis, ad filium claudendum, lapidem ad introitum ædis attulisse. Sic Pausanias magnam belli gloriam turpi morte maculavit. Hic cum semi-animis<sup>9</sup> de templo elatus esset, confestim animam efflavit.<sup>10</sup> Cujus mortui corpus cum eodem nonnulli<sup>9</sup> dicerent inferri<sup>10</sup> oportere, quo hi, qui ad supplicium essent dati; displicuit pluribus; et procul ab eo loco infoderunt, quo<sup>11</sup> erat mortuus. Inde posterius Dei Delphici<sup>12</sup> responso erutus,<sup>13</sup> v atque eodem<sup>14</sup> loco sepultus, ubi<sup>15</sup> vitam posuerat.

*8 Eamque jam longævam.*

et recc.] Sed *dio* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Keuch.—7 *Magno* aberat a Ms. Voss. 1. at *magno metu* Ms. Mendos.—8 *Semianimus* Ms. Ax. fortasse vere.—9 *Non nulli* Ed. Jens. Med. ubique.—10 *Inferre* Ms. Ax.—11 *Quo*, omisso τῷ in, Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Boecl. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Heus. [Bip. Heinr. Wetz. Stav. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Schmied. et ego in delevi: in quo rell. edd.]—12 *Delphici*, omisso τῷ *Dei*, Ms. Leid. 1. 2. Boecl. Ax. Voss. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Nam *Dei* ob seq. vocab. omitti facile potuit. *Delfici* Ms. Bav.—13 *Erutus* Ed. Jens. Med. Ald.—14 *Eodem* abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. [At in edit. Lamb. Lutet. et Francof. extat in eo loco.] Erat autem in Ms. Dan.—15 *Ut* Ms. Gif. Statim *posuerat* Ms. Mendos. Dan. Leid. 1. Bav. Gif. Ax. Ed. Ultraj. Gebh. [Bos. 2. et rell. recentt.] Sed *finierat* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. e glossemate puto.

#### NOTE

vocat, cum sit Cleombrotus, ut sn-  
prædictum est; id vero Matri ejus  
imputat Nepos, ut infra legitur, cui  
nomen erat Theano, Polyæno auctore  
lib. viii.

<sup>10</sup> *Confestim animam efflavit*] Huic  
opinionem adversatur Xenophon lib. iii.  
de rebus Græciæ, scribitque Pausa-  
niam damnatum Tegeam profugisse,  
ibique morbo periisse.

<sup>13</sup> *Inde posterius Dei Delphici responso*

*erutus*] Diodorus ait Apollinem, qui  
Delphicus Deus dicitur, Lacedæmoniis  
iratum, quod supplicum asyllum  
violassent, respondisse, Supplicem  
Deo restitui oportere; quod cum  
feri non posse viderent, pro uno cor-  
pore vivo duas statuas Pausaniæ po-  
suisset. Sic etiam fere Thucydides,  
lib. 1. sed præter duas statuas æneas,  
corpus ejus, oraculi mandato, huc de-  
latum ac conditum esse scribit.

C I M O N .<sup>1</sup>

## ARGUMENTUM.

CAP. 1. Hæres paternorum vinculorum, ab uxore liberatur. 2. Ejus virtutes et res gestæ: Persas eodem die navali et terrestri prælio vincit. 3. Ostracismo ejicitur. Revocatus pacem cum Lacedæmoniis conciliat. Citii moritur. 4. Cimonis encomium.

CIMON,<sup>2</sup> Miltiadis filius, Atheniensis, duro<sup>3</sup> admodum initio usus est adolescentiæ.<sup>a</sup> Nam cum pater ejus litem æstimatam<sup>4</sup> populo solvere non potuisset,<sup>a</sup> ob eamque causam in<sup>5</sup> vinculis publicis decessisset, Cimon eadem custodia<sup>6</sup> tenebatur, neque legibus Atheniensibus<sup>7</sup> emitti pote-

<sup>a</sup> *Durissimum habuit juvenutis exordium.*

1 *Cimonis vita* Ed. Jens. Par. Ald. *Cymonis vita* Ed. Med. Arg. *Cymon* Ms. Voss. 2.—2 *Cymon* Ed. Jens. Med. Arg. ubique [ed. Francof.] *Cumon* Ms. Ax. Statim *Myltiadis filius* Ed. Jens. Med. Arg. *Miltiadis* Ms. Dan. ubique.—3 Sic Ms. Sav. Put. Gif. Dan. Sed *diro* Ed. Jens. Med. Arg. Long.—4 *Exstimatam* Ed. Jens. Med. Arg. [An *existimatam* dare voluit scriba cod. aut curator ed. Jens.? Nam *æstimare* et *existimare* in codd. confundi solent: v. Schwarz. ad Plin. Paneg. c. 38. p. 155.]—5 *In* omissum est in Ms. Voss. 1.—6 *Custodi* Ed. Jens. Med. Arg.—7 Sic Ms. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Sed *Atheniensium* Ms. Ax. Ed. Steph. Gebh. quod mihi placet, quia sic *κακοφωνία* vitatur: [sic quoque suaserat Lamb. in altera ed. Francof. probante Heusingero.] Dein *multatus erat* Ms. Boecl. *multatus erat* Ms. Ax. *mult. fuerat* Ms. Leid.

## NOTE

<sup>a</sup> *Litem æstimatam populo solvere non potuisset*] Nimirum quinquaginta talentis, ut supra in Miltiade. Vide Senecam Controvers. lib. iv. 26. et Quintil. Decl. 103.

rat,<sup>b</sup> nisi pecuniam, qua pater mulctatus esset, solvisset. Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam,<sup>c</sup> nomine<sup>8</sup> Elpinicen,<sup>9</sup> non magis amore, quam more ductus.<sup>10</sup> Nam<sup>11</sup> Atheniensibus licet, eodem patre natas, uxores ducere. Hujus conjugii cupidus Callias<sup>12</sup> quidam,<sup>d</sup> non tam generosus, quam pecuniosus, qui magnas pecunias ex metallis fecerat, egit cum<sup>13</sup> Cimone, ut eam sibi uxorem daret: id si impetrasset, se pro illo pecuniam soluturum. Is cum talem conditionem aspernaretur,<sup>14</sup> e Elpinice<sup>15</sup> negavit, se passuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, quoniam prohibere posset;<sup>16</sup> seque Calliæ<sup>17</sup> nupturam, si ea, quæ polliceretur, præstitisset.

2. Tali modo custodia liberatus Cimon, celeriter ad principatum pervenit. Habebat enim satis eloquentiæ,<sup>1</sup>



2.—8 *Nomine* abest ab ed. Long. Mag. *Mox suam germ.* Ed. Steph. Gebh. Mag. Keuch.—9 *Helpicenem* Ms. Dan. Leid. 1. *Helpinice* Ms. Voss. 1. 2. *Helpicene* Ms. Voss. 3. *Helpinicē* Ed. Arg. *Helpinicem* Ed. Mag. Long. *Elpenicem* Ed. Jens. Med. *Elpenicen* Ed. Par. Ald. *Elpinicem* Ed. Stav. 1. 2. [sed *Elpinicen* Ed. Bos. Stav. 3. et rell. recentt. atque Ἐλπινίκη vocatur a schol. Aristoph. Equit. v. 851. aliisque.]—10 Sic Ms. Gif. Dan. Mendos. Leid. 1. Ox. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Ultraj. [Bos. Stav. et rell. recentt.] Sed *quam ore*, interjecto spatio inter *quam* et *ore*, Ed. Jens. *quam more patrio ductus* Ed. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Patav. *quam patrio more d.* Ed. Steph. Keuch.—11 *Namque* Ms. Dan. [melius h. l.]—12 *Gallias* Ed. Ald.—13 *Egit Cim.* Ms. Leid. 2.—14 *Aspernatur* Ms. Leid. 2. *aspernarent* Ms. Voss. 3.—15 *Helpicene* Ms. Dan. *Elpenices* Ed. Jens. Med. *Helpinice* Ed. Arg. Mag. Long. *Elpinices* Ed. Par. *Elpenice* Ed. Ald. *Mox Myltiadis* Ed. Jens. Med. *Milyadis* Ed. Arg. *dein vinculis* Ed. Arg. Lamb.—16 Sic Ms. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. [Ed. Long. Bos. 2. et recentt.] Sed *quoniam prohiberet* Ed. Ald. *quoniam prohibere* omisso τῶ *posset* Ed. Jens. Med. *quoniamque prohibere posset, se* (omisso τῶ *que*) *Call. n.* Ed. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. *quando proh. posset* Ms. Ax.—17 *Callias* Ms. Voss. 3. *Galliæ* Ed. Ald.

1 *Hab. en. eloq. satis* Ms. Leid. 2. *hab. tum satis eloq.* Ms. Voss. 2. 3. Leid.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Neque legibus Atheniensibus emitti poterat*] Tyrannorum filii, apud Græcos, parentum crimina luebant; ut scribit Alex. Neapol. lib. 11. 16.

<sup>c</sup> *Sororem germanam suam*] Ut in præfatione.

<sup>d</sup> *Hujus conjugii cupidus Callias quidam*] Vir ditissimus, qui apud Athenienses λακκόπλουτος dictus, quod ex puteis et fodinis divitias parasset.

Hunc sordide divitem natum vocat Seneca Controvers. lib. 1v. 24. De hoc Divite vide Athenæum lib. xii. 8. et 17. Et Theophrastum lib. περι λιβων.

<sup>e</sup> *Is eum talem conditionem aspernaretur*] Contra, facilem illum et paratum ad hanc conditionem asserit Plutarchus.

summam liberalitatem, magnam prudentiam cum<sup>2</sup> juris civilis, tum<sup>3</sup> rei militaris, quod cum patre a puero in exercitibus<sup>4</sup> fuerat versatus. Itaque hic et populum urbanum<sup>f</sup> in sua tenuit potestate, et apud exercitum plurimum valuit auctoritate. Primum imperator apud<sup>5</sup> flumen Strymona<sup>g</sup> magnas copias Thracum<sup>h</sup> fugavit: oppidum Amphipolim constituit,<sup>i</sup> eoque decem millia<sup>6</sup> Atheniensium in coloniam misit. Idem iterum apud Mycalen<sup>7j</sup> Cypriorum et Phœnicum<sup>k</sup> ducentarum navium classem devictam<sup>8</sup> cepit: eodemque die pari fortuna in terra<sup>9</sup> usus est. Namque<sup>10</sup> hostium navibus captis, statim ex classe copias suas eduxit,<sup>l</sup> barbarorum uno concursu maximam vim prostravit.<sup>11</sup> Qua victoria, magna præda potitus, cum domum reverteretur, quod jam nonnullæ insulæ, propter acerbiteriam imperii, defecerant, bene animatas confirmavit,<sup>b 12</sup> alienatas ad offi-

<sup>b</sup> Bene affectas corroboravit.

//////////

1.—2 *Tum juris civ.* Ms. Leid. 2. Ed. Arg.—3 *Cum rei mil.* Ms. Leid. 1. Voss. 2. 3.—4 *Sic* Ms. Dan. Gifan. [Ed. Bos. 2. Stav. et rell. recentt.] *Sed exercitu* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Keuch. Bos. 1.—5 *Ad Ed. Par. Dein Amphipolim* Ed. Heus. [Tzschuck. 2. Wetzcl. Harl.]—6 *Eoque exercitu* Ms. Leid. 2. τδ *millia* aberat a Ms. Dan.—7 *Micalen* Ms. Ax. Ed. Gebh. *Mychalen* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Par. *Mychalem* Ed. Med. *Mychale* Ed. Arg. [*Michalen* cod. Thott.] *Statim Cypriorum* Ms. Mend. Gif. Leid. 2. Voss. 3. Ax. Ed. Arg.—8 *Devictam* Ms. Voss. 2. Ed. Long. in qua etiam male legitur *cepit*.—9 *In terra* a Ms. Leid. 2. Voss. 3. aberant.—10 *Nam* Ms. Leid. 1. *Mox capti* Ms. Voss. 3.—11 *Barb. max. vim uno conc. prostr.* Ms. Boecl. *barborumque m. v. u. c. pr.* Ms. Leid. 2. Ax. Dan. *barbarorumque m. v. u. c. prostr.* Ed. Arg. Long. [*barbarorumque u. c. max. vim prostr.* Tzschuck. 1. 2.]—12 *Bene anim. confirm.* a Ms. Ox. Ed. Jens. Med. Par.

#### NOTE

<sup>f</sup> *Illeque hic et populum urbanum*] Id est, in urbe morantem.

<sup>g</sup> *Apud flumen Strymona*] Quo Macedonia a Thracia dividitur.

<sup>h</sup> *Magnas copias Thracum*] Quia tunc Thracæ in Persarum exercitu militabant.

<sup>i</sup> *Oppidum Amphipolim constituit*] Sic dictum, quod utrimque Strymone fluvio alluitur. Plin. lib. iv. 10. 23. et aliis in locis. Urbs ista media est Macedoniam inter et Thraciam; hodie *Ckrysopoli*.

<sup>j</sup> *Iterum apud Mycalen*] Nomen montis in Caria. Ad Eurymedontem fluvium in Pamphylia pugnam commissam fuisse ait Pompon. Mela lib. i. 14.

<sup>k</sup> *Cypriorum et Phœnicum*] De Cypro insula jam dictum est in Pausania. Phœnices vero populi a Phœnicia oriundi: Phœnicia autem regio est Syria maritima, Judææ contermina, cujus præcipuæ urbes fuerunt Tyrus et Sidon ad mare.

<sup>l</sup> *Statim ex classe copias suas eduxit*]



ciam redire coëgit. Scyrum,<sup>13</sup> quam eo tempore Dolopes incolbant,<sup>m</sup> quod contumacius<sup>l</sup> se gesserant,<sup>14</sup> vacuefecit,<sup>n</sup> sessores veteres urbe insulaque ejecit,<sup>o</sup> agros civibus divisit.<sup>15p</sup> Thasios opulentia fretos<sup>q</sup> suo adventu fregit. His ex manubiis<sup>16</sup> Athenarum arx, qua<sup>17</sup> ad meridiem vergit,<sup>18</sup> est ornata.

3. Quibus rebus cum unus in civitate maxime floreret, incidit in eandem invidiam, quam<sup>1</sup> pater suus ceterique Atheniensium principes. Nam testarum suffragiis,<sup>r</sup> quod illi Ostracismum<sup>2</sup> vocant, decem annorum exilio mulctatus

\*\*\*\*\*

Ald. absunt. Sed erant in Ms. Mendos.—13 *Cyprum* Ms. Dan. Gif. Mendos. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Par. Dein *Delopes* Ed. Med.—14 *Gesserant* [h. e. Dolopes et reliqui incolæ,] Ms. Voss. 1. 2. Dan. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Heus. [Bip. Ith. Heindr. Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Schmied. Pauli. et ego rescripsi:] *gesserat* Ald. Bos. [Stav. 1. 2. Wetzel. et rell.] *Mox vacue fecit* Ed. Med. Arg. Long. Dein *possessores* Ed. Gebh. [Sed *sessores* pro possessoribus, (uti *sedere, sedes* de domiciliis s. habitationibus usurpatur,) est lectio doctior. v. Vellei. Pat. lib. 1. c. 3. init. ibiq. Burm. et, ante illum, Heinsius ad idem cap. §. 3. p. 537. ed. Ruhnk. Præter tamen rem ibi dubitat Heins. num lectio in Corn. loco nostro sana sit.]—15 *Dimisit* Ed. Jens. Med. Statim et *Thracios* Ms. Voss. 3. [sed Thasos, insula maris Ægæi, prope Thraciam sita est.]—16 *E manubiis* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Mag. Long. *ex manibus* Ms. Leid. 2. *ex navibus* al. Statim *arx Athen.* Ms. Dan. Ax. Ed. Arg. Mag. Long. Steph. Gebh. [quæ snavior est lectio.]—17 *Que ad* Ms. Leid. 2. *quæ ad* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—18 *Pertinet* Ms. Ax. [quod est glossema.]

1 *In quam* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. [Ed. Wetzel.]—2 *Hostracos* Ms. Voss. 1. *ostrachismon* Ms. Voss. 2. *hostratos* Ed. Jens. Med. Arg. *ostracon* Ed. Par. Ald. *ὄστρακισμὸν* Ed. Mag. Long. Steph. Gebh. *Ostracismon* Ed. Heus. [An-

#### NOTÆ

De hoc Strategem. Polyæn. lib. 1.

<sup>m</sup> *Scyrum, quam eo tempore Dolopes incolbant*] Scyros insula est in Ægæo mari, in qua Achilles fæminam mentitus delituit inter Lycomedis Regis filias. Dolopes vero populi erant Thessaliæ, e cujus regione Scyros sita est: prope Pindum habitabant, unde Achelous amnis ad Echinadas cursum præcipitat.

<sup>n</sup> *Quod contumacius se gesserant, vacuefecit*] Id est, Insulam, a Dolopibus, qui, ut refert Plutarchus, piraticam artem exercebant, occupatam, repurgavit.

<sup>o</sup> *Sessores veteres urbe insulaque eje-*

*cit*] Quidam legunt *possessores*; solos tamen Dolopes inde ejectos propter eorum rapinas vult Plutarchus.

<sup>p</sup> *Agros civibus divisit*] Id est, Coloniam huc deduxit, cui agros hujus insulæ distribuit.

<sup>q</sup> *Thasios opulentia fretos*] Thasus insula est maris Ægæi, Thraciæ adiacens, generosis vitibus et insigui marmoris genere nobilitata; unde Thasii, quos Cimon navali prælio debellavit.

<sup>r</sup> *Nam testarum suffragiis*] De Ostracismo supra dictum est, in Miltiade et Themistocle.

est. Cujus facti celerius Athenienses, quam ipsum, pœnituit. Nam cum ille forti animo<sup>3</sup> invidiæ ingratorum civium cessisset, bellumque Lacedæmonii Atheniensibus indixissent, confestim notæ ejus virtutis<sup>4</sup> desiderium consecutum est. Itaque post annum quintum, quam<sup>5</sup> expulsus erat, in patriam revocatus est. Ille, quod hospitio Lacedæmoniorum utebatur,<sup>6</sup> satius existimans, contendere<sup>6</sup> Lacedæmonem, sua sponte est profectus, pacemque<sup>7</sup> inter duas potentissimas civitates conciliavit. Post, neque ita multo, Cyprum<sup>8</sup> cum ducentis navibus imperator<sup>9</sup> missus, cum ejus majorem partem insulæ devicisset, in morbum implicitus, in oppido Citio<sup>10</sup> est mortuus.<sup>1</sup>

4. Hunc Athenienses non solum in bello, sed<sup>1</sup> in pace, diu desideraverunt. Fuit enim tanta liberalitate, cum<sup>2</sup> compluribus locis prædia hortosque haberet, ut nunquam in eis

tecedens quod illi Tzschuck. at quod tantum Stav. ad ed. 3. ejici posse, si codd. addicerent, arbitrabantur, quoniam quod duriore synesi ad præcedens referatur. Sed Perizon. ad Sanctii Minervam lib. II. c. 9. not. 4. τὸ quod defendit: et Tzschuck. etiam vel *judicium* repetere jubet, vel latius intelligere quam rem.—3 *Animo forti* Ms. Dan. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long.—4 *Virtutes* Ms. Voss. 1. sed supra notatum erat *virtutis*.—5 Sic Ms. Ax. [et ex ed. Bos. 2. venit in reliquis.] Sed quo Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Lamb. Bos. 1.—6 Ita Ms. Sav. Put. Gif. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Sed *satis existimans verbis contendere* Ms. Ox. Ax. *satius æstimans cont.* Ms. Voss. 3. *satius existimans eos et cives suos inter se una voluntate consentire, quam armis contendere* Ed. Lamb. Steph. [Schmied. in parenthesi.]—7 *Pucem* Ms. Voss. 3. Idem paulo post *neque multo*.—8 *in Cyprum* Ed. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Pat.—9 *Super* Ms. Voss. 3. idem dein *sed in morbum*.—10 *Cythio* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Cytio* Ms. Voss. 2.

1 *Sed etiam in pace* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ax. Ed. Arg. [Wetz. Schmied. at vid. Heus. et Harl.]—2 *Liberalitate usus est, ut* Ms. Ox. *Statim quam pluribus*

## NOTE

<sup>6</sup> *Ille, quod hospitio Lacedæmoniorum utebatur*] Quia, scilicet, in Spartano-  
rum agris exulabat Ostracismi causa.

<sup>10</sup> *In oppido Citio est mortuus*] Hanc urbem expugnatam a Cimone negat Thucydides lib. I. 6. immo vero in obsidione urbis morte fuisse eum occupatum ait: cui opinioni Diodorus adversatur; nam et Citium expug-

nasse, et in cives ejus humanum se præbuisse scribit; unde Plutarchus refert ex Nausicrate Rhetore Citienses quoddam Cimonis sepulcrum coluisse, qui Oraculi ejusdam jussu cum quasi Deum in adversitatibus venerabantur. Citium autem est urbs Cypri, in qua Zeno, Stoicorum Sectæ conditor, natus est.

custodem imposuerit<sup>3</sup> fructus servandi gratia, ne quis impediretur, quo minus ejus rebus, quibus quisque<sup>4</sup> vellet, frueretur. Semper eum pedisequi<sup>5</sup> cum nummis sunt secuti,<sup>6</sup> ut, si quis opis ejus indigeret, haberet, quod statim daret, ne differendo videretur negare.<sup>7</sup> Sæpe, cum aliquem offensum fortuna videret minus bene vestitum,<sup>8</sup> suum amiculum<sup>6</sup> dedit. Quotidie<sup>7</sup> sic cœna ei coquebatur,<sup>8</sup> ut, quos invocatos<sup>9</sup> vidisset in foro, omnes devocaret:<sup>d10</sup> quod facere nullum diem prætermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli<sup>11</sup> res familiaris defuit: multos locupletavit: complures<sup>12</sup> pauperes mortuos, qui, unde efferrentur,<sup>13</sup> non reliquissent, suo sumtu extulit.<sup>6</sup> Sic se gerendo, minime est mirandum,<sup>14</sup> si et vita ejus fuit secura<sup>15</sup> et mors acerba.<sup>f</sup>

<sup>c</sup> Cum non raro aliquem forte sibi obvium cerneret male indutum.

<sup>d</sup> Ut quos in foro non invitatos aspiceret, universos invitaret.

<sup>e</sup> Quibus non supererat, unde funus ipsis pararetur, suis impensis paravit.

<sup>f</sup> Si et tute vixit, et cum omnium luctu obiit.

.....

Ms. Voss. 3.—3 Ita Ms. Voss. 1. 2. 3. Sed *eis....posuerit* Ms. Gif. Ed. Gebh. Plin. ix. Ep. 37. 'custodes fructibus ponam.' At *eis custodes imposuerit* Ms. Leid. 2. *eis cust. imposuerit* Ed. Lamb. Steph. Pat.—4 Sic præter Ms. Dan. Leid. 1. et Boecl. etiam Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax. [Ed. Bos. 2. et recentt. præter Tzschuck. 1. 2. a quibus *quisque*, uti] ab Edd. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Pat. abest.—5 Sic Edd. Lamb. Stav. 2. 3. Heus. ubique, et plurimæ recç. [*pedisequi* contra metri legem et monumentorum fidem Ed. Bos. Ith. Wetz. et aliæ antiquiores.]—6 *Aminiculum* Ed. Jens. Med. Arg. Long. *amic. suum* Ms. Ax.—7 *Quotidie* Ed. Arg. *cotidie* Ed. Ald. ubique.—8 *Quoquebatur* Ed. Jens. Med.—9 Sic Ms. Dan. Gif. Put. Sav. Mendos. Ax. Ernst. Bav. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Ultraj. [Bos. et recç.] Sed *non vocatos* Ed. Lamb. Steph. *convocatos* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. quod ex *non vocatos* extitisse videtur.—10 Ita etiam Ms. Voss. 1. 2. Dan. Ax. [Ed. Lamb. Bos. et recentt.] sed *devoraret* Ms. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Mag. *devoraret* Ed. Arg. Long.—11 *Nulla res* Ms. Voss. 2.—12 *Quam plures* Ms. Voss. 3.—13 *Efferrentur* Ms. Voss. 1.—14 *Admirandum* Ms. Leid. 3.—15 *Secuta* Ms. Voss. 1.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Semper eum pedisequi cum nummis sunt secuti*] Hos hodie ab eleemosynis ministros dicimus. De Cimonis liberalitate, idem refert Plutarchus in *Pericle*.

<sup>v</sup> *Ne differendo videtur negare*]

Cui sententiæ illud P. Syri conforme est: 'Beneficium bis dat, qui dat celeriter.' Et illud Ausonii: 'Gratia quæ tarda est, ingrata est gratia: namque, Quæ fieri properat gratia, grata magis.'

## VI.

# L Y S A N D E R.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Athenarum victor; decemviros Græciæ civitatibus imponit. 2. Crudelis in Thasios. 3. Reges tollere et oraculum corrumpere conatur; accusatus absolvitur: occiditur a Thebanis. 4. Lysander suus ipse accusator.

---

**L**YSANDER,<sup>a</sup> Lacedæmonius,<sup>b</sup> magnam reliquit sui famam, magis felicitate,<sup>2</sup> quam virtute, partam. Athenienses enim in Peloponnesios<sup>3</sup> sexto et vicesimo anno bellum gerentes confecisse apparet. Id qua<sup>4</sup> ratione consecutus sit, latet. Non enim virtute sui exercitus, sed immodestia factum est<sup>5</sup> adversariorum: qui quod dicto audientes imperatoribus suis non erant,<sup>a</sup> dispalati in agris, relictis navi-

<sup>a</sup> Qui quia suorum ducum mandatis minime obtemperabant.

---

1 *Lysandri vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—2 *Fortuna* Ms. Ernst.—3 *In Peloponneso* Ms. Leid. 2. *in Peloponnesios* Ms. Voss. 2. *in Peloponnesios* Ms. Voss. 3. [Ed. Lamb. Wetz.] *in Peloponnesios* Ed. Med. *in Peloponnesos* Ed. Arg. *adversus Pelop.* Ms. Ax. e glossemate. Mox *riges*. Ed. Jens. Med. Par. Ald.—4 *Cesqua* Ms. Voss. 3. inde Struchtmeier. pag. 52. *nec qua*.—5 *Factum*

### NOTÆ

<sup>a</sup> *Lysander*] Aristocleti filius, ex Heraclidarum genere. Plutarchus in *Lysandro*.

<sup>b</sup> *Lacedæmonius*] Apud Athenarum lib. vi. Mothacem eum fuisse asserit Theopompus. Idem quoque testatur Ælianus lib. xii. 43. 'Quod nomen imponebatur iis, quos Patres in Gym-

nasia locupletum exercitatum mitte-  
rent.' Alii Mothaces<sup>c</sup> volunt fuisse  
conditione servos; a verbo Græco  
μόθαξ, verna; vel μόθος, labor.

<sup>c</sup> *In Peloponnesios*] Peloponnesii a  
Peloponneso dicti, peninsula quæ ho-  
die Morea, de qua supra.

bus, in hostium venerunt potestatem. Quo facto Athenienses se<sup>6</sup> Lacedæmoniis dederunt.<sup>7</sup> Hac victoria Lysander clatus, cum antea semper factiosus audaxque fuisset, sic sibi indulsit,<sup>8</sup> ut ejus opera in maximum odium Græciæ Lacedæmonii pervenerint. Nam cum hanc causam Lacedæmonii dictitassent<sup>9</sup> sibi esse belli, ut Atheniensium impotentem dominationem refringerent, postquam apud Ægos<sup>10</sup> flumen Lysander classis hostium est potitus, nihil aliud molitus est, quam ut omnes civitates in sua teneret potestate,<sup>11</sup> cum id se Lacedæmoniorum causa facere simularet.<sup>12</sup> Namque undique, qui Atheniensium rebus studuissent, ejectis, decem delegerat<sup>13</sup> in unaquaque civitate, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum committeret. Horum in numerum<sup>14</sup> nemo admittebatur, nisi qui aut ejus hospitio contineretur,<sup>c</sup> aut se illius fore<sup>15</sup> proprium fide confirmarat.<sup>d</sup>

2. Ita decemvirali<sup>1</sup> potestate in omnibus urbibus constituta, ipsius nutu omnia gerebantur: cujus de crudelitate ac

<sup>b</sup> Adeo se impotenter gessit.

<sup>c</sup> Nisi qui vel hospitium ejus numero haberetur.

<sup>d</sup> Vel se penitus ipsi addictum sacramento sponderet.



advers. Ms. Voss. 3.—6 *Se aberat* a Ms. Ax.—7 *Dederunt* Ms. Voss. 1. 3. Mendos. Ed. Jens. Med. Ald. [quod rectius esse putat Stav. ad ed. 3. laudatque Cortium ad Sall. B. Jug. c. 75. 5. ac Davis ad Cæs. de B. Civ. lib. III. 11.]—8 *Indulxit* Ms. Voss. 3.—9 *Dictassent* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Long. Tum bellum Ed. Arg. Long. Mox in Ed. Jens. Med. Arg. est in potentem, et in Arg. etiam refrigeret.—10 *Egos* Ms. Dan. eghos Ed. Jens. Med. Arg. Mox classe Ed. Ultraj. Dein est molitus Ms. Ax.—11 *In suo tenore pot.* Ms. Voss. 3.—12 *Simulavit* Ms. Voss. 2. sed a manu sec. simularet. Statim nanque Ed. Ald. Lamb. ubique.—13 *Delegarat* Ms. Voss. 1. sed supra notatum erat delegerat. Tum una quaque Ed. Jens. Med.—14 *In numero* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long.—15 *Se fore ill. propr.* Ms. Ax. Mox confirmarat etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Sed confirmaret Ed. Gebh. Keuch. Pat.

<sup>1</sup> *Decem virali* Ed. Jens. Med. Arg. ut mox cap. 3.—2 *Eadem* Ms. Ax.

NOTÆ

<sup>d</sup> Ægos] Chersonesi Thraciæ fluvius, ad cujus ostia Atheniensium classis a Lysandro aut capta fuit aut summersa; sic dictus quasi Capræ fluvius. Plinius lib. II.

δεκαρχίας vocat lib. III. de rebus Græc. Athenis autem triginta præfecerat, decem vero Piræco. Plutarch. Hi postea urbem oppresserunt, dictique sunt triginta tyranni. Xenophon ibidem.

<sup>e</sup> *Decem delegerat*] Hus Xenophon

perfidia<sup>f</sup> satis est unam rem, exempli gratia, proferre, ne de eodem<sup>2</sup> plura enumerando defatigemus<sup>3</sup> lectores. Victor ex Asia cum reverteretur, Thasumque devertisset,<sup>4g</sup> quod ea civitas præcipua fide fuerat erga Athenienses, proinde<sup>5</sup> ac si iidem<sup>6</sup> firmissimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici, eam pervertere concupivit.<sup>h</sup> Vidit autem, nisi in eo occultasset voluntatem, futurum,<sup>7</sup> ut Thasii dilaberentur,<sup>8i</sup> consulerentque rebus suis.<sup>j</sup> Itaque \* \* \*

//////////

Voss. 2. sed supra notatum erat *eodem*.—3 *Defatigemus* Ms. Mend. Gif. Ax. Dan. Voss. 1. 2. 3. Ed. Stav. 1. 2. 3. [Hens. Ith. Harl. Tzsch. 2. Bip. Heindr. Paull. et ego rescripsi.] Sed *fatigemus* Ed. Long. Lamb. [Bos. 1. 2. Wetzcl.] reliquique editi nostri.—4 *Divertisset* [Ed. Bos. Stav. 1. 2.] Sed *devertisset* Ed. Steph. [Lamb.] Hens. recte; [et sic Ed. Stav. 3. et rell. recentior. atque ego reposui. Atque Bos. in indice in voc. *devertere* nostro loco *devertisset*, scil. ex itinere in urbem, legere jubet probatque. Add. Ernest. clavem Cic. voc. *devertere*, et Burm. ad Quintil. II. 3. fin. ad Petron. cap. 9. et ad Suet. Tib. cap. 12.] Pro *Thasum* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Paris. Lamb. *Thassum*.—5 *Perinde* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Mag. Long. Steph.—6 *Idem* Ms. Voss. 2. Ax. [üsdem Tzschuck. 1. 2.] Ceterum Long. et Mag. locum ita legunt: *perinde ac si iidem firmissimi solerent esse inimici, qui constantes fuissent amici*. Ed. Ultraj. in margine *perinde ac si non iidem f. s. e. a. q. c. f. inimici*. Ut Bosius edidit, ita est etiam in ed. Lamb. [Atqui Thasios, antea Lacedæmoniorum socios atque amicos, omnia prius expertos, triumque annorum obsidionem passos esse, quam sese Atheniensibus dederent, Ith. post Lambin. aliosque ex Thucyd. I. capp. 100. et 101. docuit.]—7 *Futuram* Ms. Voss. 2. 3. 1. (in quo tamen suprascriptum erat *futurum*.) Mox *Thassii* Ed. Par. [Lamb.]—8 *Liberarentur* Ms. Voss. 3. Post verba *rebus suis* in Ed. Lamb. Steph. Gebh. Pat. spatium trium versuum relictum, adjectis verbis his: ‘Desideratur hic exemplum Lysandri crudelitatis et perfidiæ in Thasios.’ In reliquis editis nostris, Jens. Med. Paris. Ald. Mag. Long. conjunguntur cum sequentibus verbis, nullo intermisso spatio: [*rebus suis....Itaque* Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 2. Wetzcl. Ith.]

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Cujus de crudelitate ac perfidia*] Hæc sunt illius perfidiæ argumenta, quod dicere solebat, ubi leonina pellicis non proficeret, vulpinam esse assuendam. Item, pueros taxillis, homines vero jurejurando fallendos. Vide Plutarchum, qui eum cum Sylla comparat.

<sup>g</sup> *Thasumque devertisset*] Insulæ nomen simul et civitatis; de qua supra in Cimone.

<sup>h</sup> *Eam pervertere concupivit*] Id est, ab Atheniensium partibus ad Lacedæ-

dæmoniorum partes eam abducere tentavit.

<sup>i</sup> *Futurum, ut Thasii dilaberentur*] Id est, ut aperte deficerent.

<sup>j</sup> *Consulerentque rebus suis*] Quandoquidem hic desunt nonnulla, conjiciendum est in iis quædam perfidiæ Lysandri exempla narrari; et forte etiam quædam alia, propter quæ Ephori decemviralem potestatem ab eo in Civitatibus constitutam abrogarent. Vide ea de re Plutarchum in Lysandro, et Diodorum lib. XII.

3. Decemviralem<sup>1</sup> suam potestatem sui<sup>2</sup> ab illo constitutam sustulerunt. Quo dolore incensus iniit consilia, reges Lacedæmoniorum tollere. Sed sentiebat id se sine<sup>3</sup> ope Deorum facere non posse, quod Lacedæmonii omnia ad oracula referre<sup>4</sup> consueverant. Primum Delphos<sup>5</sup> corrumpere est conatus.<sup>k</sup> Cum id non potuisset, Dodonam adortus est.<sup>l</sup> Hinc quoque repulsus, dixit se vota<sup>6</sup> suscepisse, quæ<sup>7</sup> Jovi Hammoni solveret,<sup>m</sup> existimans, se Afros<sup>8n</sup> facilius corrupturum. Hac<sup>9</sup> spe cum profectus esset in Africam, multum<sup>10</sup> eum antistites Jovis fefellerunt. Nam non solum corrumpi non potuerunt, sed etiam legatos Lacedæmona<sup>11</sup> miserunt, qui Lysandrum accusarent, quod

//////////

1 *Itaque hi decemv.* Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. τὸ *itaque* aberat a Ms. Voss. 1. 2. 3. [*Ita decemv.* Schmied. Paufl.]-2 *Sui* aberat Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. Ax. Gronov. de pecun. vett. p. 647. legit: *Itaque hi decemvir. pot. ab illo constitutam.* [Schmied. *sui* de Lacedæmoniorum regibus intelligit, quod in illos primum effuderit ultionem, et vocc. *ab illo constitutam* ex glossa, ad explicandum τὸ *suam* ab aliquo ascripta, male irrepsisse putat. Sed dissensum bene lateque declarat Tzschneck. ad ed. 2. Hic tamen ad ed. 1. *sui* ob præcedens *suam* haud probat et conjecerat *vi ab illo.*]-3 Sic Ms. Dan. [Ed. Lamb. Bos. et recentt.] Sed *id sine* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Statim *Deorum ope* Ed. Mag.-4 *Deferre* Ms. Voss. 3. Sed supra notatum erat *referre.*-5 Sic etiam Ms. Ax. [Ed. Lamb. et recentt.] Sed *Delphi* Ms. Dan. Gif. Mendos. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. *Delphis*, (nti conjec. Bos.) Ms. Leid. 2. Ed. Paris. *Itaque Delphos* Ed. Steph. Gebh.-6 *Voto* Ms. Ax.-7 *Quæque Jovi* Ms. Voss. 1. *quæq. Jovi* Ms. Voss. 3. Statim *Amoni* Ms. Voss. 2. *Hammoni* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Steph. Gebh. Mag. Pat. [Harl. Tzsch. 2. recte. v. Drakenb. ad Sil. Ital. 1. 39. Harl. ad Cellar. Orthogr. lat. p. 109. et 173. quare reposui. *Ammoni* vulgo.]-8 *Aphros* Ed. Par. Mox in Ald. est *corrupturum.*-9 *Ac spe* Ms. Voss. 3.-10 Sic etiam Ms. Dan. Sed *multi* Ms. Ax. Ed. Arg. Long. Mag.-11 *Lacedæmonem* Ms. Voss. 1. 2. 3. Ax. Dan. [Ed. Stav. 3. Tzschluck. 1. 2. Sed *Lacedæmona* Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 2. Heus. (cujus not. vid.) Harl. Bip. Ith. Heinr. Schmied.] *Lacedæmonē* Ed. Arg.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Primum Delphos corrumpere est conatus*] Hos, nempe, qui in templo Apollinis Delphici Oraculis præerant.

<sup>l</sup> *Dodonam adortus est*] Urbem Chaoniæ in Epiro Jovi sacram; ab hac urbe quernum illud nemus Dodonem dictum, ubi templum et oraculum vetustissimum. Lege Sophoclem in Trachiniis, et Herodotum; qui multa de hoc oraculo fabulose scripserunt.

<sup>m</sup> *Quæ Jovi Hammoni solveret*] Jo-

vis oraculum fuit in Libya, toto orbe celeberrimum, hic sub Arietis forma Jupiter colebatur. Vide Q. Curtium lib. iv. 7.

<sup>n</sup> *Existimans, se Afros*] Afri ab Africa dicti, quæ tertia est Orbis terrarum pars, fere tota sub Zona torrida. Ideo autem se Afros facilius corrupturum putabat, quod sint lubricæ fidei; unde apud Livium, 'Fraus plusquam Punica.'

sacerdotes faui<sup>12</sup> corrumpere conatus esset. Accusatus hoc crimine, iudicumque absolutus<sup>13</sup> sententiis, Orchomeniis missus subsidio,<sup>o</sup> occisus est a Thebanis apud Haliartum.<sup>14p</sup> Quam vere<sup>15</sup> de eo foret iudicatum, oratio indicio fuit,<sup>16</sup> quæ post mortem in domo ejus reperta est, in qua suadet Lacedæmoniis, ut, regia potestate dissoluta, ex omnibus dux<sup>17</sup> deligatur ad bellum gerendum; sed ita scripta, ut Deorum videretur<sup>18</sup> congruere sententiæ, quam ille se habiturum, pecunia fidens, non dubitabat. Hanc ei scripsisse Cleon Halicarnasseus<sup>19 q</sup> dicitur.

4. Atque hoc loco<sup>1</sup> non est prætereundum factum Pharnabazi, satrapis<sup>2</sup> regii.<sup>r</sup> Nam cum Lysander præfectus classis in bello multa crudeliter avareque<sup>3</sup> fecisset, deque his rebus suspicaretur ad cives suos esse perlatum, petiit<sup>4</sup> a Pharnabazo, ut ad<sup>5</sup> ephoros sibi testimonium daret,

//////////

Mox *adcurant* Ed. Mag.—12 *Phani* Ed. Jens. Med. Arg. Long.—13 *Absolutū* Ed. Arg. Mox *Orchomenis* Ms. Voss. 3. *Orchemenis* Ms. Dan. *Orchomoinis* Ed. Mag.—14 *Alyarthum* Ed. Jens. Med. Arg. *Alyartum* Ed. Paris.—15 *Fere* Ms. Voss. 3. *vero* Ed. Jens. Med. Par. Tum *foret de eo* Ed. Arg. Mag. Long.—16 *Indicio, quæ, omisso τῶ fuit*, Ms. Voss. 1. *Inditio f.* Ed. Jens. Med. Arg.—17 *Dux a* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. aberat; statim *eligatur* Ms. Voss. 3. *Mendos.*—18 *Sed scripta, ut dicit, non videntur congruere sententiæ* Ms. Mendos. Voss. 3. *sed scripta, ut D. r. c. s.* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. A Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. aberant. Statim *quo ille se hab.* Ms. Boecl. Voss. 2. *qua ille se h.* Ed. Jens. Med. Arg. *quod ille se hab.* Ms. Ax. Voss. 3. 1. in quo tamen supra notatum erat *quam.*—19 Ita etiam Ed. Long. [Lamb. Bos. et seqq.] Sed *Alicarnus* Ms. Dan. Gif. Sav. Put. *Halicarnas* Ms. Voss. 1. 3. *Alicarnascus* Ms. Voss. 2. *Alycarnaseus* Ed. Arg. *Alycarnius* Ed. Jens. Med. Par.

1 *Hoc non* Ms. Leid. 1.—2 *Strapis r.* Ms. Voss. 2. *strapis regis* Ms. Ax. an *satrapæ?* [At utraque forma, *satrapis* et *satrapæ*, usum obtinet, Tzschuck. jam annotante.] Tum *Barnabazi...regis* Ms. Voss. 3.—3 *Avare fec.* Ms. Ax. Voss. 2. Ed. Arg. Long.—4 *Petiit* abest ab Ed. Long.—5 *Aut Ephoros* Ms. Voss. 3. sed a manu sec. *apud Eph.* Etiam in ed. Arg. est *aut Eph.* Ms. Ax. aliud sibi

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Orchomeniis missus subsidio*] Orchomenus, seu Orchomennum, Bæotici oppidum, ad fluvium ejusdem nominis situm, cui olim Thebani tributum pependunt. Strabo lib. ix. Fuit item ejus nominis in Arcadia, de quo non hic sermo est.

<sup>p</sup> *Apud Haliartum*] Nomen urbis Bæotici, quam Haliartus Thersandri filius condidit. Strabo lib. ix.

<sup>q</sup> *Cleon Halicarnasseus*] Nomen Sophistæ ex Halicarnasso, urbe Cariæ princeps, juxta quam fons Salmasius, quo veteres crediderunt lavantium corpora effeminari.

<sup>r</sup> *Pharnabazi, satrapis regii*] Hic alterius Pharnabazi filius, olim Darii et postea Artaxerxis satrapis, qui Alcibiadem interfecit. Diod. lib. xiv.



quanta sanctitate bellum gessisset, sociosque<sup>6</sup> tractasset, deque ea re accurate scriberet: magnam enim ejus auctoritatem in ea<sup>7</sup> re futuram. Huic ille liberaliter pollicetur: librum gravem<sup>8</sup> multis verbis conscripsit,<sup>e</sup> in quo summis eum effert laudibus.<sup>9</sup> Quem cum legisset probassetque, dum obsignatur,<sup>10</sup> alterum pari magnitudine, [tanta similitudine]<sup>11</sup> ut discerni non posset, signatum subjecit, in quo accuratissime ejus avaritiam perfidiamque accusarat.<sup>12</sup> Hinc<sup>13</sup> Lysander domum cum redisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum,<sup>14</sup> quæ voluerat, dixerat, testimonii loco librum<sup>15</sup> a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, summoto Lysandro, cum ephori cognoscent,<sup>16</sup> ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipse suus<sup>17</sup> fuit accusator.

<sup>e</sup> *Prolixam epistolam exaravit et ponderosam.*



*ephoros.*—6 *Socioque* Ms. Voss. 3. *Mox de eaque re* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Pat.—7 *In ejus re* Ms. Voss. 3. *Mox hinc ille* Ed. Jens. Med. Paris.—8 *Gravem* etiam Ms. Boecl. Ax. Sed *grandem* Ms. Dan. Gif. Ed. Ultraj.—9 Ita quoque Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. (nisi quod in Ald. uti in Long. est *in quibus*, quod etiam in ed. Patav. e Jens. laudatur,) Lamb. Bos. 1. 2. [Wetz.] Sed *in quibus eum summis fert laudibus* Ms. Gif. Voss. 3. Ed. Ultraj. *in quo eum sum. fert laudibus* Ms. Dan. Voss. 1. Ed. Gebh. *in quo sum. eum fert laud.* Ed. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Tzschuck. 1. 2. Ith. Bip. Heincr. Schmied.] In Ms. tamen Voss. 3. vitiose erat scriptum *ferre*, [unde Heus. conjec. *ferret.*] *In quo s. e. offert laudibus* Ms. Ax. *in quo s. e. laudibus effert* Ed. Mag.—10 *Dum signatur* Ms. Boecl. Voss. 2. 3. Ed. Arg. Long. *dum designatur* Ed. Jens. Med. Par. Ald. *dum signaretur* Ed. Mag.—11 *Tanta similit.* erant in Ms. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Ax. Leid. Dan. Ed. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Bos. 2. Patav. Stav. 1. 2. 3. Heus. [et reliquis recentt. sine uncinis.] Sed in aliis libris, ut Ms. Mendos. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Kench. Bos. 1. non leguntur.—12 *Accusavit* Ms. Voss. 3. *accusaret* [Ms. Ax. Ed. Vorst.] Ed. Patav.—13 *Hunc* Ms. Voss. 1. 2.—14 *Maximos magistratus* Ms. Leid. 1. uti conjec. Grævius ad Justin. II. 10.—15 *Libro* Ms. Voss. 1. 2. *Mox submoto* Ms. Voss. 3. [Ed. Heus. Stav. Tzschuck. Bip. Harl. Heincr. Schmied. Sed *summoto* rell.]—16 *Cognovissent* Ms. Voss. 2. Ax. *cognoscerent* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. Long. Pat. male. *Mox ipsæ* Ms. Voss. 2. et *dederunt* aberat a Ms. Voss. 3.—17 *Sui* Ms. Ax. et *fuit* abest ab ed. Ald. male: [v. Harl. not.]

## VII.

# ALCIBIADES.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Excellens in virtutibus et vitiis. 2. Juvenis educatio et mores. 3. Dux contra Syracusanos. In suspicionem venit. 4. Domum revocatus an fugit. Lacedæmoniis inservit. 5. Lacedæmoniis suspectus transit ad Persas. Atheniensibus reconciliatur. 6. Gloriose excipitur. 7. In invidiam recidit. In Thracia prospere pugnatur. 8. Civibus Atticis bene consultit. 9. In Asiam transit. 10. In Phrygia interficitur. 11. Alcibiadis laus et vituperatio.

---

ALCIBIADES, Clinia<sup>a</sup> filius, Atheniensis. In hoc<sup>2</sup> natura, quid efficere possit, videtur experta. Constat enim inter omnes, qui de eo memoriae prodiderunt, nihil eo<sup>3</sup> fuisse excellentius, vel in vitiis, vel in virtutibus. Natus<sup>4</sup> in amplissima civitate,<sup>b</sup> summo genere, omnium ætatis suæ<sup>5</sup> multo formosissimus,<sup>c</sup> ad omnes res aptus, consiliique plenus. Namque Imperator fuit summus et<sup>6</sup> mari et terra: disertus,

---

1 *Alcibiadis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald.—2 *In quo* Ms. Leid. 1. [Ed. Wetz.] Statim *quid natura* Ms. Dan.—3 *Illo* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Lamb. Long. Mag. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat. [eo Ed. Bos. 2. et rell.]—4 Ita etiam Ms. Ernst. Gif. Pnt. Sav. Sed *nam* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb.—5 *Civitatis suæ* Ms. Ox. *ætatis* omisso τῆς suæ Ms. Voss. 1. *ætates* Ed. Mag.—6 Ita Ms. Leid. 1. Boecl. Ax. Sed *mari* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Mag. Boecl. Keuch. Bos. 1. In Ed. Heus. [Bip. Wetz.] verba *n...terra* uncis sunt inclusa. Sed bene dissentit Tzschuck. ad ed.

### NOTÆ

<sup>a</sup> *Clinia filius*] Vide Plutarchum in Alcibiade.

<sup>b</sup> *Natus in amplissima civitate*] Id est, Athenis.

<sup>c</sup> *Omnium ætatis suæ multo formosissimus*] Alcibiadis forma a Petronio celebratur; et a Val. Max. lib. vii. 9. præstantissima dicitur.

ut inprimis dicendo valeret: quod<sup>7</sup> tanta erat commendatio oris atque orationis, ut nemo ei dicendo posset resistere: dives;<sup>8</sup> cum tempus posceret, laboriosus,<sup>d</sup> patiens, liberalis, splendidus, non minus in vita, quam victu:<sup>9</sup> affabilis, blandus, temporibus callidissime inserviens.<sup>e</sup> Idem, simul ac se remiserat,<sup>a</sup> neque causa suberat, quare animi laborem perferret, luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur; ut omnes admirarentur,<sup>11</sup> in uno homine tantam inesse<sup>12</sup> dissimilitudinem, tamque diversam naturam.

2. Educat<sup>us</sup> est in domo Periclis:<sup>f</sup> privignus enim ejus<sup>2</sup> fuisse dicitur;<sup>g</sup> eruditus a Socrate:<sup>h</sup> socerum habuit Hip-

<sup>a</sup> Ubi ille animum relaxaverat.

//////////

2.]—7 Sic Ms. Dan. Gif. Boecl. Leid. 1. Voss. 1. Ax. Sed et tanta Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Lamb. Keuch. Bos. 1. Pat. Heusing. verba quod... resistere unciis inclusit. [Neque ista placent Tzschuck.]—8 Ita Ms. Gif. Dan. Mendos. Voss. 1. Sed deinde Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. Ald. Long. Heus. [Bip. Ith. Heinr.] idem Ed. Lamb. Steph. Boecl. [Wetz. Schmied.] quod placet. Epamin. 3. Nepos docere vult, Alcibiadem fuisse ad omnes res aptum, eum fuisse excellentem et in vitiis et in virtutibus.—9 Non minus...victu absunt ab ed. Ultraj. in victu Ms. Ax. Mox callidissime Ms. Voss. 1. et serviens Ms. Dan. Leid. 2.—10 Præmiserat Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Statim neque causam etiam Ms. Dan. Leid. 1. Ax. Sed nec causa Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Keuch. Pat.—11 Admirantur Ed. Gebh.—12 Tantum esse Ms. Mendos. Boecl. Ox. Ax. (a quo etiam τὸ in aberat ante τὸ uno,) Voss. 1. 2. Ed. Arg. Long. tantam Ed. Jens. Med. Par. Ald. Pat. tantam morum Ed. Mag. Steph. Gebh. tantum esse morum dissim. Ed. Long.

1 Pericli Ms. Leid. 1. Dan. ut Neocli II. 1.—2 Ita etiam Ms. Ax. Dan. Sed priv. en. suus Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long.—3 Societate

NOTÆ

<sup>d</sup> Dives; cum tempus posceret, laboriosus] Id a Nepote referri videtur, quasi inter se pugnent divitiarum et laboris, in Alcibiade tamen convenient.

<sup>e</sup> Temporibus callidissime inserviens] Illum Chamæleonti non absimilem fuisse scribit Plutarchus; quem etiam in eo vincebat, quod Chamæleon coloris candido se simulare non potest.

<sup>f</sup> Educat<sup>us</sup> est in domo Periclis] Viri inter Athenienses clarissimi, plurimumque auctoritate pollentis; adeo ut per quadraginta annos remp. gubernaverit. Plutarchum vide.

Delph. et Var. Clas.

<sup>g</sup> Privignus enim ejus fuisse dicitur] Immo sororis filium Diod. Suidas, Aul. Gellius, lib. xxv. 17. fuisse asserunt; quod tamen facile conciliari potest: nam revera si Pericles non Alcibiadis, at saltem uxoris ejus vitricus fuit, quia Hipponici filiam, quam Hyparetam vocat Plutarchus, Alcibiades uxorem habuit; hujus vero Hipponici conjugem in uxorem postea duxit Pericles. Plutarch. in Pericle.

<sup>h</sup> Eruditus a Socrate] Philosopho Atheniensi, qui, Apollinis Oraculo,

Nep.

I

ponicum, omnium Græca lingua loquentium ditissimum:<sup>4</sup> ut, si ipse fingere vellet,<sup>b</sup> neque plura bona reminisci,<sup>5</sup> neque majora posset consequi, quam vel fortuna vel natura tribuerat.<sup>6</sup> Ineunte adolescentia amatus est a multis more<sup>7</sup> Græcorum: in eis a Socrate, de quo mentionem facit Plato<sup>i</sup> in Symposio.<sup>j</sup> Namque cum induxit commemorantem, se pernoctasse cum Socrate, neque aliter ab eo surrexisse, ac filius a parente debuerit.<sup>8</sup> Postea quam robustior est factus, non minus multos amavit, in quorum amore, quoad licitum<sup>9</sup> est, odiosa multa delicate<sup>10</sup> jocoseque fecit: quæ referremus, nisi majora potioraque<sup>11</sup> haberemus.

### 3. Bello Peloponnesiaco<sup>k</sup> hujus consilio atque auctori-

<sup>b</sup> *Ut, si ipse excogitare cuperet.*

\*\*\*\*\*

Ms. Voss. 1.—4 *Om. Græca linguæ eloquentia ditiss.* Ms. Dan. Mendos. Gif. [Ed. Bos. Stav. 1. 2. Wetz. Brem. qui tamen probat Hensing. emendation.] Sed *omn. Gr. l. eloq. dissertissimum* Ms. Boecl. [Thott. probatque Schlegel diss. cit. p. 72.] Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. Ald. Long. Boecl. Pat. *omnium Græcorum divitissimum* Ed. Lamb. Steph. *omnium Græca lingua loquentium divitissimum* Ed. Heus. [Ith. Bip. Harl. Stav. 3. Ita quoque Tzschuck. 1. 2. et Schmied. nisi quod leg. *ditissimum.*] Certe vulgatam repudiat vel res vel lingua. [Quare, cum Hipponicus a nemine laudetur ab eloquentia, ego cum aliis viris doctis reposui Heusingeri emendationem, servato τῆ ditissimum; quamvis Wetz. eam vocaret insolentem.]—5 [*Eminisci* h. e. excogitare, ea, quæ mens fingit, aperire, indicare, legendum censuit Heus. ad h. l. et in Emendationum libro, edito a Frid. Heusing. Gothæ 1751. p. 402. assentitque Bremi in not. at dissentiunt Stav. ad ed. 3. in primis Tzschuck. qui putat, *reminisci* aut positum esse pro *comminisci*, aut proprie valere, *ex omni memoria aliquid repetere.* Verba, *neque maj. consequi posset*, Schmied. superflua esse, præter necessitatem opinabatur in Lexico.]—6 *Quæ ...tribuerant* Ms. Leid. 1. *quam vel natura vel fortuna tribueret* Ms. Dan.—7 *Amore Gr.* Ms. Gif. Dan. Leid. 1. *Statim in eis Socrate* Ms. Dan. Ax. in *eis Socratem* Ms. Voss. 2.—8 *Debuerat* Ms. Leid. 1.—9 *Quo adlic.* Ed. Ald.—10 *Delicata* Ms. Voss. 2.—11 *Potiora* Ms. Dan.

1 *Peloponnesio* Ms. Dan. Leid. 1. Ed. Keuch. Heus. [Ith. Bip. Heinr. Harl. Tzschuck. 2. Schmied. Sed *Peloponnesiaco* Brem. Stav. qui ad ed. 3. defendit, quia incolæ quidem vocentur *Peloponnesii*, bellum vero ipsum *Peloponnesiacum*. Cum unico *n Peloponnesiaco* Ed. Wetz.] *Peloponnesio* Ms. Voss. 2. *Peloponneso* Ms. Voss. 1. [quæ quidem falsa scriptura confirmat probabilitatem aliorum lectionem *Peloponnesio.*] Mox *auctoritate*, omisso τῆ atque, Ed.

### NOTE

omnium sapientissimus est judicatus.

<sup>i</sup> *De quo mentionem facit Plato*] De amore illo lege Aristophanem in *Nebulis*.

<sup>j</sup> *In Symposio*] Id est, in libro qui

inscribitur *Symposium*, seu *Convivium*.

<sup>k</sup> *Bello Peloponnesiaco*] De quo *Thucydides*.

tate Athenienses bellum Syracusanis indixerunt: ad quod gerendum ipse dux delectus est. Duo præterea collegæ dati, Nicias et Lamachus.<sup>2</sup> Id cum appareretur, prius quam classis exiret, accidit, ut una nocte omnes Hermæ,<sup>1</sup> qui<sup>3</sup> in oppido erant Athenis, dejicerentur,<sup>4</sup> præter unum, qui ante januam erat Andocidi. Itaque ille postea Mercurius Andocidis<sup>m</sup> vocitatus est.<sup>5</sup> Hoc cum appareret, non sine magna multorum consensione<sup>6</sup> esse factum, quod non ad privatam,<sup>7</sup> sed ad publicam rem pertineret, magnus multitudini timor<sup>8</sup> est injectus, ne qua repentina vis in civitate existeret, quæ libertatem opprimeret populi.<sup>9</sup> Hoc maxime convenire in Alcibiadem videbatur,<sup>10</sup> quod et potentior et

Gebh.—2 *Micia et Lamauchus* Ms. Leid. 1. *Nitia et Lam.* Ms. Voss. 1. *Nisias* Ed. Lam. Ms. Voss. 2. *Mitia et Lammachus* Ms. Dan. *Nicias et Lamachus* Ed. Jens. Med. Arg. Mox *appareretur* Ed. Med.—3 *Quæ in* Ed. Jens. Med. Mox *Athenis* forte glossema. [Forte pro *oppido* legendum esse *foro* conjecit Stav. ad ed. min. et tert. Sed vulgatam lect. tuetur Bremi.]—4 *Dciceretur* Ms. Dan. *deicerentur* Ms. Voss. 2. Leid. 1.—5 *Qui ante januam erat, Andocides vocatus est* Ms. Boecl. *qui ante januam erat Andocidi. Itaque ille postea Mercurius Androcyles vocitatus est* Ms. Dan. *qui...itaque ille postea Mercur. Androclidis vocatus est* Ed. Ultraj. *qui ante januam Androclidi, Androclidisque vocatus est* Ms. Ox. *qui ante januam erat Androclides; itaque ille postea vocit. est* Ms. Leid. 2. *qui ante januam erat; itaque ille p. Merc. Androclides vocitatus* Ms. Voss. 1. *qui ante j. cr. Andocidis; itaque i. p. Androclis Hermes vocitatus est* Ms. Voss. 2. *qui ante januam erat Androcydes vocitatus est* Ms. Ax. *qui ante januam Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocatus est* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. *qui ante januam ejus erat Andocidesque vocitatus est* Ed. Mag. *qui...Andocidesque vocatus est* Ed. Long. *qui ante januam ejus erat Androcylesque vocatus est* Ed. Par. *qui ante j. crat Androcylesque v. e.* Ed. Ald. *qui a. j. e. Androclides vocatus est* Ed. Jens. Med. *qui ante j. e. Androclides vocitatus est* Ed. Arg. In ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Bip. Schmieid. Wetz. Heinr.] pro *Andocidi*, [quod leg. quoque in edd. Stav. 1. 2. Harl. Ith.] etiam est *Andocidis*. Taylor in Lectt. Lysiac. p. 690. s. p. 252. tom. II. Reisk. auctor est, locum in Ms. vetusto melius hoc pacto legi, *ante januam Andocidis erat. Itaque ille postea Mercurius Andocidis vocatus est.* [Add. Harl. prol. de Mercurii statuis, &c. in Opusc. p. 473. sq. de nostro loco.]—6 *Confusione* Ms. Leid. 2. Mox *quæ non* Ms. Boecl. Ax. Voss. 2.—7 *Privatum* Ed. Jens. Med. et *sed publicam* Ms. Leid. 2. Ed. Mag.—8 *Timor aberat* a Ms. Leid. 2.—9 *Quæ populi lib. opprim.* Ed. Lamb. Patav.—10 *Videbantur*

## NOTE

<sup>1</sup> *Omnes Hermæ*] Id est, Mercurii statuæ lapideæ quadratæ, et ad cubi figuram conformatæ, nimirum sine manibus, et quorum capita mutari poterant: unde Cicero ad Atticum lib. I. ‘Hermæ,’ inquit, ‘illi tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus

ad me scripsisti, nunc admodum me delectant.’ Ideo autem sine manibus, quod omnia, ut inquit Festus, sermo sine manibus conficiat.

<sup>m</sup> *Andocidis*] Andocides unus ex decem præcipuis Athen. Rhetoribus.

<sup>n</sup> *Hoc maxime convenire in Alcibia-*

major quam privatus, existimabatur. Multos enim liberalitate devinxerat, plures etiam opera forensi<sup>11</sup> suos reddiderat.<sup>c</sup> Quare fiebat, ut omnium oculos, quotiescumque<sup>12</sup> in publicum prodisset,<sup>13</sup> ad se converteret, neque ei par quisquam<sup>14</sup> in civitate poneretur. Itaque non solum spem in eo<sup>15</sup> habebant maximam, sed etiam timorem, quod et obesse plurimum<sup>o</sup> et prodesse poterat. Aspergebatur etiam infamia, quod in domo sua facere mysteria dicebatur:<sup>p</sup> quod nefas erat more Atheniensium: idque non ad religionem, sed ad conjurationem pertinere existimabatur.

4. Hoc crimine in concione<sup>1</sup> ab inimicis compellabatur.<sup>d 2</sup> Sed instabat tempus ad bellum proficiscendi. Id ille intuens,<sup>3</sup> neque ignorans civium suorum consuetudinem,

<sup>c</sup> *Plurimos pariter iudicio defensos sibi conciliarat.*

<sup>d</sup> *Reatu illo ad causam dicendam eum adversarii compellebant.*



Ms. Leid. 2.—11 *Opere* Ms. Sav. *opera forensis* Ed. Mag.—12 *Quotiescunque* Ms. Voss. 1. Ed. Arg. Long. [Conf. Cellar. Orthograph. lat. ed. Harl. cum hujus additament. p. 336. Auctore Pontedera in Antiquitatum Latinarum Græcarumque enarrationibus atque explicatt. Patav. 1740. 4. p. 20. *totiens* est, cum *tot vices* sint, et *quotiens*, cum *quot vices* sint.]—13 *Prodissent* Ms. Leid. 2.—14 *Quisquam* aberat a Ms. Leid. 2.—15 *In eo spem* Ed. Steph. Gebh. Keuch. Mag.

1 Ita e conj. Cl. Puteani Lambinus, in cujus tamen editione ubique scribitur *contio*, uti in Justino Bongarsius edidit. sed in *contentionem* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Ald. Steph. Gebh. Keuch. Mag. Patav. [Tzschuck. 2. et probat Wetz.] in *contentione* Ms. Mendos. Dan. Gifan. Boecl. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—2 Ita Ms. Dan. Gif. Boecl. Voss. 1. 2. [Ed. Lamb. Bos. et plurimæ recentt.] Sed *compellebatur* Ms. Mendos. Leid. 2. Ax. Ed. Med. Ald. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [Wetz. et Tzschuck. ad ed. 1. placuit, et vero ab hoc in ed. 2. in textum est receptum.]—3 *Intuens* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Heus. [Tzschuck. 1. 2. Harl. Ith. Bip. Schmied. atque ego id reposui.] Sed *metuens* Ms. Boecl. [Ed. Bos. Stav. 1. 2. (ad quam ille contra Heus. multis tueri studuit τὸ *metuens*)

#### NOTÆ

*dem videbatur*] Non directe id factum Alcibiadi imputatum esse quidam scribunt; sed Argis qui privato tunc Alcibiadis hospitio continebantur, quique omnes propterea a civibus concisi sunt. Diod. lib. XIII.

<sup>o</sup> *Quod et obesse plurimum*] Ad hoc refertur, quod Timon ille hominum osor unum Alcibiadem amabat; quod magno malo illum aliquando Atheni-

ensibus fore præ sagiret.

<sup>p</sup> *Quod in domo sua facere mysteria dicebatur*] Id est, Cereris sacra, Justino teste, lib. v. ab initio; quæ quidem nocte fiebant, eaque revelare nefas: at vero duplicis erant generis, magna seu quinquennialia, et parva seu triennialia; qua de re consule Plin. lib. XXIV.

postulabat, ut,<sup>4</sup> si quid de se agi vellent, potius de præsente<sup>5</sup> quæstio haberetur, quam absens invidiæ crimine accusaretur. Inimici vero ejus quiescendum in præsenti,<sup>6</sup> quia noceri<sup>7</sup> non posse intelligebant, et illud tempus expectandum decreverunt, quo exisset,<sup>8</sup> ut sic absentem aggredirentur: itaque fecerunt. Nam postquam in Siciliam eum pervenisse crediderunt, absentem, quod sacra violasset, reum fecerunt. Qua de re cum ei nuntius a magistratu in Siciliam missus esset,<sup>9</sup> ut domum ad causam dicendam rediret, essetque in magna spe provinciæ bene administrandæ, non parere noluit,<sup>10</sup> et in trierem,<sup>11</sup> quæ ad eum deportandum erat<sup>12</sup> missa, ascendit. Hac<sup>13</sup> Thurios in Italiam pervectus,<sup>9</sup> multa secum reputans de immoderata civium suorum licentia, crudelitateque erga nobiles, utilissimum ra-



et 3. Brem. Wetz. At nihil præcessit, quod metueret: v. Schmied.]—4 *Ut uncis inclusit Heus. [ac Schmied.] et abesta Ms. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Par. Ald. [Schmied, atque a librariis suppletum esse videtur Tzschuckio.]*—5 *Præsenti* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav.—6 *In præsentia* Ed. Mag. Steph. Gebh.—7 Ita Ms. Gif. Dan. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2. et recc.] Sed *nocere* Ms. Leid. 1. et supra scr. in Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Mag. *nocere se ei* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat. [quod ferri posse, putat Wetz.]—8 *Quo si exisset, abs. aggr.* Ms. Leid. 1. *quo si ex. ut abs. aggr.* Ms. Boecl. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Patav. [probatque Heus. in not.] *quo si ex. ut sic abs. aggr.* Ms. Voss. 2. *quo si existet, ut a. a.* Ms. Voss. 1. *quo ex. ut si abs. ag.* Ms. Leid. 2. et *adgred.* Ed. Long. [itaque fec. est et ita fec. nec mutandum, cum Oudendorp. in *idque fecerunt.*]—9 *Est* Ms. Voss. 2. Ed. Ox. Dein *essetque magna spe* Ed. Jens. Med. Par. Ald.—10 *Voluit* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag.—11 *Trierem* [Ms. Thott.] Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. [Ith. Tzschuck. 1. 2. Heinr. Schmied. Sed *trierem* Bos. 2. Stav. 1. 2. 3. Ith.]—12 Sic Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. [Tzschuck. 1. 2. Bip. Ith. Heinr. Wetz. Schmied, quos ego sum secutus. Sed *erat dep.* Ed. Bos. 2. Stav. Brem.]—13 *Hac Thur.* Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. Ed. Heus. [Stav. 3. Bip. Ith. Heinr. Harl. Wetz. Schmied, et ego, ut oratio suaviore connexionem procederet, recepi: *hac Thur.* Ms. Leid. 2. [ac *Thur.* Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 2. Brem. cum antiquiori-

## NOTÆ

<sup>4</sup> *Hac Thurios in Italiam pervectus* Thurios, ab oppido Thurio inter Crathim et Sybarim amnes sito; unde Thurina regio, ex qua Aug. Cæsaris majores oriundi erant. Sueton. Olim

et ipsum oppidum Sybaris dicebatur. De ea urbe Diodorus lib. xii. et Strabo lib. vi. Porro legitur *Thurii, orum*; et *Thurium, vii.*

tus<sup>14</sup> impendentem evitare tempestatem, clam se a custodibus subduxit, et inde primum Elidem,<sup>15</sup> deinde Thebas<sup>r</sup> venit. Postquam autem se capitis damnatum, bonis publicatis, audivit, et, id quod usu venerat, Eumolpidas<sup>16</sup> sacerdotes<sup>4</sup> a populo coactos, ut se devoverent, ejusque devotio- nis quo testatio<sup>17</sup> esset memoria,<sup>e</sup> exemplum, in pila lapi- dea incisum, esse positum in publico; Lacedæmonem de- migravit. Ibi, ut ipse prædicare consueverat,<sup>18</sup> non adver- sus patriam, sed inimicos suos,<sup>19</sup> bellum gessit;<sup>e</sup> quod iidem<sup>20</sup> hostes essent civitati. Nam cum intelligerent,<sup>21</sup> se plurimum prodesse posse<sup>22</sup> reipublicæ, ex ea eiecisse,<sup>23</sup> plusque iræ suæ, quam utilitati communi, paruisse. Ita- que hujus consilio Lacedæmonii cum Persarum<sup>24</sup> rege ami- citiam fecerunt: deinde Deceliam<sup>25</sup> in Attica munierunt,<sup>v</sup>

<sup>e</sup> *Ut se diris devincerent, et quo execrationis illius memoria magis innotesceret.*

\*\*\*\*\*

buis.]—14 *Raptum* Ms. Leid. 2.—15 *Elidem* Ms. Leid. 2. Statim *dein* Ms. Dan.—16 *Olympiadas* Ms. Ax. Leid. 2. Ed. Arg. Long. (qui jam vidit, *Eumolpidas* legendum esse:) *Olympidas* Ms. Dan. Voss. 1. 2. Sav. Put. Gifan. *Olympiadæ* Ed. Jens. Par. *Olympiade* Ed. Med.—17 *Testatio* Ms. Leid. 2.—18 *Consuerat* Ed. Arg. Long. et *râ ut ipse pr. consueverat* in parentesi in ed. Mag.—19 *Suos* aberat a Ms. Leid. 2.—20 *Eidem* Ms. Dan. Leid. 2.—21 *Cum illi int.* Ed. Long.—22 *Posse* est in Ms. Dan. Boecl. Ax. Leid. 2. [Ed. Bos. et plurimis recentt.] Sed abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. [Wetz. cui languet *rð posse*: uncinis inclus. Ed. Harl.]—23 *Jecisse* Ms. Leid. 2. In ed. Long. locus legitur, [aut, iudice Magio, depravatus est] sic: *nam cum illi intelligerent, se plurimum obesse reip. quod ex ea illum eiecissent: videbat eos plus iræ suæ, quam utilitati communi paruisse*: [post *eiecisse* deesse *se*, animadvertit Schmied.]—24 *Perse* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Par. *Persia* Ed. Ald.—25 *Deinde Celeam* Ms. Leid. 2. *dein Dece- leam* Ms. Voss. 1. *deinde Deceleam* Ms. Voss. 2. Ed. Arg. Long. Steph. [nec

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Elidem*] Peloponnesi regionem in Occidentali tractu non procul ab Olympia. Virg. Georg. III.

<sup>s</sup> *Deinde Thebas*] Bœotiæ oppidum ad Ismenum amnem, cui proximus mons Cithæron, Sphingis fabula clarus.

<sup>t</sup> *Eumolpidas sacerdotes*] Eumolpi- dæ, ab Eumolpo quodam Rege, quem Ægyptii generis fuisse refert Diodo- rus. Vel, ut aliis placet, ab alio quo- dam Eumolpo, Atheniensi poëta, quem

Suidas Musæi poëtæ, quidam Orphei filium dicunt. Hic ante Homerum fuisse traditur.

<sup>u</sup> *Ut ipse prædicare consueverat*] Ex- tat apud Xenophontem lib. I. 10. hac de re popularis excusatio et absolu- tio.

<sup>v</sup> *Deinde Deceliam in Attica munie- runt*] Agri Attici locus est, de quo frequenter loquitur Thucydides; quo munito, Lacedæmonii Atheniensibus reditus cum e regione, tum ex argenti



præsidioque perpetuo ibi<sup>6</sup> posito in obsidione Athenas tenuerunt. Ejusdem opera Ioniam a societate averterunt Atheniensium. Quo facto, multo superiores bello esse cœperunt.

5. Neque vero his rebus<sup>1</sup> tam amici Alcibiadi sunt facti, quam timore ab eo alienati. Nam cum acerrimi viri præstantem prudentiam in omnibus rebus cognoscerent; pertimuerunt, ne caritate patriæ ductus aliquando ab ipsis descisceret, et cum suis in gratiam rediret. Itaque tempus ejus interficiendi<sup>2</sup> quærere instituerunt. Id Alcibiadi diutius celari<sup>3</sup> non potuit. Erat enim ea sagacitate, ut decipi non potest, præsertim cum animum attendisset ad cavendum. Itaque ad Tissaphernem<sup>4</sup> præfectum regis Darii se contulit. Cujus cum in<sup>5</sup> intimam amicitiam pervenisset, et Atheniensium, male gestis in Sicilia rebus, opes senescere, contra Lacedæmoniorum<sup>6</sup> crescere videret; initio cum Pisanthro<sup>7</sup> prætore,<sup>\*</sup> qui apud Samum<sup>x</sup> exercitum habebat, per internuntios colloquitur, et de reditu suo facit mentionem. Erat enim eodem, quo<sup>8</sup> Alcibiades, sensu, populi potentiæ non amicus, et optimatum<sup>9</sup> fautor. Ab hoc<sup>10</sup> destitutus,<sup>y</sup> primum per Thrasybulum Lyci<sup>11</sup> filium<sup>z</sup> ab

male. Græc. Δεκέλεια.] Statim in *Africa* Ms. Leid. 2.—26 *Ibi perp.* Ms. Dan. Ax.

1 *His verbis rebus* Ms. Voss. 2.—2 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2. 3.] Sed *interficiendi* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. [et rell.] *interficiendi* Ms. Leid. 2.—3 *Celari* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—4 *Thissaphernem* Ms. Leid. 2. *Thysaphernem* Ms. Voss. 1. Dan. Ed. Med. *Tisapharnem* Ms. Voss. 2. Ed. Arg. Long. *Tysaph.* Ed. Jens. *Tyssaph.* Ed. Par.—5 *Cujus cum int.* Ms. Leid. 2.—6 *Lacedæmonium* Ms. Leid. 2.—7 *Pysandro* Ms. Voss. 1. *Pidico* Ms. Leid. 2. *Pisancho* Ed. Jens. Med. Par.—8 *Quo aberat* a Ms. Voss. 2.—9 *Optimatum* Ms. Voss. 1. Statim *fauctor* Ms. Voss. 2.—10 *Adhoc* Ms. Mendos. Mox *Trasyb.* Ms. Voss. 1.—11 *Lyci* Ms. Dan. Gif. Mendos. Axen. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2.

## NOTE

fodinis intercipientibus, et veluti obsidione Athenas tenebant. Vide Isocratem in oratione de Pace.

\* *Cum Pisanthro prætore*] Scilicet, Atheniensium.

x *Qui apud Samum*] Samos, vel Samo, insula est Icarii maris, ab Ionia

brevi freto discreta, nec procul ab Epheso, olim Junoni dicata, quod in ea nata esse crederetur. Est et alia in mari Ægæo ad Thraciam, quæ idcirco Samothracia dicitur.

y *Ab hoc destitutus*] Legendum videretur, *ad hoc*; quod idem est ac

exercitu recipitur, prætorque fit apud Samum: post suffragante Theramene<sup>a</sup> populiscito<sup>12</sup> restituitur, parique absens imperio præficitur simul cum Thrasybulo et Theramene. Horum imperio<sup>13</sup> tanta commutatio rerum facta est, ut Lacedæmonii, qui paulo ante victores viguerant, perterriti<sup>14</sup> pacem peterent. Victi enim erant quinque præliis terrestribus, tribus navalibus: <sup>b</sup> in quibus ducentas<sup>15</sup> naves triremes amiserant, quæ captæ in hostium venerant potestatem. Alcibiades simul cum collegis receperat Ioniam, Hellespontum, multas præterea urbes Græcas, quæ in ora sitæ<sup>16</sup> sunt Asiæ: quarum expugnarant complures; <sup>17</sup> in his Byzantium.<sup>c</sup> Neque minus multas consilio ad amicitiam

//////////

Heus. Bipont. Ith. Stav.] Sed *Licet* Ms. Leid. 2. *Lyci* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Keuch. Bos. 1. Pat. [Tzschuck. 1. 2. Brem. Heiur. Harl. Wetz. et ego reposui. Sic enim infra in vita Thrasybuli cap. 1. et *Θρασύβουλος ὁ τοῦ Λύκου* est ap. Thucyd. viii. 75. Add. Schlegel. l. c. p. 95.] —12 Sic Ms. Dan. Ax. Gif. Leid. 1. Ed. Ultraj. [Bos. 2. et rell. recentt.] Sed *plebiscito* Ms. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. *plebescito* Ms. Leid. 2. Voss. 1.—13 Sic etiam Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. 2. [Tzschuck. 1. 2. Wetz.] Sed *horum in imperio* Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Arg. Long. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Harl. Ith. Brem. Schmied. Paufl.]—14 *Præteriti* Ms. Voss. 1. *Perterriti* Ed. Jens. Med.—15 *Trecentas* Ms. Ax.—16 *Hora* Ms. Dan. et *sita* Ms. Voss. 2. Ax.—17 Sic etiam Ms. Dan. Mendos. [Ed. Bos. 2. Heus. et rell. recentt.] Sed *quar. exp. quam plures* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. in quo tamen erat *expugnaverant*: ut Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. primo ediderant: *qu. expugnaverant quamplures* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. in duabus tamen posterioribus est *expugnaverat*. Mox *Bisantium* Ms. Voss. 2. *Bacantium* Ms. Leid. 2. *Bizantium* Ed. Jens.

#### NOTÆ

*præterea*: ita ut hic foret sensus: Ad hoc destitutus: Præterea ab amicis desertus. Nam a Pisandro non destitutum, immo adjutum, scribit Thucydides. Tamen ex eodem Thucydide legitur vera ab eo fuisse destitutum postea, et eo invito ab Atheniensibus Alcibiadem fuisse receptum, et rerum summæ præpositum. Vide lib. viii. sub finem. Atque adeo nihil mutandum esse arbitror.

<sup>a</sup> *Per Thrasybulum Lyci filium*] Thrasybulus Atheniensis dux, exul factus, comparato exercitu omnia Athenis restituit, exulesque, quos inter Alci-

biades erat, plebiscito reduxit. Cicero Philipp. i. et Val. Max. lib. iv. 1.

<sup>a</sup> *Suffragante Theramene*] Nobili Atheniensi, Agnonis filio. Vide Thucydidem, lib. viii.

<sup>b</sup> *Tribus navalibus*] Quorum postremum ad Cyzicum, in quo Alcibiades Mindarum Lacedæmoniorum ducem interfecit. Xenoph. lib. i.

<sup>c</sup> *In his Byzantium*] Proditione captum refert Xenophon, et proditorum nomina recenset lib. i. In quo consentiunt Diodorus lib. viii. et Plutarchus in Alcibiade.

adjunxerant, quod in captos clementia<sup>18</sup> fuerant usi.<sup>d</sup> Inde<sup>19</sup> præda onusti, locupletato exercitu, maximis rebus gestis, Athenas venerunt.

6. His cum obviam universa civitas in Piræum<sup>1</sup> descendisset,<sup>e</sup> tanta fuit omnium expectatio visendi Alcibiadis, ut ad ejus triremem vulgus conflueret, proinde<sup>2</sup> ac si solus advenisset. Sic enim populo erat persuasum, et adversas<sup>3</sup> superiores, et præsentis secundas res accidisse ejus opera. Itaque et Siciliae amissum,<sup>4</sup> et Lacedæmoniorum victorias culpæ suæ tribuebant,<sup>f</sup> quod talem virum e civitate expulissent.<sup>5</sup> Neque id sine causa arbitrari videbantur. Nam postquam exercitui præesse cœperat, neque terra neque mari hostes pares esse potuerant.<sup>6</sup> Hic ut navi<sup>7</sup> egressus est, quanquam Theramenes et Thrasybulus eisdem rebus præfuerant, simulque venerant in Piræum, tamen illum unum<sup>8</sup> omnes prosequerantur et, id quod

<sup>f</sup> *Quamobrem et quod Siciliam amisissent, et Lacedæmonii vicissent, imputabant.*



Med. Arg. Long.—18 *Dementia* Ed. Jens. Med.—19 *Ita* Ms. Dan. Ax. Ed. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. in Ed. Jens. Med. Debeat scribi in. Mox *honusti* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Tum *locupletato* Ms. Voss. 1.

1 *Pyreum* Ms. Leid. 2. *Piræum* Ms. Voss. 2. Ed. Par. ubique. *Pyreum* Ed. Arg. ubique, Long. [*Pyreum* Ed. Bos. 2. Stav. Wetz. Heus. Bipont. vitiose; et tamen paulo post in ed. Bos. recte scriptum est *Piræum*; Gr. enim Πειραιός, Πειραιεύς. Quare ego cum Mag. Lamb. et rcll. recentt. hic correxi *Piræum*, et sic quoque suavit Schlegel l. c. p. 58.]—2 *Perinde* Ed. Med. Arg. Paris. Ald. Steph. Gebh. Boecl. [Bos. 2. Stav. 1. Heus. Ith. Wetz. Schmied. Bip. Brem.] Sed *proinde* Ms. Dan. Leid. 2. Ed. Lamb. [Stav. 2. 3. (qui laudat Oudend. ad Jul. Cæs. III. B. Civ. cap. 1. p. 661.) Tzschuck. 1. 2. quos sum secutus.]—3 *Adversus* Ed. Jens. Med.—4 *Sic* Ms. Dan. Gif. Leid. 2. Ed. Par. Ald. Sed *amissum imperium* Ms. Voss. 1. *admissum* Ms. Ax. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Westerhov. ad Terent. Eun. 1. 2. 81. coniecit *Siciliam amissum*: [sed v. Stav. ad ed. 3.]—5 *Extulissent* Ed. Med. Mox *causa* Ms. Leid. 2. Dein *ceperat* Ed. Arg. Long.—6 *Potuerunt* Ed. Arg. Long.—7 *Ut e navi* Ms. Leid. 1. 2. Mox *iisdem* Ed. Mag.—8 *Unum illum* Ms. Dan. Voss. 1. Ax. Leid. 2. *Stattim omnes aberat* a Ms. Leid. 2. et deinde idem liber exhibebat *persequerantur*: quæ ipsa lectio est Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag.

## NOTE

<sup>d</sup> *Clementia fuerant usi*] Nam Byzantinis urbem suam reddiderunt, nec in eos sævierunt. Diodorus lib. XIII.

<sup>e</sup> *His cum obviam universa civitas in*

*Piræum descendisset*] De glorioso Alcibiadis in Patriam reditu, lege Xenophontem lib. I. 10. et Justin. lib. V. 4.

nunquam antea usu venerat,<sup>9</sup> nisi Olympiæ victoribus, coronis aureis æneisque vulgo donabatur.<sup>f</sup> Ille lacrymans<sup>g</sup> talem benevolentiam civium suorum accipiebat, reminiscens<sup>10</sup> prisini temporis acerbiter. Postquam astu<sup>11</sup> venit,<sup>g</sup> concione advocata, sic verba fecit,<sup>12</sup> ut nemo tam ferus fuerit, quin ejus casum lacrymarit, inimicumque his<sup>13</sup> se ostenderit, quorum opera patria pulsus fuerat; proinde<sup>14</sup> ac si alius populus, non ille ipse, qui tum flebat, eum sacrilegii damnasset.<sup>h</sup> Restituta ergo<sup>15</sup> huic sunt publice bona: iidemque<sup>16</sup> illi Eumolpidæ<sup>17</sup> sacerdotes<sup>i</sup> rursus resacrare<sup>18</sup> sunt coacti, qui eum devoverant:<sup>4</sup> pilæque illæ,<sup>19</sup> in quibus devotio fuerat scripta,<sup>i</sup> in mare præcipitata.

7. Hæc<sup>1</sup> Alcibiadi lætitia non nimis<sup>2</sup> fuit diuturna. Nam cum ei<sup>3</sup> omnes essent honores decreti, totaque respublica

<sup>g</sup> *In urbem reversus.*

<sup>h</sup> *Iterum ad eum sacris restituendum compulsi sunt, qui eum a sacris arcuerant.*

<sup>i</sup> *Quibus execratio insculpta erat.*



solenni permutatione.—9 *Evenerat* Ed. Arg. Long. *usu venerat* Ed. Jens. *usuenerat* Ed. Med.—10 *Reminisci* Ms. Dan.—11 *Asty* Ed. Ald. Lamb. Boecl. Keuch. [Bos. 1. 2. Wetz.] *Sed astu* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Stav. 1. 2. 3. Pat. Heus. [Tzschuck. et rell. v. ad II. 2. 8.] *Statim cepit, e conc.* Ms. Voss. 2.—12 *Fecit* Ms. Voss. 2. *Tum causam* ed. Ultraj.—13 *Is se* Ms. Voss. 1. *Mox epulsus* Ms. Voss. 2.—14 *Perinde* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Pat. [Sed melius *proinde* Ed. Lamb. Bos. et rell.]—15 *Ergo aberat* a Ms. Leid. 2.—16 *Eidemque* Ms. Voss. 2. Ax. Leid. 2. *Idem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—17 *Olympidæ* Ms. Mendos. Gif. Dan. Voss. 1. 2. Leld. 2. *Olympiadæ* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Olpide* Ms. Ax. *Statim sacerdotes ac Ceryces* Ed. Ald. Lamb.—18 *Ita* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. [Bos. Heus. et rell.] *Sed resacrare* Ed. Gebh. Keuch.—19 *Pilæque illas* Ms. Ax. Voss. 2. et Boecl. a manu sec. et *præcipitare* iidem.

1 *Hoc Alc.* Ms. Voss. 2. In ed. Arg. est *læticia* ubique.—2 *Sic.* Ms. Gif. Mendos. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. et rel. recc.] *Sed minus* Ed. Long. Lamb. Mag. Pat. [Stav. 2. s. ed. min. quod temporis brevitati exprimendæ aptius videtur Heusing.] *nimis* Ms. Dan.—3 *Ei* aberat a Ms. Leid. 2.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Coronis aureis æneisque vulgo donabatur*] Sunt qui legant, *coronis aureis, tæniisque*: ego vero vulgatam lectionem sequor, ita ut hic sit verborum sensus: nimirum, Alcibiadem pro cuiuslibet facultatibus duplici coronarum genere donatum; a divitibus quidem, aureis; a pauperibus vero,

æneis. Ita Gebhardus in Alcibiade. <sup>g</sup> *Ille lacrymans*] Præ gaudio.

<sup>h</sup> *Sacrilegii damnasset*] Id est, Cere- ris mysteriorum sacrum silentium violasse.

<sup>i</sup> *Iidemque illi Eumolpidæ sacerdotes*] Vide paulo supra.

domi bellique tradita, ut unius arbitrio gereretur; et ipse postulasset, ut duo sibi collegæ darentur, Thrasybulus et Adimantus,<sup>4</sup> neque id negatum esset: classe jam<sup>5</sup> in Asiam profectus, quod apud Cymen<sup>6j</sup> minus ex sententia rem gesserat, in invidiam<sup>7</sup> recidit. Nihil enim eum non efficere posse ducebant. Ex quo fiebat, ut omnia minus prospere gesta ejus<sup>8</sup> culpæ tribuerent, cum eum aut<sup>9</sup> negligerent aut malitiose fecisse loquerentur: sicut tum<sup>10</sup> accidit. Nam corruptum a rege capere Cymen noluisse, arguebant. Itaque huic maxime putamus malo fuisse<sup>11</sup> nimiam opinionem ingenii atque virtutis.<sup>k</sup> Timebatur enim non minus, quam diligebatur; ne secunda fortuna magnisque opibus elatus,<sup>12</sup> tyrannidem concupisceret. Quibus rebus factum est, ut absentem magistratum abrogarent, et alium in ejus

<sup>k</sup> *Quamobrem ex immoderata expectatione quam de prudentia et ejus fortitudine conceperant, hoc præsertim malum oriri putamus.*

\*\*\*\*\*

Statim omnes essent Ms. Dan. Leid. 2. [Ed. Bos. Stav. Heus. Ith. Brem. Schmied.] Sed essent omnes Ed. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. [Wetz.] essent omisso τφ omnes Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. essent aberat a Ms. Ax. Voss. 2.—4 *Thrasibulus et Adimantus* Ms. Voss. 1. *Trasib. et Adim.* Ed. Ald.—5 Sic Ms. Ax. Aberat a Ms. Boecl. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Pat.—6 *Symen* Ed. Long. et Mag. etiam sect. 2.—7 *Invidiam*, omisso τφ in, Ms. Leid. 2.—8 *Ejus* aberat a Ms. Boecl. Voss. 2. Leid. 2. Ax.—9 *aut eum* Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Mox loqueretur Ms. Leid. 2.—10 Ita Ms. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Long. [Bos. Heus. et rell. recc. præter Tzschuck. 2. in qua legitur *tunc*.] Sed tamen Ms. Leid. 2. Abest ab Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Paulo post Tzschuck. ad ed. 2. conjic. *Cymen voluisse*.]—11 *Maximo malo imputamus causam fuisse* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. *maxime imputamus malo causam f.* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *maxime putamus malo causam fuisse* Ms. Voss. 1. [Ed. Harl. Similiter Stav. 3. et Tzschuck. nisi ut in ed. 1. esset *fuisse causam*; in ed. 2. autem τδ *causam*, quia langueat, uncinis includeretur:] *maxime imputamus malo fuisse* Ms. Dan. [Lectio Lamb. a Bosio recepta, est quoque in ed. Stav. 1. 2. Heus. Ith. Brem. Bip. Wetz. Schmied. Hensing. tamen in notis conjecit, *huic maxime malorum putamus causam fuisse*: et consentit Kapp. etiam suspicatus *huic maximorum putamus malorum c. f.* Bremi autem putabat, si τδ *causam*, forsan minus recte ejectum, retineatur, legendum esse *malorum fuisse causam*.]—12 *Elatus opibus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Quod apud Cymen*] Urbs est Æolidis prope Lesbium insulam, Pompon. lib. 1. quæ et Cuma dicta est,

Æolicarum urbium maxima, et fere metropolis.

locum substituerent. Id ille ut audivit, domum reverti noluit, et se Pactyen<sup>13</sup> contulit,<sup>k</sup> ibique tria castella communivit,<sup>14</sup> Bornos, Bisanthen, Neontichos:<sup>15</sup><sup>1</sup> manuque collecta<sup>16</sup> primus Græciæ civitatis<sup>17</sup> in Thraciam introiit, gloriosius existimans barbarorum præda locupletari, quam Graiorum. Qua ex re creverat cum fama, tum opibus,<sup>18</sup> magnamque amicitiam sibi cum quibusdam regibus Thraciæ<sup>m</sup> pepererat.

\*\*\*\*\*

Keuch. melius, puto. Mox in Ed. Arg. *factum*, omisso τῶ est.—13 Probat hanc lectionem Wesseling. ad Diodor. Sic. tom. 1. p. 600. [et sic ex Bos. 2. rescripserunt Heus. et rell. recentt.] Sed *Patarum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *Pateram* Ms. Ax. Voss. 2. in cuius marg. notata erat glossa ‘proprium nomen loci.’ *Pactyes* Ms. Leid. 2. *Pactye* Ms. Dan. *Pethye* Ms. Voss. 1. *Perinthum* Ed. Lamb. Sav. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *Parinthum* Ms. Long. *Petye* Ms. Sav. *patere pactis* Ms. Put.—14 *Communiit* Ed. Ald. Stav. 2.—15 [*Bisanth.* Ed. Tzschuck. 1. 2. Harl. Ith. Brem. Heinr. Schmied. quia codd. quidam exhibent vel *Bisan* vel *Biran*; et ego rescripsi. *Bysanth.* Bos. 2. Stav. Heus. Wetz.] *Biziam*, *Themeontichos* Ms. Leid. 2. *Byzam*, *Themeontichos* Ms. Voss. 1. *Byzam*, *Themeonticos* Ms. Voss. 2. *Biram*, *Themeonticos* Ed. Jens. Med. Par. Ald. *Bizam* *Themeonticos* Ed. Arg. Long. Mag. *Byziam* *Themeonticos* Ed. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. *Bisan* Ms. Ax. *Byziam* *Macrontichos* Ed. Gebh. Keuch. [*Neonteichos* Ed. Heinr. *Neontichos* rell.]—16 Ita Ed. Long. Lamb. [Bos. et seqq.] Sed *conjecta* Ms. Dan. Mendos. Voss. 1. Leid. 2.—17 *Civitatis* legebatur in Ms. Leid. 2. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2. Heus. et recentt. præter Cellar. nec non Schmied. qui reposerunt *civitates Thracia*; sed forsant, uti in nota scripsit, dare voluit *civitates in Thracia*, et vertit, summum virum Græciæ se contulisse ad gentes Thracicas: et Wetz. in not. assentit Cellario.] In ed. Ald. est *civitates in Thracia*. Abest τὸ *civitatis* ab Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Claud. Civilis s. Withos. in Obs. miscell. nov. Nov. a. 1740. p. 153. sq. conjec. *primus Græciæ privatus in Thraciam introiit*. [Riclef. *privatus* legere malit pro *primus*. Sed Tzschuck. ad ed. 2. bene animadvertit, mirum esse, si in voc. tam noto aberraverint omnes librarii.] Statim in *Threcciam* Ms. Dan. Sic etiam mox s. 5. et cap. 9. 1. Dein *gloriosus* Ms. Leid. 2.—18 Ita Ms. Dan. Voss. 1. Sed *creverat fama tum opibus* Ms. Voss. 2. Ax. *creverat tum fama tum op.* Ms. Leid. 1. *creverat fama*, omissis ceteris, Ms. Leid. 2. *crev. fama cum op.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Keuch. Bos. 1. *crev. ejus fama cum opibus* Ed. Lamb. Steph. Boecl. A verbis *Qua ex re* incipit cap. 8. in ed. Patav.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Et se Pactyen contulit*] Alii legunt *Perinthum*, alii aliter. *Pactye* urbs est Thraciæ ad Propontidem.

<sup>1</sup> *Bornos, Bisanthen, Neontichos*] *Bornos* non alibi mihi occurrisset meminisse. *Bisanthe*, vel *Byziam*, vero est arx regum Thraciæ, a Terei nefando crimine hirundinibus invisâ. Plin. lib. iv. 11. *Neontichos, Νέον τεῖχος*,

Thraciæ oppidulum, haud procul Heraclea et Perintho. *Macrontichos*, ut quidam legunt, oppidum est Thraciæ, non procul ab Isthmo Chersonesi, sic dictum a longo muro, quem Miltiades ibi a Propontide ad Melanem sinum duxit, Chersonesum a reliqua excludens Thracia. Plin. ibidem.

<sup>m</sup> *Cum quibusdam regibus Thraciæ*]

8. Neque tamen a caritate<sup>1</sup> patriæ potuit recedere. Nam cum apud Ægos<sup>2</sup> flumen<sup>n</sup> Philocles,<sup>3</sup> prætor Atheniensium, classem constituisset suam; neque longe abesset Lysander,<sup>o</sup> prætor Lacedæmoniorum, qui in eo erat occupatus, ut bellum quam diutissime duceret, quod ipsis pecunia a rege<sup>4</sup> suppeditabatur, contra Atheniensibus exhaustis, præter arma et naves,<sup>5</sup> nihil erat super:<sup>p</sup> Alcibiades ad Atheniensium venit exercitum,<sup>6</sup> ibique præsentem vulgo agere cœpit:<sup>1</sup> si vellent, se coacturum Lysandrum aut dimicare, aut pacem petere:<sup>7</sup> Lacedæmonios eo nolle configere classe,<sup>8</sup> quod pedestribus copiis plus quam navibus valerent; sibi autem esse facile,<sup>9</sup> Scuthen regem Thracum deducere,<sup>10</sup> ut eos terra<sup>11</sup> depelleret: quo facto, necessario aut classe conflicturos, aut bellum composituros.<sup>12</sup> Id etsi vere dictum Philocles<sup>13</sup> animadvertēbat, tamen postulata facere noluit; quod sentiebat, se, Alcibiade recepto, nullius momenti apud exercitum futurum; et si quid secundi evenisset, nullam in ea re suam partem fore;<sup>m</sup> contra ea, si quid

<sup>1</sup> *Hicque præsentibus militibus proponere orsus est.*

<sup>m</sup> *Nullatenus se gloriæ participem futurum.*



1 *Charitate* Ed. Par. Ald. ubique. Mox *recedere potuit* Ms. Ax. Voss. 2.—2 *Egos* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Par.—3 *Philocles* Ms. Voss. 1. *Philopedes* Ms. Leid. 2. *Philoclees* Ed. Long. *Philodes* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Atque sic quoque paulo inferius.—4 *Verba a rege aberant* a Ms. Ax.—5 *Navis* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—6 Sic editi nostri vett. omnes. [etiam Ed. Stav. 1. Brem. Wetz. Tzschuck. 1. 2.] Sed *ad exercitum venit Atheniensium* Ms. Dan. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. Stav. 2. 3. [Ith. Heindr. Schmied. Harl.]—7 *Lysand. dimicare aut pacem petere responderet* Ms. Leid. 2. Voss. 1. *Lys. dimicare aut pac. petere. Respondent* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. *Lys. dim. aut p. pet. respondēs* Ed. Par.—8 *Classe confl.* Ms. Dan. Statim quot Ed. Ald.—9 *Fatale* Ms. Leid. 2. Statim *Scuthem* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Keuch. Pat. *Seucem* Ed. Jens. Med. Par. *Seucē* Ed. Arg. *Scotym* Ed. Ald. *Uthen* Ms. Ax. Tum *Threcum* Ms. Dan. ut c. 9. 2.—10 *Inducere* Ed. Ultraj.—11 *Eum ex terra* Ms. Boecl. Voss. 2. add. not.—12 *Conflicturum....compositurum* Ms. Boecl. Leid. 2. Dan. Voss. 2. Ax.—13 *Philodes* Ms. Leid. 2. *Philocles*

#### NOTE

Hos Diodorus lib. viii. Medocum et Scuthen vocat.

<sup>n</sup> *Apud Ægos flumen*] Thraciæ, de quo jam supra.

<sup>o</sup> *Neque longe abesset Lysander*] Tunc

eum erat Lampsaci quæ urbs est in ora Asiæ ad Propontidem. Vide Strabonem lib. iii.

<sup>p</sup> *Nihil erat super*] Anastrophe, pro, nihil supererat.

adversi accidisset, se unum ejus<sup>14</sup> delicti futurum reum. Ab hoc discedens Alcibiades, 'Quoniam,' inquit, 'victoriæ patriæ repugnans, illud monco, juxta hostes<sup>15</sup> castra habeas nautica: periculum est enim, ne immodestia militum nostrorum<sup>16</sup> occasio detur Lysandro nostri<sup>17</sup> opprimendi exercitus.' Neque ea res illum fefellit. Nam Lysander, cum per speculatores comperisset, vulgum<sup>18</sup> Atheniensium in terram prædatum exisse, navesque pæne inanes relictas, tempus rei gerendæ non dimisit, eoque impetu totum bellum<sup>19</sup> delevit.<sup>n</sup>

9. Et Alcibiades, victis Atheniensibus, non satis tuta eadem loca sibi arbitratus,<sup>1</sup> penitus in Thraciam se supra Propontidem abdidit,<sup>2</sup> sperans ibi facillime suam fortunam occuli posse. Falso.<sup>3</sup> Nam Thraces,<sup>3</sup> postquam eum cum magna pecunia venisse senserunt, insidias ei<sup>4</sup> fecerunt: qui<sup>5</sup> ea, quæ apportarat, abstulerunt, ipsum capere non potuerunt. Ille cernens, nullum locum sibi tutum in Græcia, propter potentiam Lacedæmoniorum,<sup>6</sup> ad Pharnabazum in Asiam transiit:<sup>6</sup> quem quidem<sup>7</sup> adeo sua cepit humanitate,<sup>o</sup>

<sup>n</sup> *Eaque aggressionem bellum penitus confecit.*

<sup>o</sup> *Cui quidem suæ urbanitatis causa tam gratus fuit.*



Ms. Voss. 1.—14 *Eis del.* Ed. Ald.—15 *Hostem* Ms. Voss. 2. Ax. [quæ lectio jure placet Stav. in not.].—16 *Vestrorum* Ms. Dan. Ax.—17 *Vestri* Ms. Dan. Ax. *nostris* in ed. Stav. 2. operarum peccato.—18 *Vulgus* Ed. Ultraj. [Sed haud necessaria est hæc mutatio: v. Harl.] Mox *prædatam* Ed. Med. Arg.—19 *Bellum totum* Ms. Dan.

1 Ita Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. [Ed. Bos. et rell. recentt.] Sed *arbitrans* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—2 *Posse. Falso.* Ita et Ms. Dan. Sed *posse falso* Ed. Long. Sed *fulso* Ms. Ax. v. Gronov. ad Liv. XLII. 64. 4.—3 *Thraces* Ms. Leid. 2.—4 *Ei aberat* a Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—5 *Quia ea* Ms. Leid. 2. Statim *apportarat* Ms. Dan. Ax. Voss. 2. 3. Leid. 2. Ed. Keuch. Hens. [Stav. 3. Harl. Ith. Heinr. Wetz. Schmied. Panfl.] Bene: [Vulg. etiam ed. Brem. *apportavit.*] Tum *abstulerant* Ms. Voss. 2. Ed. Long.—6 *Transit* Ms. Voss. 1. *transiit* Ms. Leid. 2.—7 *Quandoquidem* Ed. Mag. Dein

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Penitus in Thraciam se supra Propontidem abdidit*] In Bithyniam profugisse ait Plutarchus; quod non prorsus alienum est a Nepotis mente; nam et Thraces Bithyniæ partem incolebant, atque ipsi Thraces Bithyni

dicti, postquam in Asiam transfretassent. Unde Claudianus: 'Thyni Thraces eant, quæ nunc Bithynia fertur.' Vide Plin. lib. 1. 31.

<sup>6</sup> *Propter potentiam Lacedæmoniorum*] Qui, devictis Atheniensibus, ter-



ut cum nemo in amicitia<sup>8</sup> antecederet. Namque ei Grunium<sup>9</sup> dederat in Phrygia<sup>5</sup> castrum, ex quo quinquagena<sup>10</sup> talenta vectigalis capiebat.<sup>11</sup> Qua fortuna Alcibiades non erat contentus, neque Athenas victas Lacedæmoniis servire poterat pati.<sup>12</sup> Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione. Sed videbat, id sine rege Persarum<sup>13</sup> non posse fieri: ideoque eum amicum sibi cupiebat adjungi, neque dubitabat, facile se consecuturum, si modo ejus conveniundi<sup>14</sup> habuisset potestatem. Nam Cyrum<sup>u</sup> fratrem ei bellum clam parare, Lacedæmoniis adjuvantibus, sciebat: id si ei<sup>15</sup> aperuisset, magnam se [ab eo]<sup>16</sup> initurum gratiam videbat.

10. Hæc<sup>1</sup> cum moliretur, peteretque a Pharnabazo ut ad regem mitteretur; eodem tempore Critias<sup>2</sup> v ceterique

capit Ed. Arg. Long.—8 *Amiciciam* Ed. Med. *amicitiam* Ed. Par.—9 *Grunium* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Arg. *Grimium* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Par. Ald. *Grynium* Ed. Long. Mag. Steph.—10 Ita Ms. Dan. Mendos. Ed. Ald. Ultraj. [Bos. 2. et rell. recentt.] Sed *quinquaginta* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *quadringena et sexagena* Ms. Gif. Boecl.—11 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *habebat* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Patav.—12 Sic Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed *pati* (omisso τῶ poterat) Ed. Gebh. Keuch.—13 *Perse* Ms. Dan. Leid. 2. Ax. Voss. 1. a quo etiam aberat τὸ regē. Statim *ficri non posse* Ms. Leid. 2.—14 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. 2. Stav. Harl.] Sed *conveniendi* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boccl. Keuch. Bos. 1. Heus. [et rell. recentt.]—15 Tὸ ei aberat a Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. Long. Inclusit in sua edit. uncinis Heus. [Item Stav. in ed. 3. qui in notis, multus de ellipsi hujus pronominis, suspicatur, posse vel τὸ ei vel τὸ ab eo, quod etiam multi codd. non agnoscunt, facile abesse; nec non Harl. Tzschuck. 1. 2. Schmied.] tum *apper.* Ed. Med. Arg.—16 *Uncini* absunt ab Ed. Lambin. Steph. Long. Mag. Gebh. Boecl. Bos. 1. Patav. [Brem.] recte: [ac Wetz. quod sensus illa desideret, uncinos haud admittit, ea tamen parenthesi inclusit.] Verba ipsa aberant a Ms. Dan. Boccl. Ax. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. repugnante numero.

1 *Hoc* Ms. Dan. Voss. 1. Ax. Tum *molliretur* Ms. Voss. 2. Statim *preterque* Ms. Leid. 2.—2 *Chrysius* Ms. Leid. 2.—3 *Miserat* Ed. Arg. Long. *miserant*

## NOTÆ

ræ et maris imperium obtinebant.

<sup>5</sup> *Grunium dederat in Phrygia*] Legitur et *Grynium* in exemplis Basiensibus. De hoc Castro loquitur lib. III. de reb. Græc.

<sup>1</sup> *Sine rege Persarum*] Artaxerxe,

qui Dario successerat.

<sup>u</sup> *Nam Cyrum*] Artaxerxis fratrem, et Darii filium, cui Pater testamento legaverat civitates, quarum præfectus erat. Justin. lib. v. 11.

<sup>v</sup> *Eodem tempore Critias*] Trigiuta

tyranni Atheniensium certos homines ad Lysandrum in Asiam miserunt,<sup>3</sup> qui cum certio rem facerent, nisi Alcibiadem sustulisset, nihil earum rerum<sup>4</sup> fore ratum, quas ipse Athenis constituisset. Quare, si suas res gestas manere vellet, illum persequeretur. His Lacon<sup>w</sup> rebus<sup>5</sup> commotus statuit, accuratius sibi agendum cum Pharnabazo.<sup>6</sup> Huic ergo renuntiat, quæ regi cum Lacedæmoniis essent,<sup>x</sup> irrita futura,<sup>p</sup> nisi Alcibiadem vivum aut mortuum tradidisset.<sup>7</sup> Non tulit hoc<sup>8</sup> satrapes; et violare clementiam, quam regis opes minui, maluit. Itaque misit Sysamithren et Bageum<sup>9 y</sup> ad Alcibiadem interficiendum, cum ille esset

*p Illi igitur abnegat Regi cum Lacedæmoniis quicquam fœderis esse.*

\*\*\*\*\*

Ed. Mag.—4 *Rerum* abest ab Ed. Med. Arg.—5 Sic Ms. Dan. Ax. Sav. (in quo tamen erat *Lacon*: v. Oudendorp. [et Burmann.] ad Lucan. 1. 214.) Voss. 2. Leid. 2. [Ed. Bos. et rell. recc.] Sed *Lacon rebus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. *latoribus* Ms. Gif. Put. Bav. Mox *accurantius* Ms. Leid. 2.—6 *Ag. cum Pharn. societatem* Ms. Voss. 2. Boecl. Leid. 1. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long.—7 *Mort. tradidissent* Ms. Leid. 2. *mort. sibi tradidisset* Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. *mort. trad. stare non posse* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Postrema verba nata videntur e glossemate. Scripserat quis ad verba: *quæ regi...futura*, interpretamentum *societatem stare non posse*. Hæc postea a librariis ineptis distracta, et alieno loco collocata suspicor.—8 *Hunc* Ms. Leid. 2. *hanc* Ms. Voss. 2. Ax. Mox *clæm*, Ed. Med. Arg. ubique.—9 *Susametrem et Galgenem* Ms. Leid. 2. *Susametrem et Bageum* Ms. Voss. 1. *Susametrem et Bageum* Ms. Dan. *Susamithrem et Bageum* Ms. Mendos. Ed. Sav. *Sisametiæ et Bagrum* Ed. Jens. Med. Par. *Susametræ et Mageum* Ed. Arg. Mag. *Sysamethem et Bagoam* Ed. Ald. Lamb. Keuch. et *Bagoam* Ed. Pat. *Susamithrem et Mageum* Ed.

#### NOTE

Tyrannorum apud Athenienses immannissimus. Cic. Tusc. Quæst. lib. 1. 96.

<sup>w</sup> *His Lacon*] Id est, Lysander, Lacon [vel Lacon] dictus, quia Lacedæmon erat in Laconia.

<sup>x</sup> *Huic ergo renuntiat, quæ regi cum Lacedæmoniis essent*] Aliquid sane hic supplendum esse, aut restituendum putare, hoc fere modo: *Huic ergo renuntiat fœdera, quæ Regi cum Lacedæmoniis essent, stare non posse*: nisi renuntiare idem esset, ac irritum facere. Unde Cic. ad Atticum 'renuntiare conductionem,' id est, irritam

facere: 'Renuntiare alicui hospitium,' idem Cicero. Quod idem est ac si Gallice diceretur, *Déclarer à quelqu'un qu'on renonce au droit d'hospitalité avec lui*. Renuntiare vitæ. Sueton. *Déclarer qu'on renonce à la vie*.

<sup>y</sup> *Itaque misit Sysamithren et Bageum*] Sysamithren Pharnabazi patruum fuisse quidam volunt ex Plutarcho, quod nomen Persicum est. Bageum vero, vel Bagoam, non tam nomen esse proprium, quam commune, apud Persas Eunuchum significans, verisimile est.

in Phrygia,<sup>2</sup> iterque ad regem compararet.<sup>10</sup> Missi clam vicinitali,<sup>3</sup> in qua tum Alcibiades erat, dant negotium,<sup>9</sup> ut eum interficiant. Illi, cum eum ferro aggredi<sup>12</sup> non audent, noctu ligna contulerunt circa casam eam,<sup>13</sup> in qua quiescebat, eamque succenderunt: ut incendio conficerent,<sup>14</sup> quem manu superari posse diffidebant. Ille autem, ut sonitu flammæ est excitatus,<sup>15</sup> etsi gladius ei<sup>16</sup> erat subductus, familiaris sui subalare telum eripuit.<sup>7</sup> Namque erat cum eo quidam ex<sup>17</sup> Arcadia hospes, qui nunquam discedere voluerat.<sup>18</sup> Hunc sequi se jubet, et id, quod in præsentia

<sup>2</sup> *Ministri latenter iis, quibus tum vicinus Alcibiades erat, curam imponunt.*

<sup>7</sup> *Servi sui pugionem extrahit.*

Long. Steph.—10 *Pararet* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. *compararet* etiam Ms. Leid. 2. Voss. 2. Dan. et Edd. nostri reliqui veteres, [et recentiores] omnes.—11 *Missi clam in civitatem, in q. t. A. erat, introeunt; quibus datum negotium* Ms. Mendos. Etiam in Ms. Voss. 1. pro *vicinitali* erat in *civitatem*; sed in marg. *vicinitali*: et in Ms. Leid. 2. et Voss. 2. *datum negot.* pro *dant negot.*—12 *Cum ferro, omisso τῷ ἀγγρελι, Ms. Leid. 1. cum ferro aggr.* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. Ed. Arg. Ald. Long. Mag. *cum [cum] ferro aggr.* Ed. Heus. *cum securo aggr.* Ms. Mag. Ed. Jens. Med. Par.—13 *Circa sarameam* Ms. Leid. 2. *circa samineam* Ms. Gif. Sav. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Ald. Mag. *circa Samineã* Ed. Arg. Par. Long. *circa sanneam* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. *circa Samenam* Ms. Put. *circa sammeam* Ms. Dan. Mendos. *circa Samineam* Ms. Voss. ap. Mag. *circa domum stramineam* Ed. Lamb. Steph. *circa stramineam casam* Ed. Patav. [Add. Stav. ad maj. et min. edit. atque Harl.]—14 *Conficeretur* Ms. Ax. Voss. 2. Ed. Arg. Long. Mag. *Sed conficerent* Ms. Dan. [et rell. edit.]—15 *Ita* Ms. Boecl. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. Ax. [Ed. Bos. 2. Heus. et rell.] *Sed ille ut in son. fl. excit.* Ms. Bav. *ille autem in son. flammæ est excit.* Ed. Jens. Med. Par. Mag. *ille autem in son. fl. excitatus* Ed. Ald. *ille autem ut son. fl. exc.* Ed. Bos. 1. *ille aut. sonitu fl. excitatus* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *Statim etsi etiam* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. *Sed quod* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat.—16 *Ei aberat* a Ms. Ax. *Mox telum* Ed. Arg. ubique, et *eripuit* Ms. Voss. 2.—17 *Quidam cum eo ex Arc.* Ms. Leid. 2. Etiam in Ms. Voss. 1. 2. erat τὸ ε. c. non item in Ms. Sluisqu.—18 *Ita* Ms. Dan. *Sed discedere ab eo vol.* Ed.

## NOTÆ

<sup>2</sup> *Cum ille esset in Phrygia*] Minoris Asiæ regione, Cariæ, Lydiæ, Mysiæ, et Bithyniæ finitima; duplex est, superior et inferior; in hac postrema situm erat Ilium, ad montis Idæ radices.

<sup>3</sup> *Clam vicinitali*] Hanc vicinitalitatem Melissam vocatam scribit Athenæus

*Dolph. et Var. Clas.*

lib. XIII. Quam urbis nomen esse volunt Geographi; hancque fuisse Phrygiæ civitatem testatur idem Athenæus ibidem cap. 12.

<sup>7</sup> *Familiaris sui subalare telum eripuit*] Quod sica est, seu pugio, sic dictum quia ejus erat brevitatis, ut sub alis gestari posset.

*Nep.*

K

vestimentorum fuit, arripuit.<sup>19</sup> His in ignem ejectis,<sup>e</sup> flammæ vim<sup>20</sup> transiit. Quem ut barbari incendium effugisse [eminus]<sup>21</sup> viderunt, telis missis interfecerunt,<sup>d</sup> caputque ejus ad Pharnabazum retulerunt.<sup>22</sup> At mulier, quæ cum eo vivere<sup>23</sup> consuerat,<sup>e</sup> muliebri sua veste contectum, ædificii incendio mortuum cremavit, quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades, annos circiter quadraginta natus, diem obiit supremum.

11. Hunc, infamatum a plerisque,<sup>f</sup> tres gravissimi historici summis laudibus extulerunt: Thucydides,<sup>1</sup> qui ejusdem ætatis fuit; Theopompus,<sup>g</sup> qui fuit post<sup>2</sup> aliquanto natus; et Timæus:<sup>h</sup> qui quidem duo maledicentissimi,

//////////

Long. ab eo disc. vol. Ms. Ernst.—19 *Arripuit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. Patav. [Stav. 3. Harl. Tzsch. 1. 2. Bip. Ith. Heinr. Schmied. Paufl. et ego recepi, quod sequitur *transiit*.] Sed *arripit* Ms. Dan. [Ed. Bos. 2. Wetz. Brem. Stav. 1.] *erripuit* Ms. Boecl. *abripit* Ed. Stav. 2. [Ricklef.]—20 *Flammium* Ms. Voss. 1. *fl. viam* Ed. Ald. Statim *transiit* etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed *transit* Ed. Keuch.—21 *Effugisse*, omisso τῶν *eminus*, Ms. Boecl. Ax. *effug. eminus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat. [Ith. Wetz.] In Ms. Leid. 1. et Dan. legitur τὸ *eminus* post τὸ *telis*; [atque *viderunt, telis eminus missis*, Bremi, Heinr. (qui tamen τὸ *eminus* nuncinis inclusit,) et Tzschuck. in ed. 2. melius dederunt. Harl. conjec. *viderunt, eminus telis missis*] uti extat in ed. Gebh.—22 *Rettul.* Ed. Jens. Med. Arg.—23 *Vivere* abest ab ed. Ultraj. Sed erat etiam in Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. Statim *consuerat* Ms. Dan. [Ed. Bos. 2. Heus. et rec. fere omnes.] Sed *consueverat* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith.]

1 *Tucyd.* Ed. Jens. Med.—2 *Qui post* Ms. Ax. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. *qui [fuit] post* Ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck.] Dein *Timæus* Ms. Leid. 2. *Thy-*

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *His in ignem ejectis*] Ut nempe suo pondere vim flammæ obruerent.

<sup>d</sup> *Telis missis interfecerunt*] Varii varia de Alcibiadis morte referunt; alii in cubiculo in quo dormiebat crematum esse dicunt, ut Justin. lib. v. 8. his verbis: 'Cum occidi aperte non posset, vivus in cubiculo in quo dormiebat, crematus est.' Contra vero Aristoteles lib. vi. 29. de natura animalium, in Elapho Asiæ monte occubuisse memorat, in quo monte omnes cervæ scissa sunt aure.

<sup>e</sup> *At mulier, quæ cum eo vivere consue-*

*rat*] Alii Timandram vocant, ut Plutarchus, quam Laidis Corinthiæ matrem fuisse refert. Alii Theodotam, ut Athenæus, lib. xiii. 12.

<sup>f</sup> *Hunc infamatum a plerisque*] Athenæus lib. xiii. 9. refert Antiphonem quendam librum contumeliæ scripsisse in Alcibiadem; et lib. xiii. 12. Lysiam oratorem in eundem orationem composuisse.

<sup>g</sup> *Theopompus*] Chius orator et Historicus simul post Thucydidem et Herodotum.

<sup>h</sup> *Timæus*] Qui a maledicentia sua

nescio quo modo, in illo uno laudando<sup>3</sup> conscierunt.<sup>4</sup> Namque ea, quæ supra diximus, de eo prædicarunt,<sup>5</sup> atque hoc amplius, cum Athenis splendidissima civitate natus esset, omnes [Athenienses]<sup>6</sup> splendore ac dignitate superasse vitæ;<sup>7</sup> postquam inde expulsus Thebas venerit, adeo studiis eorum inservisse,<sup>8</sup> ut nemo eum<sup>9</sup> labore corporisque viribus posset æquiparare. Omnes enim Bœotii<sup>10</sup> magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inserviunt. Eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur,<sup>j</sup> sic duritiæ<sup>11</sup> se dedisse,<sup>s</sup> ut parsimo-

<sup>s</sup> *Adeo austeram vitam duxisse.*

*maus* Ms. Voss. 1. Dan.—3 *In illo uno cons.* Ed. Keuch. *in illo laudando* Ms. Leid. 2.—4 *Conscierunt* Ed. Ald. Long. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. [Bos. Stav. 1. Heus. in textu, Bip. Ith. Brem. Schmied. Wetz. Paufl.] *Sed conscierunt* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Boecl. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ultraj. Stav. 2. 3. [Harl. Tzschuck. 1. 2. probatque Heus. in not. item Oudendorp. ad Cæs. de B. G. 1. c. 28. 1. p. 42. et recepi.] *Consuerunt* Ms. Dan. Gif. Ed. Ultraj. marg. Mox *Namque ea* Ms. Ax. Voss. 1. 2. [Ed. Harl. Tzschuck. 2. isque in not. ad ed. 1. atque Heus. in not. id prætulerunt.] *namque ea* Ed. Jens. Med. *nam* vulgo.—5 *Prædicatur* Ms. Voss. 2.—6 *Tò Atheniens.* aberat a Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. 2. Voss. 1. Ax. Ed. Arg. Long. Mag. Patav. [Tzschuck. 2. Schmied. Paufl. et bene abesse potest, quia facile secundum sensum suppletur atque subintelligitur, cum præcesserit *Athenis.* v. Harl. not.] Et absunt duo illa verba ab Ed. Jens. Med. Par. *Omnes Athen.* sine uncis Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith. Brem. Wetz. *tò Athen.* uncinis est inclusum in Ed. Bos. 2. Stav. Tzschuck. 1. Heus. Bip. Harl. Heinr.]—7 *Superasse vitæ* Ms. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. melius, credo. [Et ego sic transposui vocc.: *vitæ superasse* Ed. rell.]—8 *Inserviisse* Ed. Keuch. sed *inservisse* etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Paulo ante *Thebas venit* Ed. Mag.—9 *Cum* Ed. Jens. Med. Arg. Deinde *æquiparare* Ed. Jens. Ald.—10 *Bœotii* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Dan. Ed. Arg.—11 *Duritie* Ms. Leid. 2. *duricie* Ed. Jens. Med. Arg. fortasse pro *duritici*, ut *fide* ap. Horat. &c. *duritiei* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. *duriciæ* Ed. Long.

## NOTE

Epitimæus dictus est, id est, oburgator; Siculus historicus, ut Thucydides et Philistum se facile superaturum jactitaret. Plutarch. in Nicia. Aliter Cicer. de Orat. II.

<sup>i</sup> *Omnes enim Bœotii*] Bœotiæ ad Septemtrionem Atticæ circa Ismennum annem populi, qui plus studii et operæ impendunt in acquirendo confirmandoque corporis robore, quam in exco-

lendo ingenio; quos aliqui propterea *παρὰ τοὺς βόας* denominatos volunt. Cic. de fato: ‘Athenis tenne cælum; ex quo acutiores etiam censentur Attici: crassum Thebis; itaque pingues Thebani et valentes.’

<sup>j</sup> *Apud Lacedæmonios, quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur*] Propter austeritatem legum Lycurgi. Vide Horat. Od. lib. 1. 7.

nia victus atque cultus omnes<sup>12</sup> Lacedæmonios vinceret. Fuisse apud Thracas, homines vinolentos,<sup>13</sup> <sup>k</sup> rebusque Veneris deditos;<sup>1</sup> hos quoque in his rebus antecessisse. Venisse ad Persas, apud quos summa<sup>14</sup> laus esset fortiter venari,<sup>m</sup> luxuriose vivere; horum sic imitatum consuetudinem, ut illi ipsi eum in his maxime admirarentur. Quibus rebus effecisse, ut apud quoscumque esset, princeps<sup>15</sup> poneretur, habereturque carissimus.<sup>16</sup> Sed satis de hoc: reliquos ordiamur.<sup>17</sup>



Mox *dedidisse* Ed. Mag.—12 *Omnis cultus* Ms. Boecl. Voss. 2. Mox *trachas* Ed. Jens. Med. Arg. *Thracos* Ed. Loug.—13 *Violentos* Ms. Leid. 2. *Statim rebus sine que* Ms. Ax. et *Veneriis* Ms. Dan.—14 *Sinoma* Ed. Jens. Med.—15 *Principes* Ed. Jens. Med. Par. *poneretur princeps* Ed. Ald. Lamb. Patav. Mox *haberetur* Ed. Kench.—16 *Karissimus* Ms. Dan. [Ed. Bos. Stav.] Sed *chariss.* Ed. Ald. Long. Mag. *carissimus* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Par. Lamb. [et rell.]—17 *Ordinamur* Ms. Voss. 2. Ed. Lamb.

#### NOTE

<sup>k</sup> *Thracas, homines vinolentos*] Quos Græci ἀκρατονότρας vocarunt, sicut et Scythas: unde Horatius Od. i. 27. 'Natis in usum lætitiæ scyphis Pugnare Thracum est.'

<sup>1</sup> *Rebusque Veneris deditos*] De his

Ovid. Metamorph. vi. 'Digna quidem facies, sed et hanc innata libido Exstimulat,' &c.

<sup>m</sup> *Fortiter venari*] Xenoph. Cyropæd. lib. i. et Strabo lib. xv.

## VIII.

# THRASYBULUS.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Patriam a tyrannis liberat. 2. Phylen confugit; Munychiam occupat; parcat civibus. 3. Pace facta, legem fert oblivionis. 4. Corona oleagina ornatur. Ad Ciliciam a barbaris interficitur.

---

**T**HRASYBULUS, Lyci<sup>2</sup> filius,<sup>a</sup> Atheniensis. Si per se virtus sine fortuna ponderanda sit, dubito, an hunc primum omnium<sup>3</sup> ponam. Illud sine dubio; neminem huic præfero<sup>4</sup> fide, constantia, magnitudine animi, in patriam amore. Nam quod multi voluerunt, pauci<sup>5</sup> potuerunt, ab uno tyranno patriam liberare; huic contigit, ut a<sup>6</sup> triginta oppressam tyrannis<sup>b</sup> ex servitute in libertatem vindicaret. Sed nescio, quo modo, cum eum nemo anteiret his<sup>7</sup> virtutibus, multi nobilitate præcucurrerunt.<sup>8</sup><sup>c</sup> Primum Peloponnesio<sup>9</sup> bello

1 *Thrasybuli vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 *Lici* Ed. Arg.—3 *Omnium primum* Ms. Leid. 2. *Ante ponder. est* Ms. Ax.—4 *Ita* Ms. Gif. Dan. Boecl. Mendos. Ax. Leid. 1. 2. Voss. 2. Ed. Ultraj. [Bos. Heus. Ith. Stav. et plur.] *Sed illi sine dubio neminem præfero*, omisso τῶ huic, Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. [Schmied.]—5 *Paucique* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax.—6 *Ut triginta* Ms. Leid. 2. *Mox e servit.* Ed. Long. Mag. et *vindicaret* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg.—7 *His* aberat a Ms. Leid. 2.—8 *Præcucurrerunt* Ms. Ax. Voss. 2.

### NOTÆ

<sup>a</sup> *Thrasybulus, Lyci filius*] Jam de Lyco Thrasybuli patre in Alcibiade.

<sup>b</sup> *Huic contigit, ut a triginta oppressam tyrannis*] Quos nimirum Lacedæmonii victores Atheniensibus a Ly-

sandro victis præfecerant, et a quibus Thrasybulus ipse in exilium pulsus fuerat.

<sup>c</sup> *Nobilitate præcucurrerunt*] Quædam editiones habent *præcucurrerunt*,

multa hic sine Alcibiade gessit,<sup>a</sup> ille nullam rem sine hoc: quæ ille<sup>10</sup> universa naturali quodam bono fecit lucri.<sup>a</sup> Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus et fortuna: quod in prælii concursu abit res a consilio ad \* vires, vimque pignantium.<sup>b 11 e</sup> Itaque jure suo nonnulla ab imperatore miles, plurima vero fortuna vindicat,<sup>c 12</sup> seque

<sup>a</sup> Quæ hic omnia optimi quadam natura adeptus est.

<sup>b</sup> Quod inter pugnandum ducis consiliorum exitus ex bellatorum viribus animisque dependet.

<sup>c</sup> Idcirco sibi quædam, ut par est, a duce miles, plura vero sors repetit.

Ed. Arg. Long. Mag. Gebh. Heus. [Stav. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Bip. Ith. Heinr. Schmied. præcurrerunt Ed. Lamb. Bos. et rell.].—9 *Peloponensio* Ms. Dan. *Peloponessio* Ms. Voss. 1. *Peloponesi* Ms. Voss. 2. *Peloponnesi* Ms. Boecl. [rectius, opinabatur Scheffer. in Obs. misc. Belg. vol. IX. p. 207. si scribas *Peloponensii*.] *Peloponensi* Ms. Ax.—10 *Quæ illa* Ms. Voss. 2.—11 *Abiit* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. [nec displicet Stav. ad ed. 3. pro *abire solet.*] *ab. res....ad vires cuiusque pignantium* Ms. Meudos. *ab. res....ad vires nostrum cuiusque pugn.* Ms. Sav. *ab. res....ad vires undique pugn.* Ms. Put. *ad vires usque pugn.* Ms. Leid. 1. hüt [quod Scheffero in Obs. misc. Belg. vol. IX. p. 207. pæne mutandum videbatur in *fuit aut ruit.*] *res a c. ad vires vimque pugn.* Ms. Boecl. *in præliis concursu habuit,* &c. Ms. Voss. 2. *ad vires vimque p.* Ed. Bos. 1. Stav. [et recentt.] *abit res consilio ad vires v. p.* Ed. Lamb. *abiit res cons. ad vires* Ed. Ald. [Heus. coniec. *abit res ad vir. utrimque pignant.* cuius tamen sententiæ subscribere dubitat Stav. in not. ad ed. 3. Huic autem ad ed. min. placuit emendatio Lambini, legentis, *vires virtutemque pugn.* vel *ad vim virtutemque pugn.* et Curtius nostrum imitatus videtur, qui l. IX. c. 7. §. 16. ‘ob eximiam,’ ait, ‘virtutem virium.’ Heinr., Nepotem omnino scripsisse, *ad vir. fortunamque pugn.* aut simile quid, arbitratus, a scripturæ vestigiis nimis discessit, iudice Tzschuck. ad ed. 2. qui suspicatur *casusque*, quod ad lectionem nonnullorum codd. *cuiusque* quam proxime accedat. Idem cum Wetzel. et Brem. hand probat Puteani emendationem, ab Harl. probatam et illustratam *ad vices vimque pugn.* Bene defendit Kapp. vulgatam lection.].—12 *Plurima...his plus val.* Ita Ms. Dan. Ed. Keuch. [Bos. Stav. 1. 2.] Sed *plurima vero a fortuna vindicat, seque his plus val. quam duc. prudentia vere pot. præd.* Ed. Ald. Steph. *plurima vero fort. vind. seque hic plus val. quam duc. prudentiam, v. p. præd.* Ed. Lamb. *plurima vero a fortuna* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. *vindicat* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. et *hic plus val.* Ms. Voss. 1. 2. Boecl. Ed. Lamb. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. et rell. recentt. Recte vero Tzschuck. ad min. ed. retulit τὸ hic non ad bellum Peloponnesiacum, uti Harl. fecerat, sed, cum sententia sit generalis, ad prælium omnino in supe-

#### NOTÆ

quod minime probandum.

<sup>d</sup> *Multa hic sine Alcibiade gessit*] De quibus Xenoph. de reb. Græc. lib. I. Diodorus XIII. et Cicerō pro Muræna.

<sup>e</sup> *Ad vires, vimque pignantium*] Variè a variis hic locus legitur. Lam-

binus enim *ad vires virtutemque pignantium*: Puteanus *ad vices, vimque pignantium*: quidam *ad vires undique pignantium*: alii denique *ad vires nostram cuiusque pignantium*. At ego nihil mutandum esse arbitror, quia Auctoris mens ea est, ut pugnæ exi-



hic plus valuisse, quam ducis prudentiam, vere potest prædicare.<sup>d 13</sup> Quare illud magnificentissimum factum, proprium est Thrasybuli. Nam cum<sup>14</sup> triginta tyranni, præpositi a Lacedæmoniis, servitute oppressas tenerent Athenas, plurimos cives, quibus in bello parserat<sup>15</sup> fortuna, partim patria expulissent, partim interfecissent, plurimorum bona publicata inter se divisissent; non solum princeps, sed et solus initio bellum his indixit.

2. Hic enim, cum Phylen<sup>1</sup> confugisset,<sup>f</sup> quod est castellum in Attica munitissimum, non plus habuit secum, quam<sup>2</sup> triginta de suis.<sup>g</sup> Hoc initium fuit salutis Actæorum;<sup>3</sup> hoc robur libertatis clarissimæ<sup>4</sup> civitatis. Neque vero hic non contemptus est primo a tyrannis, atque ejus solitudo:<sup>e 5</sup>

<sup>d</sup> *Atque suas vires victoriæ magis, quam Imperatoris consilium, contulisse, non falso valet gloriari.*

<sup>e</sup> *Sed quod solus esset.*



rioribus notatum: hic nempe in prælii sorte atque eventu.]—13 *Prædicari* Ms. Voss. 1. 2. *judicari* Ms. Axen.—14 *Nam triginta* Ms. Leid. 2.—15 Sic Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. [Ed. Bos. Heus. Stav. Ith. Brem. Harl. Bip. Pantl. Tzschuek. Heindr.] *Sed pepercerat* [Ms. Thott. probatque Schlegel. in disp. laud. p. 68.] Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. [Wetz. Schmied.]

1 *Phylen* Ms. Leid. 2. *Philen* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par.—2 *Quam* aberat a Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 1. 2. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Sed unciis inclusit Heusing. [Contra tuentur Stav. ad ed. 3. et Tzschueke, quia *plus sine quam* ponatur, si statim id præcedat numero, non, uti h. l., si quedam intercedant vocabula:] v. Ruhnken, ad Vellei. Patere. 11. 1. p. 76. qui *quod quam* retinet.—3 *Actæorum* Ms. Dau. *Attæorum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Tzschuek. 2. cod. Thott. idque unice probat Schlegel. in disp. laud. p. 69. Stav. quoque, qui quidem, uti rell. edd., edidit *Actæorum*, in not. ad ed. 3. miratur, Nepotem hoc voc. non nisi poëtis proprio usum esse.] Sed a Ms. Leid. 2. aberant verba: *Hoc in. f. s. Act. hoc robur.*—4 Ita Ms. Dan. recte. Sed *carissimæ* Ed. Long. librarium, credo, incuria: cujus et alia vestigia sunt in illo libro.—5 *Neque vero....solitudo.* Sic legit Ms. Mendos. Dau. Leid. 1. Sav. Voss. 1. Ed. Ultraj. [Bos. Stav. et rell. recentt.] Sed in Ms. Boecl. Bav. pro *atque* erat *neque*: Ms. Ernst. Ed. Lamb. Keuch. *neque vero hic contemptus est primo a tyrannis, sed ejus solitudo*; [atque sic correctum est a manu docta in meo Lambini exemplo:] Ms. Leid. *neque vero hic neque, &c.* Ms. Long.

#### NOTÆ

tum ad corporis vires, et vim animi referat.

<sup>f</sup> *Hic enim, cum Phylen confugisset* Locus erat munitus, distans Athenis centum stadiis, in Cénide tribu, de quo

meminit Scholia in Aristophanis Plutum, act. v. sc. 1. et Xenoph. de reb. Græc. lib. 11. 8. Justin. lib. v. 9.

<sup>g</sup> *Quam triginta de suis*] Septuaginta fuisse refert Xenophon ibidem.

quæ quidem res et illis contemnentibus, pernicii;<sup>6</sup> et huic despecto, saluti fuit.<sup>f</sup> Hæc enim illos ad persequendum segnes,<sup>7</sup> hos autem, tempore ad comparandum dato, fecit robustiores.<sup>8</sup> Quo magis præceptum<sup>8</sup> illud omnium in animis esse debet, ‘Nihil in bello oportere contemni:’ nec<sup>9</sup> sine causa dici, ‘Matrem timidi flere non solere.’<sup>h</sup> Neque tamen<sup>10</sup> pro opinione Thrasybuli auctæ sunt opes.<sup>h</sup> Nam jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant. Hinc in Piræum<sup>11</sup> transiit, Munychiamque munivit.<sup>i</sup> Hanc bis tyranni oppugnare sunt adorti:<sup>12</sup> ab eaque turpiter repulsi, protinus in urbem, armis impedimentisque<sup>13</sup> amissis, refugerunt. Usus est Thrasybulus non minus prudentia, quam fortitudine. Nam cedentes violari vetuit:<sup>i</sup> cives enim civibus parcere æquum censebat. Neque quisquam est vulneratus, nisi qui prior impugnare

<sup>f</sup> Qui quidem contentus et his qui contemnebant exitium, illi vero qui contemnebatur salutem attulit.

<sup>g</sup> Illos vero, mora ad pugnandum data, viribus auxit.

<sup>h</sup> Minus vero quam ferebat opinio Thrasybuli vires crevere.

<sup>i</sup> Nam non resistentibus vim inferri prohibuit.



Voss. 2. Ed. Long. Mag. Steph. *neque vero hic modo, &c. atque contemptus* Ed. Long. Mag. [Stav. 2. 3. male.] Tum *neque ejus solitudo* Ms. Leid. 2. Ax. *sed et ejus solitudo* Ms. Voss. 2. *sed ejus solitudo* Ms. Mag. Ed. Mag. Steph. *neque ejus sollicitudo* Ed. Jens. Med. Arg. *sed ejus sollicitudo* Ed. Long. *neque ejus sollicitudo* Ed. Paris. Ald.—6 Sic Ms. Gif. Dan. [Ed. Bos. 2. Stav. Hens. Ith. Heur. Tzschuck. Brem.] *Sed pernicii* [cod. Thott. probante Schlegel. in disp. cit. p. 68. nec reluctantante Tzschuck. ad ed. 2. cum noster sic dicat in Chabria 4.] Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Wetz. Schmied.]—7 *Segnes ad perseq.* Ms. Voss. 2. Dan. Ax. *Statim hostes autem* Ed. Long. *Tum robustiores* Ms. Voss. 2.—8 *Præceptorum* Ed. Arg.—9 *Neque sine* Ms. Voss. 1.—10 *Neque tum* Ms. Voss. 2.—11 *Piræum* Ms. Voss. 1. Leid. 2. *Pyræum* Ed. Long. *Tum Minthiamque* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. *sed in marg. ‘al. Munichiamque,’* ut Ed. Med. Arg. Gebh. *Munichiumque* Ed. Long.—12 *Adorsi* Stav. 2. 3. [Harl. repugnante Tzschuck.]—13 *Impedimentis* Ms. Voss. 1.—14 Sic quoque Ms. Voss. 1. Leid.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Matrem timidi flere non solere*] De hoc adagio vide Erasmus.

<sup>i</sup> *Munychiamque munivit*] Munychia tumulus est in Chersonesi formam curvatus, ingressum habens ore aëgusto, a quo murus quadraginta

stadiorum longitudinis protendebatur, Athenarum urbem cum Piræo duobusque aliis portibus conjungens. Ovid. Metamorph. vi. ‘Munychiosque volans agros, gratamque Minervæ Despiciebat humum.’

voluit: neminem jacentem veste spoliavit:<sup>1</sup> nil<sup>14</sup> attigit, nisi arma, quorum indigebat, et quæ ad<sup>15</sup> victum pertinebant. In secundo prælio cecidit Critias<sup>16</sup><sup>k</sup> dux tyrannorum, cum quidem<sup>17</sup> exadversus Thrasybulum fortissime pugnaret.

3. Hoc dejecto, Pausanias venit Atticis auxilio, rex<sup>1</sup> Lacedæmoniorum. Is inter Thrasybulum et eos, qui urbem tenebant, fecit pacem, his conditionibus:<sup>2</sup> ne qui præter triginta tyrannos, et decem, qui postea prætores creati,<sup>1</sup> superioris more crudelitatis erant usi,<sup>m</sup> afficerentur exilio: neve bona publicarentur:<sup>3</sup> reipublicæ procuratio popule redderetur.<sup>n</sup> Præclarum hoc<sup>4</sup> quoque Thrasybuli, quod, reconciliata pace, cum plurimum in civitate posset, legem tulit, ne quis<sup>5</sup> ante actarum rerum accusaretur, neve mulctaretur: eamque illi [legem]<sup>6</sup> oblivionis appellarunt.<sup>o</sup>

<sup>k</sup> Nullum in acie cæsum exiit.



2. Sed nihil Ms. Voss. 2. Ax.—15 Et quæ id Ms. Voss. 1. quæ ad, omisso τῶ et, Ms. Voss. 2. quæque ad Ms. Dan.—16 Chritias Ms. Voss. 2. Cricias Ed. Jens. Med. Arg.—17 Quomodo Ms. Bav. aliquid Ms. Voss. 2. Boecl. quo Ms. Ax. Statim exadversus Ms. Gif. Ax. Dan. Boecl. Voss. 2. Bav. Ed. Sav. [Bos. 2. Heus. et rell. recentt. Sed non omnino placet Tzschuck. ad ed. 2.] Ex adverso Ms. Leid. 2. [et sic legere malit Burm. ad Sueton. Tiber. 2. dissentit tamen Kapp. cujus et Harl. not. vid. Burmanno autem assentit Oudendorp. ad Suet. vit. Cæs. c. 39. p. 64. et ad vit. Tiber. c. 33. p. 401.] adversus Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.

1 Rex auxilio Ms. Voss. 1.—2 Conditionibus Ed. Lamb. Statim neque præter. Ms. Voss. 2. nequi Ed. Par.—3 Neve cujusquam bona publ. Ed. Lamb.—4 In hoc Ms. Leid. 2.—5 Nequis Ed. Par. Sic mox anteactarum.—6 Legem aberat a Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. 2. Voss. 1. Ax. Unci absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> Neminem jacentem veste spoliavit] Ut se tantum adversus improbos et armatos cives pugnare ostenderet; præterquam, quod turpe est, et forti duce indignum ex mortuis lucrum captare, ut refert Aristoteles, Rhet. xi.

<sup>k</sup> Cecidit Critias] Illum cum Hippomacho cecidisse narrat Xenoph. de reb. Græc. lib. 11. Justinus vero lib. v. 9. in eo bello non Hippomachum, sed Hippolochum et Critiam, omnium

tyrannorum sævissimos, periisse ait, quod ad idem referri puto.

<sup>1</sup> Et decem, qui postea prætores creati] Ii sunt, qui in Piræo imperabant; Xenoph. de rebus Græc. lib. 11.

<sup>m</sup> Superioris more crudelitatis erant usi] Hoc est, qui triginta tyrannorum inhumanitatem æmulati fuerant.

<sup>n</sup> Reipublicæ procuratio populo redderetur] Id est, status Democraticus restitueretur.

<sup>o</sup> Eamque illi [legem] oblivionis ap-

Neque vero<sup>7</sup> hanc tantum ferendam curavit, sed etiam, ut valeret, effecit. Nam cum quidam ex his,<sup>8</sup> qui simul cum eo in exilio fuerant,<sup>9</sup> cædem facere eorum<sup>10</sup> vellent, cum quibus in gratiam reditum erat,<sup>11</sup> publice prohibuit; et id quod pollicitus erat, præstitit.

4. Huic pro tantis meritis honoris corona<sup>p</sup> a populo data est, facta duabus<sup>1</sup> virgulis oleaginis:<sup>q</sup> quæ,<sup>2</sup> quod amor civium, non vis,<sup>3</sup> expresserat,<sup>r</sup> nullam habuit invidiam: magnaque fuit gloria.<sup>4</sup> Bene ergo Pittacus ille,<sup>r</sup> qui septem sapientum numero est habitus, cum ei Mitylenæi<sup>s</sup> multa millia jugerum agri munera<sup>6</sup> darent,<sup>s</sup> ‘Nolite, oro

<sup>1</sup> *Quæ, quia ex civium benevolentia, non ex violentia, obvenerat.*



[Ith. Brem. Heinr. Wetz.] Tum *appellarent* Ed. Mag.—7 *Vere* Ms. Leid. 2. idemque mox *efficit*.—8 *Ex iis* Ms. Voss. 1. Ed. Lamb. Patav.—9 *Fuerunt* Ms. Dan. Voss. 1. Ax.—10 *Eorum* aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 2. et *facere* abest ab ed. Keuch.—11 *reditum fuerat* Ed. Steph. Gebh.

1 *E duabus* Ed. Lamb. Patav.—2 *Quia quod* Ms. Dan. *qui quod* Ms. Leid. 2. *quam quod* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. [Ed. Heus. Stav. 3. (qui ad ed. 1. et 3. hanc antiptosis utriusque linguæ admodum familiarem copiose illustrat,) Ith. Tzschuck. 1. 2. Harl. Bipont. Heinr. *quæ, quod* Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 2. Brem. Schmied. (qui in nota hanc tuetur lectionem; in Lexico autem Cornel. p. 23. sq. nec *quæ, nec quod* probat,) Pauff.].—3 *Et non vis* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. [Stav. 3. sed *rd et h. 1.* cum sit in oppositione, neque denotet *nec potius*, quod contra Hensing. bene observat Tzschuck., videbitur barbarum, nec Latinis auribus ferendum.].—4 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *magnæ f. gloriæ* Ed. Lamb. [Haud male quidem.] Mox *Pithacus* Ms. Leid. 2.—5 *Mityleni* Ms. Leid. 2. *Mityleni* Ms. Voss. 1. Dan. *Mityleni* Ed. Jens. Med. Arg. *Mityleni* Ed. Par. *Mitylenæi ei* Ms. Ax.—

#### NOTE

pellarunt] Græci ἀμνηστῖαν vocant; qua lege cautum erat, ut ne qua rerum præteritarum mentio fieret, omnisque memoria sempiterna oblivione deleteretur. Sic Cicero Philippica 1. Et Valer. Max. lib. iv. 1.

<sup>p</sup> *Honoris corona*] Hac donabatur quisquis de Rep. bene meritus erat in magna populi frequentia, adjuncto Præconis elogio. Casaubon.

<sup>q</sup> *Facta duabus virgulis oleaginis*] Quod etiam in usu fuit apud Romanos, antequam coronæ et floribus

texere didicissent. Unde Virgil. Æneid. vii. ‘Centum oratores augusta ad mœnia regis Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes.’ Quia vel qui pacem posebant, vel pacis auctores erant, olivæ frondibus coronabantur.

<sup>r</sup> *Pittacus ille*] Philosophus Mitylenæus; de quo vide Laërtium in ejus vita.

<sup>s</sup> *Cum ei Mitylenæi multa millia jugerum agri munera darent*] Quandoquidem ille ex Lesbos insula Melanchrum

vos,<sup>7</sup> inquit, 'id mihi<sup>8</sup> dare, quod multi inuideant, plures etiam concupiscant. Quare ex istis nolo amplius, quam centum jugera, quæ et mei<sup>9</sup> animi æquitatem et vestram voluntatem indicent.' Nam parva munera, diutina: locupletia, non propria esse consueverunt.<sup>m 10</sup> Illa igitur corona contentus Thrasybulus, neque amplius requisivit, neque quenquam honore se antecessisse existimavit. Hic sequenti tempore, cum prætor classem ad Ciliciam<sup>11</sup> appulisset,<sup>t</sup> neque satis diligenter in castris ejus<sup>12</sup> agerentur vigiliæ, a barbaris,<sup>u</sup> ex oppido noctu eruptione facta, in tabernaculo interfectus est:

*m Opulenta, non stabilia esse solent.*

//////////

6 *Muneri dar.* Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. [Bos. 1. 2. Ith. Bipont. Heintr. Wetz. Paufl. Schmied.] *Sed et agri munera dar.* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1, 2. Ax. *agri munera dar.* Ed. Hens. Stav. 1. 2. 3. [Harl. Tzschuck. 1. 2. Brem. Utrumque recte dicitur: sed mihi cum Tzschuck. placuit, codices sequi, cum, ut ille ait, ex appositione probetur et soni variationem inferat:] *jugerum agri et munera* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag.—7 *Ita* Ms. Ax. Leid. 1. Dan. Boecl. Leid. 2. Voss. 2. *Sed rogo vos* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. (*rogo vos*) Ed. Ald. Lamb.—8 *Sic etiam* Ms. Leid. 1. 2. Voss. 2. [Ed. Bos. 2. et recentt.] *Sed mihi*, omisso τῶ ἰδ, Ms. Dan. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Patav.—9 *Meam* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Hens. [Ith. Bipont. Heintr. Schmied. Paufl. *mei* Ed. Bos. 2. et rell.]—10 *Consuerunt* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. *Ante locupletia* Ed. Mag.—11 *Sic etiam* Ms. Voss. 2. [Edd. Lamb. Bos. et seqq.] *Sed ad Siciliam* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *Cilicium* Ms. Voss. 1. *ad Silicium* Ms. Long.—12 *Suis* Ms. Leid. 2.

#### NOTE

tyrannum ejecerat, et Phrynonem hostium ducem in singulari certamine, reti injecto implicitum, superaverat. Vide Laërtium, ibidem.

<sup>t</sup> *Ad Ciliciam appulisset*] Cilicia, hodie *Caramania*, regio est in minori Asia, Syriæ proxima, Tauro monti subjecta. Hunc tamen non in Cili-

cia, sed in Pamphylia, prope Aspendum ejusdem regionis urbem, noctu in castris interfectum fuisse scribit Xenoph. lib. iv. 17.

<sup>u</sup> *A barbaris*] Hoc est, ab Aspendiis, qui propter agrorum suorum devastationem in eum infensi, noctu urbe sua erumpentes trucidarunt.

## IX.

# CONON.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Peloponnesio bello bene meretur de republica. 2. Exul Persis usui est adversus Lacedæmonios. 3. Accusaturus Tissaphernem, per literas agit cum Artaxerxe. 4. Vincit Lacedæmonios ad Cnidum. Græcia liberatur, et Atheniensium muri reficiuntur. 5. A Tiribazo in vincula conjicitur.

---

CONON,<sup>a</sup> Atheniensis, Peloponnesio<sup>2</sup> bello accessit ad rempublicam, in eoque ejus opera magni fuit.<sup>3</sup> Nam et prætor pedestribus exercitibus præfuit, et præfectus classis res<sup>4</sup> magnas mari gessit. Quas ob causas præcipuus ei honos habitus est. Namque omnibus unus insulis præfuit:<sup>b</sup> in qua potestate Pheras<sup>5</sup> cepit,<sup>c</sup> coloniam Lacedæmonio-

~~~~~

1 *Cononis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 *Peloponnessio* Ms. Voss. 1. 2. et sic quoque §. 2. Voss. 2.—3 Sic primus rescripsit ex conjectura Puteani Lambin. [quem secuti sunt Bos. et reliqui recc. editores.] Sed *in eoque ejus opere magni fuit* Ms. Gif. Dan. Put. *in eoque ejus opere magnus fuit* Ms. Voss. 1. Sav. Ed. Jens. Med. Arg. Par. et Long. in qua tamen omissum est *et ejus*: *in eoque ejus operæ magnus fuit usus* Ed. Ald. Mag. Steph. *in eoque ejus opera magna fuit* Ms. Leid. 2. *in eoque ejus operæ magni fuit* Ms. Voss. 2.—4 *Classis magnas* Ms. Dan. *cl. et res magn.* Ms. Ax. Voss. 2. Ab Ms. Leid. 2. *verba et præf. cl....præfuit* aberant. [Atque Heus. opinabatur, posse *et præfectus classis* abesse; at nihil est mutandum.]—5 Sic etiam Ms. Voss. 1. Ax. Leid. 2. sed

### NOTÆ

<sup>a</sup> *Conon*] Is Timothei Atheniensis, non Samii, filius fuit.

<sup>b</sup> *Namque omnibus unus insulis præfuit*] Hæc opinio cum omnibus aliis pugnare videtur; nisi forte id tempus intelligatur, quo victis ad Cnidum

annem Lacedæmoniis, adjuvante Pharnabazo, classi regis Persarum præfectus, omnes insulas a Lacedæmoniis avertit, ut infra videbitur.

<sup>c</sup> *Pheras cepit*] Neque sic legendum, neque, ut quidam volunt, *Theram*,

rum. Fuit etiam extremo Peloponnesio bello prætor, cum apud Ægos flumen<sup>6d</sup> copiæ Atheniensium a Lysandro sunt devictæ. Sed tum abfuit,<sup>7e</sup> eoque pejus res administrata est. Nam et prudens rei militaris, et diligens erat imperii.<sup>8</sup> Itaque nemini erat his temporibus dubium, si affuisset, illam Athenienses<sup>9</sup> calamitatem accepturos non fuisse.

2. Rebus autem afflictis, cum patriam obsideri audisset, non quæsivit, ubi ipse tuto<sup>1</sup> viveret, sed unde præsidio posset esse civibus suis. Itaque contulit se ad Pharnabazum, satrapen<sup>2</sup> Ioniæ et Lydiæ, eundemque generum regis<sup>f</sup> et propinquum: apud quem ut multum gratia valeret, multo labore multisque effecit periculis. Nam cum Lacedæmonii, Atheniensibus devictis,<sup>3</sup> in societate non manerent,<sup>g</sup> quam

\* *Siquidem et artem militarem callebat, et ducis partes strenue implebat.*

*speras* Ms. Boecl. [*Sphas* Ms. Thott.] *Sphas* Ms. Voss. 2. *Pharas* Ed. Lamb. Boecl. Kench. Bos. 1. Pat. Vales. ad Exc. Polyb. Peiresc. tom. 3. p. 171. Lips. *Theram* Ed. Gebh. probatque Rutgers. varr. lectt. iv. 10. p. 352. [item Schlegel. l. c. p. 83.]—6 *Egos fl.* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. *egeos fl.* Ms. Leid. 2. *eghos fl.* Ed. Arg.—7 Sic etiam Ms. Voss. 2. Leid. 2. et Edd. nostri vett. [et recentt.] omnes. Sed *affuit* Ms. Voss. 1. Ed. Lamb. *afuit* Ed. Gebh.—8 *Dil. er. imperii* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Ald. Lamb. Sav. Gebh. Keuch. Heus. Patav. [Staver. 2. 3. Tzschuck. 1. 2. Harl. Ith. Bip. Brem. Heinr. Paufl. Atque Stav. laudat Burm. ad Phædr. lib. v. prol. vs. 4. Sic Nepos xv. 3. 1. ‘diligens veritatis,’ aliaque aliorum loca excitat Heusing. Quare *imperii* rescripti. Sed *dil. er. imperator* Ed. Arg. Par. Steph. Boeci. [Bos. Stav. 1. Wetz. Schmied, quam vero lectionem bene oppugnat Brem.]—9 *Athenienseis* Ms. Dan. Ed. Stav. 1.

1 *Tuto* aberat a Ms. Voss. 2.—2 *Satrapem* Ed. Med. Arg. Ald. Steph. Gebh.—3 *Victis* Ms. Voss. 2. Ax. Mox *Artaxerse* et c. 3. 1. *Artaxersi* Ed. Mag.—

#### NOTÆ

autumo; sed mihi magis arridet, *Pharas cepit*; ut colligi potest ex his verbis Xenoph. de reb. Græc. lib. iv. *καταπλεύσας δὲ πρῶτον εἰς Φαράς*, de qua etiam urbe meminit Pausanias in Achaicis, estque in Creta insula, a Messeniis condita. De qua Plinius, lib. iv. 12.

<sup>d</sup> *Cum apud Ægos flumen*] De hoc in Lysandro.

<sup>e</sup> *Sed tum abfuit*] Id Xenoph. lib. ii. 3. de reb. Græc. et Plutarchus in vita Lysandri negant, eumque ex eo præ-

lio fugisse ad Evagoram Cypri regem cum octo tiremibus testantur; quibus et Justinus lib. vi. et Isocrates in Evagora non dissentiunt.

<sup>f</sup> *Eundemque generum regis*] Duxerat enim Pharnabazus Apamam, unam ex Xerxis filiabus. Plutarchus in Artaxerxe.

<sup>g</sup> *In societate non manerent*] Nepoti refragantur Xenoph. lib. iv. de reb. Græc. et Plutarchus in Apophtheg. Illi enim narrant Agesilaum a Lacedæmoniis in Asiam esse missum, eo

cum Artaxerxe fecerant, Agesilaumque<sup>4</sup> bellatum misissent in Asiam, maxime impulsus a Tissapherne,<sup>h</sup> qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat, et cum Lacedæmoniis coierat societatem: huuc adversus Pharnabazus habitus est imperator; re quidem<sup>5</sup> vera exercitui præfuit Conon, ejusque omnia arbitrio gesta sunt. Hic multum<sup>6</sup> ducem summum Agesilaum<sup>i</sup> impedivit, sæpeque ejus consiliis obstitit. Neque vero non fuit apertum,<sup>7</sup> si ille non fuisset, Agesilaum Asiam Tauro tenus regi fuisse crepturum.<sup>b</sup> Qui posteaquam domum a suis civibus revocatus est, quod Bœotii<sup>8</sup> et Athenienses Lacedæmoniis bellum indixerant: Conon nihilo<sup>9</sup> secius apud præfectos regis versabatur, hisque omnibus maximo<sup>10</sup> erat usui.

3. Defecerat a rege Tissaphernes,<sup>1</sup> neque id tam Artaxerxi, quam ceteris, erat apertum: multis enim magnisque meritis apud regem, etiam<sup>2</sup> cum in officio non maneret, valebat. Neque id mirandum,<sup>3</sup> si non facile ad credendum

<sup>b</sup> *Manifestumque fuit, si hic defuisset, fore ut Agesilaus Asiam ad Taurum usque Artaxerxi abstulisset.*

4 *Hagesilaum* Ms. Dan. Mox *Tinsapherne* Ms. Dan. Leid. 2. *Tisapherne* Ed. Jens. ubique, Mag. *Thisapherne* Ed. Med. Arg. Long.—5 Sic Ms. Voss. 1. Leid. 1. Ed. Steph. [Lamb. Bos. et rell.] Sed *re quid vera* Ms. Voss. 2. *re quidem vere* Ed. Keuch.—6 Sic Ms. Dan. Ax. Boecl. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Sav. [Bos. et recentt.] Sed *militum duc. summ.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav.—7 *Apparatum* Ms. Leid. 2. Tum *fuisset* Ed. Long.—8 *Bœotii* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Arg. ubique. Mox *bellum Lacedæmon.* Ms. Leid. 2. [Forsan melius.]—9 Ita quoque Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Mox *versabatur* Ms. Voss. 1. Leid. 2. et *iisque* Ed. Lamb. Patav.—10 *Magno* Ms. Ax. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Ald. Par. Lamb. Patav.

1 *Thisaphernes* Ms. Leid. 2. *Thysiphernes* Ms. Dan. *Tysaphernes* Ms. Voss. 1. *Tisaphernes* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag.—2 *Et cum* Ms. Voss. 2. Ax. [etiam h. l. idem est, ac adeo: at Heus. legere jubet divisim et jam pro adhuc.]—3 Sic Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Ultraj. [Bos. et seqq.] Sed *neque id erat mir.* Ms. Leid. 1. *neque admirandum* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Keuch. Patav. *neque mirandum* Ms. Ax. Mox ad

#### NOTÆ

quod audierant Artaxerxem exercitum et classes adversus Græcos parare. Non igitur Lacedæmonii, sed Persæ in societate non manebant.

<sup>h</sup> *Maxime impulsus a Tissapherne* Tissaphernes præfectus Persarum, cui

regis jussu caput abscissum est propter proditionem. Xenoph. in Agesilao, et Diodorus lib. xiv.

<sup>i</sup> *Ducem summum Agesilaum*] Hic Archidami filius, qui post Agidis fratris sui mortem regno potitus est.



adducebatur,<sup>4</sup> reminiscens, ejus se opera Cyrum fratrem superasse. Hujus accusandi gratia Conon a Pharnabazo ad regem missus, posteaquam<sup>5</sup> venit, primum ex more Persarum ad Chiliarchum,<sup>6j</sup> qui secundum gradum imperii tenebat, Tithrausten<sup>7k</sup> accessit, seque ostendit cum rege colloqui velle: nemo enim sine hoc admittitur. Huic ille, ‘Nulla,’ inquit,<sup>8</sup> ‘mora est; sed tu delibera, utrum colloqui malis, an per literas agere,<sup>9</sup> quæ cogitas: necesse est enim, si in conspectum veneris, venerari te regem,’ (quod προσκυνεῖν<sup>10</sup> illi vocant:)<sup>c</sup> ‘hoc si tibi grave est, per<sup>11</sup> me nihilo secius editis mandatis conficies, quod studes.’<sup>d</sup> Tum Conon: ‘Enimvero,’<sup>12</sup> inquit, ‘non est grave quemvis ho-

<sup>c</sup> Quod adorare hi nuncupant.

<sup>d</sup> Mea pariter opera, scriptis arcana exponendo, quod optas exequeris.

cedendum Ed. Jens. Med. Ald.—4 *Inducebatur* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Steph. Gebh. Boecl. [Lamb. Bos. Stav. 1. Heus. Ith. Brem. Wetz.] Sed *adducebatur* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. Dan. Ed. Stav. 2. [3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Bipont. Schmied. Paufl. Atque sic h. l. legere jubet Oudend. ad Jul. Cæs. de B. G. iv. 6. p. 176.]—5 *Postquam* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Patav.—6 *Cheliarchon* Ms. Ax. *Cheliarcum* Ms. Voss. 1. Leid. 2. *Cheliarchum* Ms. Dan. *chilarchum* Ed. Ald.—7 *Tethrausten* Ms. Dan. *Titharsten* Ed. Long. *Tethrausten* Ms. Leid. 2. *Tethrausten* Ms. Ax. *Tetrastem* Ms. Voss. 1. *Titrastem* Ed. Ald. *Tetrastem* Ed. Jens. Med. Arg. *Tetrausten* Ed. Par. *Tithrausten* Ed. Heus. [Stav. 3. Harl. Bip. Heinr. Tzschuck. Wetz. Schmied. Paufl. quos sum secutus. *Tithraustem* Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 2. Ith. Brem.]—8 *Inquit, nulla* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Lamb. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. In Med. mox est *verum pro utrum*.—9 Sic etiam Ms. Gif. Dan. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Sav. [Bos. et recentt.] Sed *arege* Ms. Voss. 2. *edere* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ultraj. Long. abest.—10 *Proscynin* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *prochynesis* Ms. Leid. 2. *proschynesis* Ms. Voss. 1. *προσκύνησω* Ms. Mendos. Dan. *quod...vocant* parenthesi includunt Stav. 2. 3. Heus. [Tzschuck. et al.] In Ms. Ax. verbum Græcum deerat.—11 *Pro me* Jens. Mcd. in quibus mox est *nihilo...secius*.—12 *Mihi vero* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb.

## NOTE

<sup>j</sup> *Ad Chiliarchum*] *Χιλιάρχος* a Græcis dicitur, qui mille viris præponitur. Joseph. lib. III. de bello Judaico: ‘Milites,’ inquit, ‘ad Centuriones, illi ad Chiliarchos conveniunt.’ Sed ut dicam, quod super ea re sentio; Chiliarchi gradus secundus erat a Rege, totiusque regis curationem habebat, quemadmodum apud Romanos

Præfectus prætorio, et apud Francos olim, *Le Maire du Palais*; sine cuius venia nemo ad regem accedere poterat.

<sup>k</sup> *Tithrausten*] Nomen ipsius Chiliarchi, qui, Regis jussu, Tissapherni caput abscidit. Xenoph. in Agesilao.

norem habere regi: sed vereor, ne civitati meæ sit opprobrio, si, cum ex ea sim<sup>13</sup> profectus, quæ ceteris gentibus imperare consueverit, potius barbarorum, quam illius, more fungar.' Itaque, quæ volebat, huic scripta tradidit.<sup>14</sup>

4. Quibus cognitis, rex tantum auctoritate ejus motus est, ut Tissaphernem hostem judicaverit,<sup>1</sup> et Lacedæmonios bello persequi jusserit, et ei permiserit, quem vellet eligere ad dispensandam pecuniam.<sup>1</sup> Id arbitrium Conon negavit sui esse consilii, sed ipsius,<sup>6</sup> qui optime suos nosse deberet: sed se suadere,<sup>2</sup> Pharnabazo id negotii daret. Hinc magnis muneribus donatus<sup>3</sup> ad mare est missus, ut Cyprii,<sup>4</sup> et Phœnicibus, ceterisque maritimis civitatibus<sup>5</sup> naves longas imperaret, classemque, qua<sup>6</sup> proxima æstate mare tueri posset, compararet;<sup>7</sup> dato adjutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id<sup>8</sup> ut Lacedæmoniis est nuntiatum, non sine cura rem administrarunt,<sup>9</sup> quod majus bellum imminere arbitrabantur, quam si cum barbaro solum conten-

<sup>1</sup> Hanc electionem non ad se, sed ad eum pertinere dixit.

<sup>2</sup> Non absque sollicitudine res gesserunt.



Steph. Boecl. Keuch. Patav. [Wetz. Riclef. Brem. et elegantius id mihi videtur. Dissentit tamen Tzschuck. ad ed. 2.]—13 Sic Ms. Dan. Mendos. Sed ex ea civitatis sim Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Mox consuerit Ms. Leid. 2. Voss. 2. [Ed. Wetz.]—14 Itaq. quæ huic volebat, scripto tradidit Ms. Leid. 1. itaq. quæ huic vol. scripta trad. Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Bos. 1. itaque huic, quæ volebat, sc. trad. Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Tzschuck. 1. 2. Ith. Harl. (qui huic glossema esse putat,) Wetz. Brem. Schmied. Heinr. Pantl.]

1 iudicavit Ed. Jens. Med. iudicavit Ed. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Gebh. Keuch. Pat.—2 Sed suad. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Mox negotii Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag.—3 Donatis Ed. Med.—4 Cyprii Ms. Dan. Mox ante Phœn. τὸ et aberat in Ms. Ax.—5 Civit. marit. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Statim navis Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Lamb.—6 Sic Ms. Dan. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Lamb. Bos. et recc.] Sed quæ pr. Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—7 Sic Ms. Sav. Put. Gif. Ed. Jens. Med. Arg. Long. [Bos. et recentt.] Sed comparare Ms. Dan. comparat Ed. Par. Abest ab Ed. Ald. Lamb.—8 Sed ut Ms. Ax.—9 Ita ed. Long. [Lamb. Bos. et recentt.] Sed administrant Ms. Dan. administrant

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Quem vellet eligere ad dispensandam pecuniam] Is apud Romanos Quæstor dicebatur, qui scilicet co-

gendis administrandisque pecuniis præficietur.

derent. Nam ducem fortem et<sup>10</sup> prudentem, regiis<sup>11</sup> opibus præfuturum, ac secum dimicaturum videbant: quem neque consilio<sup>12</sup> neque copiis superare possent. Hac mente magnam contrahunt classem; proficiscuntur, Pisandro<sup>13</sup> duce. Hos Conon apud Cnidum<sup>14m</sup> adortus, magno prælio fugat, multas naves capit,<sup>15</sup> complures deprimit. Qua victoria non solum Athenæ, sed etiam cuncta Græcia, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio,<sup>n</sup> liberata est.<sup>o</sup> Conon cum parte<sup>16</sup> navium in patriam venit: muros dirutos a Lysandro, utrosque et Piræci<sup>17</sup> et Athenarum, reficiendos curat: pecuniæque quinquaginta<sup>18</sup> talenta, quæ a Pharnabazo acceperat, civibus suis donat.

5. Accidit huic, quod ceteris mortalibus, ut inconsideratior<sup>1</sup> in secunda, quam in adversa esset fortuna.<sup>p</sup> Nam classe Peloponnesiorum<sup>2</sup> devicta, cum ultimum<sup>3</sup> se injurias



Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ab Ed. Gebh. Kench. abest τὸ rem.—10 *Fortem, prud.* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—11 Sic etiam Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Long. [Bos, et recentt.] Sed *regis* Ms. Dan. Voss. 1. Ed. Med. Lamb. Patav.—12 *Consiliis* Ms. Ax.—13 Sic etiam Ms. Dan. Sed *Pysandro* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Dan. *Lysandro* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. [At Lysander, monente jam Wetzelio, non fuit h. a. 360. classi præfectus, sed jam paulo ante in bello Thebano, ante Agesilai reditum ex Asia, perierat. V. supra vi. 3.]—14 *Cnidum* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Steph. ubique. *Gnydum* Ms. Leid. 2. Long. Mag.—15 *Rapit* Ms. Leid. 2. Mox *quam plures* Ms. Ax. Num fuit *quomplures*?—16 *Patrè* Ms. Leid. 2. idemque mox *in papiram loco in patriam*. Tum *dirutos* Ms. Voss. 2.—17 *Piræi* Ms. Voss. 1. Leid. 2. *Piræi* Ed. Par. Long.—18 *I* Ed. Jens. Med. Arg. Par. L Ed. Ald. Long.

1 *Consideratior* Ms. Leid. 2.—2 *Peloponnesiorum* Ms. Voss. 2.—3 *Inultum*

#### NOTE

<sup>m</sup> *Apud Cnidum*] Urbs est in extremo cornu peninsulæ, Cariæ adhærentis; hodie vulgo *Cabo-Erio*; non longe ab Halicarnasso, et Co insula: hæc olim Praxitelis Venere nobilitata fuit; unde Horatius Od. i. 30. 'O Venus, regina Cnidi Paphique, Sperne dilectam Cypron,' &c.

<sup>n</sup> *Quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio*] Scilicet, maritimo; de quo tamdiu certamen fuit inter Spartias et Athenienses.

<sup>o</sup> *Liberata est*] In perpetuum as-

Delph. et Var. Clas.

sertæ Græciæ libertatis monumentum, binæ statuæ, sumtu publico, erectæ sunt prope Jovis Servatoris simulacrum; quarum altera Cononi, altera Evagoræ Cypriorum regi, teste Plutarcho, dicata est.

<sup>p</sup> *Ut inconsideratior in secunda, quam in adversa esset fortuna*] Idem de Conone refert Polybius, histor. xvii. Et certe, hoc velut in more positum est, ut quos secunda fortuna amplectitur, hos quoque cæcitatibus suæ participes faciat.

Nep.

L

patriæ<sup>9</sup> putaret, plura concupivit, quam efficere potuit. Neque tamen ea non pia et probanda fuerunt, quod potius patriæ opes augeri, quam regis<sup>4</sup> maluit. Nam cum magnam auctoritatem sibi pugna illa<sup>5</sup> navali, quam apud Cnidum fecerat, constituisset, non solum inter barbaros, sed etiam inter<sup>6</sup> omnes Græciæ civitates; clam dare operam cœpit, ut Ioniam et Æoliã<sup>7</sup> restitueret Atheniensibus. Id cum<sup>8</sup> minus diligenter esset celatum;<sup>9</sup> Tiribazus;<sup>10</sup> qui Sardibus præerat, Cononem evocavit, simulans ad regem eum se<sup>11</sup> mittere velle, magna de re.<sup>12</sup> Hujus nuntio parens

//////////

Ms. Voss. 2. *ulcisci* Ed. Ald. *ultimi* Ed. Jens. Med.—4 *Quam regis aug.* Ms. Ax.—5 Sic Ms. Voss. 1. 2. Edd. nostri vett. omnes [et plerique recentt. recte.] Sed *sua* Ed. Keuch. Stav. 1. 2. [3. qui laudat Burmann. ad Valer. Flacc. 1. Argonaut. v. 543. etiam Brem. add. not. Harl. præsertim de vi verbi *constituere*, h. e. fundare, firmare.] Mox *Gnydum* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Long. Mag. Tum *fecerant* Ed. Jens. Med. Ald.—6 Sic Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. 2. [Stav. 1. 2. Ith. Brem. Harl. Wetz. Paufl.] Sed *etiam omnes* Ms. Boecl. Mendos. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. [Tzschuck. 2.] *etiam [inter] omnes* Ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. *etiam inter Græc. civit.* Ed. Schmied. Atque Heus. dedit *civitatis*, et intelligit quartum casum pluralis. Stav. quidem ad ed. min. ait, eum non esse audiendum; at tamen in ed. 3. rescripsit *civitatis*; item Tzschuck. sed existimat periphrasin Græcorum, in Genit. ut 'Ελλάς γῆ Græcorum forma, ut noster in Alcib. 7.]—7 *Edym* Ms. Leid. 2.—8 *Id quod id.* Ms. quod Ms. Voss. 1.—9 *Celatum* aberat a Ms. Dan. Sed *celatum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—10 *Tyriabazus* Ms. Dan. *Tiriabazus* Ms. Voss. 1. *Tyriabarus* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. et sic deinde quoque. *Teribazus* Ed. Ald. Steph. Mag. Gebh. Keuch. ubique.—11 *Eum mittere velle* Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Lamb. Bos. 1. [Sed in utraque mea Lamb. ed. est lectio, quam Bos. in not. judicavit.]—12 Sic Ms. Gif. Dan. Sav. [Ed. Bos. 2. et recentt.] Sed *magna festinatione* Ms. Ax. Voss. 2. Put. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Bos. 1. Keuch. [Sed in mea ed. Longol. Colon. 1543. 8. uti in ed. Mag. et Pat. sic interpunctum est: *velle: magna festinatione hujus nuncio* (sic) *parens, cum venisset*; quæ lectio atque interpunctio haud temere orta nec emendatio Bos. spernenda esse videtur. Aut forsan in antiquissimo codice scriptum fuit *velle magna de re. Magna festinatione hujus nuntio*: unde per incuriam librorum propter vicinitatem τοῦ magna ab aliis scribis magna

#### NOTE

<sup>9</sup> *Injuriæ patriæ*] A Lacedæmoniis illatas.

<sup>r</sup> *Tiribazus*] Qui Sardibus præerat, Cononem evocavit. At paulo aliter istud refert Xenoph. lib. iv. de reb. Græc. Diodorus lib. xiv. Aiunt enim Tiribazum Cononi, ob res prospere ab eo gestas, invidisse, et hac præ-

textâ causa, quod Atheniensibus pecunia et classe regia urbes acquireret, eum Sardeis perductum in vincula conjecisse. Isocrates tamen per omnia fere Nepoti consentit, et aperte significat in Panegyrico, Cononem immerito a Persis esse comprehensum.

cum venisset,<sup>13</sup> in vincula coniectus est:<sup>14</sup> in quibus aliquamdiu fuit. Nonnulli<sup>15</sup> eum ad regem abductum, ibique perisse, scriptum reliquerunt. Contra ea Dinon<sup>16</sup> historicus,<sup>3</sup> cui nos plurimum de Persicis rebus credimus, effugisse scripsit: illud addubitat,<sup>17</sup> utrum Tiribazo<sup>4</sup> sciente, an imprudente, sit factum.<sup>18</sup>



*de re, ab aliis magna festinatione omitti aut negligi potuit.*—13 *Convenisset pro cum venisset* Ms. Leid. 2.—14 *Est abest* ab Ed. Gebh. Kench.—15 *Inde nonnulli* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ax. Boecl. Ed. Par. Long. Heus. *non nulli* Ed. Jens. Med. Mox *eum periisse* Ed. Long. et *periisse* etiam ed. Mag. Pat. [Brem. Heinr. Schmied. Tzschuck. 1. 2. Stav. 1. 2. Harl. *perisse* Ms. Ax. Ed. Lamb. Bos. Heus. Stav. 3.]—16 *Contra Dinon* Ms. Boecl. Voss. 2. *contra Cadyon* Ms. Leid. 2. Statim *Dinon* Ms. Gif. Ed. Long. Lamb. [Bos. et recentt.] Sed *Dynon* Ms. Dan. *Dimon* Ms. Long. *Dion* Ms. Pnt. Sav. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—17 *Illud autem dubitat* Ms. Leid. 1. Mox *Tiriabazo* Ms. Dan. *Tyriabaro* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Teribazo* Ed. Mag.—18 *Factum sit* Ms. Voss. 2. minus numerose, et præter morem Nepotis. V. Dion. 1. 2. 5. Iphicr. 2. Chabr. 1. et 2. Epamin. 1.

## NOTÆ

<sup>3</sup> *Dinon historicus*] Hic Persica Voss. de Hist. Græc. lib. iv. 8.  
scripsit, Clitarchi pater fuit, vixitque <sup>4</sup> *Tiribazo*] Pedestrium copiarum  
tempore Artaxerxis Ochi et Philipp. præfecto. Diod. lib. xvi.

## X.

# D I O N .<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Dionysiorum affinis et intimus. 2. Platonis discipulus et amicus. 3. Simultas Dionis et Dionysii junioris. 4. Corinthum devehitur. Ejus filius pessime educatur. 5. Syracusarum potitus, tyrannum ad pactiones adigit. 6. Heraclidis cæde populum a se alienat. 7. Tyrannus non ferendus audit. 8. Callicratis consilio decipitur. 9. Domi suæ die festo jugulatur. 10. Tumultus post ejus mortem, et desiderium mortui.

**DION**, Hipparini<sup>2</sup> filius,<sup>a</sup> Syracusanus, nobili genere natus, utraque implicatus tyrannide Dionysiorum.<sup>a b</sup> Namque ille superior<sup>c</sup> Aristomachen,<sup>3</sup> sororem Dionis,<sup>d</sup> habuit in matrimonio:<sup>4</sup> ex qua duos filios, Hipparinum et Nysæum,<sup>5</sup>

<sup>a</sup> *Cum utroque Dionysio tyranno affinitate junctus.*

~~~~~

1 *Dionis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 *Hipparini* Ms. Ax. et paulo post, *Hypparinum* Ed. Med. Arg.—3 *Aristomachē* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Ab Ms. Ax. aberat non minus, quam deinde *Sophr. Areten.*—4 *Matrimonium* Ms. Ax.—5 *Nyseum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. *Nisæum* Ed. Steph.

### NOTÆ

<sup>a</sup> *Dion, Hipparini filius*] Hipparinum hunc Syracusanorum optimatium illustrissimum fuisse constat ex Diodoro lib. xvi. Item ex Suida et Plutarcho.

<sup>b</sup> *Utraque implicatus tyrannide Dionysiorum*] Scilicet, patris et filii, qui ambo tyranni dicti sunt.

<sup>c</sup> *Namque ille superior*] Pater, nempe, qui ætate superior.

<sup>d</sup> *Aristomachen, sororem Dionis*] Duas uxores uno die duxit Dionysius su-

perior, teste Æliano Var. Hist. l. xiii. Alteram Locrensem nomine Doridem, et alteram nomine Aristænetam Hipparini filiam, Dionis sororem. Unde patet Ælianum et Nepotem circa nomen ultimæ dissentire. Ex Locrensi Dionysium juniorem habuit; ex Dionis sorore Hipparinum et Nysæum filios, vel Narsæum, ut vult Diodorus. Vide Ciceronem Tusc. Quæst. lib. v.

procreavit; totidemque filias, nomine<sup>6</sup> Sophrosynen et Areten; quarum priorem Dionysio filio, eidem, cui regnum reliquit, nuptum<sup>7</sup> dedit; alteram, Areten, Dionii. Dion autem, præter nobilem propinquitatem, generosamque majorum famam,<sup>8</sup> multa alia ab natura habuit bonâ: in his ingenium docile, come, aptum ad artes optimas; magnam corporis dignitatem, quæ non minimum commendatur;<sup>9</sup> magnas præterea divitias a patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxerat. Erat intimus Dionysio priori, neque minus propter mores, quam affinitatem. Namque etsi Dionysii crudelitas ei<sup>10</sup> displicebat: tamen salvum [esse]<sup>11</sup> propter necessitudinem, magis etiam suorum causa,<sup>f</sup> studebat. Aderat in magnis rebus: ejusque consilio multum movebatur tyrannus, nisi qua in re major ipsius cupiditas intercesserat. Legationes<sup>12</sup> vero, quæ essent illustriores, per Dionem administrabantur: quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter administrando,

Heus. [Ith.]—6 Sic Ms. Ax. Dan. Boecl. [Ed. Bos. et seqq.] Abest ab Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. Statim *Sophrosynem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *Sophormen* Ms. Voss. 1. et *Arethen* Ms. Voss. 1. 2. *Arethen* Ms. Leid. 2. *Aretcm* Ed. Long. Sed *Areten* Ms. Dan. [Ed. Lamb. Bos. et rell.] Sed mox abest ab Ed. Ald. Long. Lamb.—7 *Nuptui* Ms. Leid. 2.—8 *Fama* Ms. Voss. 1. Mox *a natura* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Sed *ab natura* etiam Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2.—9 Ita etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2. Heus. (qui coniecit tamen, *qua non minimum commendaretur*,) Stav. 1. 2. 3. Tzschuck. 1. 2. Harl. Ith. Heir. Wetz.] Sed *commendât* Ed. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Brem. Schmied. quod tamen absolute positum: durum putat Tzschuck. ad ed. 2.] Struchtmeier lib. 1. Animadv. cap. 10. legit *quæ non minimum commendavit*, [cujus emendatio perplacuit Stav. ad ed. 3. Hic quoque alteram Heusingeri suspicionem, nos facile his verbis posse carere, nisi in omnibus invenirentur exemplaribus, se probaturum esse proficitur; sed addit, Cornelium alibi hujusmodi sententiarum interjectionibus uti solere. Wopkens. olim legisse, *qua non minimum commendabatur*, aut *quæ non min. commendat*, monuit Struchtmeier.]—10 *Ipsi* Ms. Leid. 2. Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—11 *Esse* Ed. Par. Ald. Long. Lamb. Bos. 1. [Ith. Wetz. Brem. Heir.] *salvum illum propter necess...suorum causa esse studebat* [in mea Longolii ed.] Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *Esse* aberat a Ms. Dan. Boecl. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. [uncis inclusum in Ed. Bos. 2. Heus. Stav. Harl. Schmied. Tzschuck.]—12 *Legiones* Ed. Jens. Med. *legat. vero omnes* Ed. Steph. Gebh. Keuch. et *vero omnes, quæ* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Patav. [Tzschuck. 1. 2.] Bene: nu-

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Magis etiam suorum causa*] Nimirum, propter sororis suæ liberos.

crudelissimum nomen tyranni sua humanitate tegebat.<sup>13</sup> Hunc a Dionysio missum, Carthaginenses<sup>14</sup> suspexerunt,<sup>15</sup> ut neminem unquam Græca lingua loquentem magis sint admirati.

2. Neque vero hæc Dionysium fugiebant:<sup>1</sup> nam quanto esset sibi ornamento, sentiebat. Quo fiebat, ut uni huic maxime<sup>2</sup> indulgeret, neque eum secus diligeret ac filium. Qui quidem, cum Platonem Tarentum venisse<sup>3</sup> fama in Siciliam esset perlata, adolescenti negare non potuit,<sup>3<sup>h</sup></sup> quin eum arcesseret,<sup>c</sup> cum Dion ejus audiendi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic veniam, magnaue<sup>4</sup> eum ambitione Syracusas<sup>d</sup> perduxit:<sup>i</sup> quem Dion adeo admiratus est atque adamavit, ut se ei totum<sup>5</sup> traderet. Neque vero

<sup>b</sup> Pæni venerati sunt.

<sup>c</sup> Quominus illum acciret.

<sup>d</sup> Huic igitur facultatem adducendi fecit, et exquisito apparatu illum Syracusas advexit.



meri causa.—13 Sic Ms. Voss. 2. Boecl. Gif. Put. Sav. Ax. Bav. 1. Ed. Arg. Par. Long. Ultraj. [Bos. Stav. Harl. (cujus et Kapp. et Stav. ad min. ed. not. conferes,) Brem. Schmied. Heinr. Paufl. probatque Scheffer. ad Phædr. II. fab. 2. 8.] Sed *regebat* Ms. Bav. 2. *tenebat* Ms. Dan. Mendos. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Ald. *leniebat* Ms. Voss. 1. Ed. Lamb. Heus. [qui multis illam vindicat illustratque lectionem; Ith. sed dubitat de veritate lectionis et interpretatione Hensing. Schmied. in Lex. Cornel. p. 26.] A verbis, *Hunc a Dionys.* incipit cap. 2. in ed. Patav.—14 *Carthaginenses* Ed. Long. Mag. Keuch. [*Karthaginenses* Ed. Bos. Wetz. Rectius vero Lamb. Heus. et rell. dederunt vel *Karthaginienses* vel *Carthaginenses*: de qua duplici scriptura v. Cellarii Orthogr. lat. p. 200. sq. et 269. sqq. cum Harles. supplementis, et Arntzen ad Aurel. Victor. de viris illustr. c. 37. p. 171. qui scripturam per C defendit: et ipse Bosius infra ad xxii. 1. *Carthaginensis* edidit lateque tuitus est.]—15 Sic Ms. Put. Gif. Sav. Dan. Voss. 2. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *susceperunt* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Vid. Ducker. ad Flor. iv. 12.

1 *Fugebant* Ms. Voss. 2.—2 *Magis* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ax.—3 *Potuerit* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Mox *accerseret* Ms. Dan. [male: v. Cellar. orthogr. lat. ibique Harl. p. 177. sq. et Westerhov. ad Terent. Andr. III. 3. 14.] *arcessiret* Ms. Ax. Ed. Heus.—4 *Magnosque* Ms. Voss. 2.—5 *Se ei totum* Ms.

#### NOTÆ

<sup>3</sup> *Platonem Tarentum venisse*] Hodie vulgo *Tarento*, urbs est Apuliæ notissima, in intimo recessu sinus, qui ab ea dicitur Tarentinus.

<sup>h</sup> *Adolescenti negare non potuit*] Id est, Dioni, qui tum in florente juven-

ta erat, cum Platonem prima vice audivit, valde docilis, et ingenio acerrimo. Plutarch. in Dione.

<sup>i</sup> *Syracusas perduxit*] Civitatem totius Siciliæ tunc facile principem, quæ sub Pachyno monte sita est, ubi



minus Plato<sup>6</sup> delectatus est Dione.<sup>j</sup> Itaque cum a Dionysio tyranno<sup>7</sup> crudeliter violatus esset,<sup>k</sup> quippe quem venundari<sup>8</sup> jussisset; tamen eodem rediit,<sup>l</sup> ejusdem Dionis<sup>9</sup> precibus adductus. Interim in morbum incidit Dionysius; quo cum gravi<sup>10</sup> conflictaretur, quæsivit a medicis Dion, quemadmodum se haberet: simulque ab<sup>11</sup> his petiit, si forte majori esset periculo,<sup>12</sup> ut sibi faterentur: nam velle se cum eo colloqui de partiendo regno; quod sororis suæ filios<sup>m</sup> ex illo natos partem regni putabat debere habere. Id medici non tacuerunt, et ad Dionysium filium<sup>13</sup> sermonem retulerunt: quo ille commotus, ne agendi cum eo esset Dioni potestas,<sup>14</sup> patri soporem<sup>n</sup> medicos dare coëgit.<sup>e</sup>

<sup>e</sup> Potionem soporiferam parenti a medicis dari voluit.

~~~~~

Ax. Voss. 2. Dan. certe rotundius: ut cap. 3. *imitari patrem*. [Et ego sic posui pro vulgato *se totum ei*.]—6 *Plato minus* Ms. Ax.—7 *Tyranno* aberat a Ms. Leid. 2.—8 *Venundari* Ed. Par. Ald. *venundari* Ed. Patav. [Stav. 3. Harl. Ith. Tzschuck. 1. *venum dari* divisim Tzschuck. 2.] Tum *jussit* Ed. Long. Mag. Sed *jussisset* etiam Ms. Dan. [Concinnius fore, quippe qui ipsum, putat Schmied.]—9 *Dionysii precibus* Ms. Voss. 2. Ax.—10 Ita Ms. Mendos. Leid. 2. Ox. Bav. 1. 2. Ed. Jens. Ultraj. Long. Sav. [Bos. 1. et recentt. fere omnes.] Sed *graviter* Ms. Ax. Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Mag. Kench. Bos. 1. Patav. [Schmied. Sed prius est elegantius.]—11 *De his pet.* Ed. Jens. Med. Ald.—12 *In periculo* Ed. Lamb. Steph. Mox *fateretur*, dein *parendo regno* Ed. Jens. Med. tum *quot sor.* Ed. Ald.—13 *Dionys. suum filium* Ms. Leid. 2. et *rettulerunt* Ed. Med. Arg.—14 *Ut Dioni agendi esset potestas* Ms. Boecl. *et agendi ess. D. pot.* Ms. Ax. Etiam a Ms. Leid. 2. et Voss. 1. aberant verba *cum eo*, non minus quam ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.

#### NOTÆ

fons Arethusa Poëtarum carminibus celebratus. Vide Cicer. vi. in Verrem. Hodie vulgo *Saragosa*.

<sup>j</sup> *Neque minus Plato delectatus est Dione*] Vide Laërtium in ejus vita. Hujus etiam rei argumento sunt versus ejus in Dionem, qui dilectum a Platone atque ardentem amatum indicant.

<sup>k</sup> *Crudeliter violatus esset*] Quia Platonem de virtute viri boni, et de justitia disputantem ferre non potuit; quippe qui vitam justorum esse beatam, tyrannorum miseram diceret; ideo inhumaniter eum habuit tyran-

nus, et tanquam mancipium in foro venundari jussit. Diodorus lib. xv. et Plutarchus in Libello cui titulus est; Πῶς ἂν τις διακρίνει τὸν κόλακα;

<sup>l</sup> *Eodem rediit*] Iterum in Siciliam navigasse Plato ipsemet testis est, sed post mortem Dionysii prioris; quia secundus Dionysius literis ipsi promiserat fore, ut, si veiret, exulanti Dioni omnia concederet.

<sup>m</sup> *Quod sororis suæ filios*] Eos nimirum, qui ex Aristomacha sorore sua et Dionysio antiquiore nati erant.

<sup>n</sup> *Patri soporem*] Φάρμακον ὑπνωτικόν, *soporiferam potionem*, quæ ex nigri pa-

Hoc æger<sup>15</sup> sumto, ut<sup>16</sup> somno sopitus, diem obiit supremum.

3. Tale initium fuit Dionis et Dionysii simultatis,<sup>o</sup> eaque multis rebus aucta est: sed tamen primis temporibus aliquamdiu simulata inter eos amicitia mansit. Cumque Dion non desisteret<sup>1</sup> obsecrare Dionysium, ut Platonem Athenis arcesseret, et ejus consiliis uteretur; ille, qui<sup>2</sup> in aliqua re vellet patrem imitari,<sup>p</sup> morem ei gessit.<sup>3q</sup> Eodemque tempore<sup>4</sup> Philistum historicum<sup>r</sup> Syracusas reduxit,<sup>5</sup> hominem amicum<sup>6</sup> non<sup>7</sup> magis tyranno, quam tyrannis.<sup>8s</sup> Sed de hoc in

//////////

Mag. *ne ag. [cum eo] ess. D. pot.* Ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 2.]—15 *Ergo* Ms. Boecl. Leid. 2. Ax. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. [et probat Tzschuck.]—16 *Sic* Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. Voss. 1. Ax. [Ed. Bos. 2. et plurimæ recentt.] Sed abest *ꝛd ut* ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat. [Wetz. Schmied.] In Ms. Dan. erat etiam *sumno pro somno*.

1 *Cum Dion desist.* Ms. Boecl. *quum Dion non desist.* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. *quumque Dion desisteret* Ms. Ax. Voss. 2. *cum Dion non desineret* Ed. Par. Ald. Patav. Etiam in ed. Lamb. est *desineret*.—2 *Quod* Ms. Ax. *Mox velit* Ms. Leid. 2. et *imitari patrem* Ms. Voss. 2. Ax.—3 *Morem gessit ei* Ms. Leid. 2. Voss. 1. *ei* aberat a Ms. Voss. 2. Ax.—4 *Temp.* abest ab ed. Lamb. *Tum Phylistum* Ms. Voss. 1.—5 *Duxit* Ms. Ax. Voss. 2.—6 *Inimicum* Ed. Ald.—7 *Td non aberat* a Ms. Voss. 1.—8 *Sic* Ms. Dan. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2. Heus. Stav. Harl. Ith. Wetz.] Sed *tyrannidi* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Bipont. Brem. Tzschuck. 1. 2. Heinr. Schmied. Paufl. probatque

#### NOTÆ

paveris et cicutæ succo parari solet, eaque frigidissima est; quo mortis genere Athenienses capite damnatos necare solebant. Unde Juven. Sat. vii. 'hunc inopem vidistis, Athenæ, Nil præter gelidas ausæ conferre cicutas.'

<sup>o</sup> *Tale initium fuit Dionis et Dionysii simultatis*] Paulo aliter super ea re sentiunt Diodorus lib. xvi. et Plutarchus in Dione.

<sup>p</sup> *Ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari*] Nam Dionysius superior Platonem acciverat, ut supra dictum est.

<sup>q</sup> *Morem ei gessit*] Id est, Dioni obtemperans ad Platonem scripsit, cu-

jus epistolæ summa extat inter epistolas Platonis.

<sup>r</sup> *Philistum historicum*] Qui a Dionysio patre regno pulsus fuerat; revocatus est autem in invidiam Dionis et Platonis. Varias ille conscripsit historias de rebus Siculis, cum esset Adriæ otiosus et exul. Vossius de historicis Græcis.

<sup>s</sup> *Hominem amicum non magis tyranno, quam tyrannis*] Id est, qui non minus tyrannum, quam tyrannidem amabat; revera enim cum Dionysio stricto amore copulabatur, nec ejus indoles a tyrannide abhorrebat.

eo meo<sup>9</sup> libro<sup>4</sup> plura sunt exposita, qui de historicis<sup>10</sup> conscriptus est. Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit, valuitque eloquentia, ut ei<sup>11</sup> persuaserit, tyrannidis facere finem, libertatemque reddere Syracusanis: a qua voluntate Philisti consilio deterritus,<sup>u</sup> aliquanto crudelior esse cœpit.

4. Qui quidem cum a Dione se superari videret ingenio, auctoritate, amore populi, verens, ne, si eum secum haberet, aliquam occasionem sui daret opprimendi, navem ei tirem dedit, qua Corinthum devcheretur: v ostendens, se id utriusque facere causa,<sup>w</sup> ne, cum inter se timerent, alteruter alterum præoccuparet.<sup>f</sup> Id cum factum multi indignarentur, magnæque esset<sup>t</sup> invidiæ tyranno;<sup>g</sup> Dionysius omnia quæ moveri poterant Dionis in naves<sup>2</sup> imposuit, ad eumque<sup>3</sup> misit. Sic enim existimari volebat,<sup>4</sup>

<sup>f</sup> Indicans, id a se fieri in commune utriusque bonum; ne, propter mutam diffidentiam, alteruter alterum supplantaret.

<sup>g</sup> Magnamque in tyrannum invidiam concitasset.

Kapp.] *tyrannum* Ed. Long.—9 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Long. [Lamb. Bos. et reliq. recentt.] Aberat τὸ *meo* a Ms. Dan. Leid. 1.—10 Sic Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. et ceteri omnes. Sed *hist. Græcis conscr.* Ms. Mendos. Sav. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ven. ap. Mag. [Ed. Tzschuck. 1. 2. Wetz.]—11 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed τὸ *ei* abest ab Ed. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.

1 *Essent* Ms. Ax.—2 Ita etiam Ed. Ald. [et plurimæ:] *in navis* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Stav. 2. 3. [Est etiam accusativ. pluralis, de qua terminatione v. Voss. de Analogia c. 16. et Orthograph. Noris. pag. 225. sqq. 242. sqq. additam Cellar. orthogr. ab Harles. editæ, tom. II. et Cellar. ibid. tom. I. p. 22. sq. de utraque terminatione accusat. pluralis in *is* et *eis*:] *in naveis* Ms. Dan. Ed. Lamb. Gebh. Keuch. *in navi* Ed. Long. Mag. Steph. [Sed hoc corruptum esse ex accusativo *navis*, et multo frequentius ac proprie dici 'imponere in naves,' quam 'in navi,' docet Oudendorp. ad Cæs. de B. C. III. 14. p. 677. sq. et ad Hirt. de B. Afric. c. 54. 4. p. 901.] Tum *imponit* Ms. Voss. 2. Ed. Long.—3 *Ad eum quia* Ms. Leid. 2.—4 *Volebant*

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *In eo meo libro*] Hunc nobis temporum injuria abstulit, solnmque ejus desiderium reliquit.

<sup>u</sup> *A qua voluntate Philisti consilio deterritus*] Hunc, ut mox diximus, ab exilio revocaverat Dionysius junior, ut aliquem haberet qui Platoni et Dioni adversaretur.

<sup>v</sup> *Qua Corinthum devcheretur*] Co-

rinthus, urbs Achaïæ celeberrima, duobus portibus inclyta; in Isthmo Peloponnesi, ejus veluti claustrum est, sita.

<sup>w</sup> *Ostendens, se id utriusque facere causa*] Aliter Plutarchus, aliter Diodorus illud narrant; Plutarchus quidem in Dione, Diodorus vero lib.

xv.

id se non odio hominis, sed suæ salutis fecisse causa. Postea vero quam audivit,<sup>5</sup> eum in Peloponneso<sup>6</sup> manum comparare, sibi que bellum facere conari; Areten,<sup>7</sup> Dionis uxorem, alii nuptum dedit,<sup>x</sup> filiumque ejus<sup>y</sup> sic educari jussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. Nam puero, priusquam pubes esset, scorta adducebantur: vino epulisque obruebatur, neque ullum tempus sobrio relinquebatur.<sup>h</sup> Is usque eo vitæ statum commutatum<sup>8</sup> ferre non potuit,<sup>z</sup> postquam<sup>9</sup> in patriam rediit pater, (namque appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent,)<sup>a</sup> ut se de superiore<sup>10</sup> parte ædium dejecerit, atque ita interierit.<sup>11</sup> Sed illuc revertor.

5. Postquam Corinthum pervenit Dion, et eodem perfugit Heraclides, ab eodem expulsus<sup>b</sup> Dionysio, qui præfectus fuerat equitum; omni ratione bellum comparare cœperunt. Sed non multum proficiebant, quod<sup>1</sup> multorum annorum tyrannis,<sup>2 c</sup> magnarum opum putabatur. Quam ob causam

<sup>h</sup> Neque ut sobrius esset spatium dabatur.

//////////

Ms. Voss. 2.—5 *Vero aud.* Ed. Jens. Med.—6 *Peloponneso* Ms. Voss. 1. 2. *Peloponneso* Ed. Med.—7 *Arethen* Ms. Voss. 1.—8 *Statum vitæ comm.* Ms. Ax. [Ed. Wetz. suavior est ordo.]—9 *Ut, postquam* Ed. Ald. Lamb. in quibus, uti in ed. Arg. τὸ ut posthæc ante τὸ se est omissum. [quæ collocatio verborum est elegantior.]—10 *Siç* Ms. Leid. 2. Dan. [Ed. Bos. 2. Heus. (cujus not. confer.) et plur. recentt.] *Sed de abest* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Par. Long. Mag. [Riclef.] *e super.* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. In Ed. Long. βῆσις hæc legitur hoc ordine: *is vero, posteaquam in patriam rediit pater, usque eo vitæ statum commutatum, (namque appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent,) ferre non potuit, ut se superiore, &c.* Bosius ordinem Ms. Dan. expressit.—11 *Intererit* Ed. Jens. Med. Mox illud rev. Ms. Voss. 2. *ad illud* Ms. Ax. Ab *Sed ill.* incipit cap. 5. in ed. Pat.

1 *Quot* Ed. Ald.—2 *Ita primus rescripsit* Lamb. *Sed tyrannus* Ms. Leid.

#### NOTE

<sup>x</sup> *Areten, Dionis uxorem, alii nuptum dedit*] Scilicet, Timocrati familiari suo, sed iuvitam. Sic Plutarchus ibidem.

<sup>y</sup> *Filiumque ejus*] Hunc Aretæum alii, alii Hipparinum, alii Hipparionem vocant.

<sup>z</sup> *Is usque eo vitæ statum commutatum ferre non potuit*] Ea de re fuse

loquitur Plutarchus in Dione.

<sup>a</sup> *A pristino victu deducerent*] Id est, a pristino vivendi genere corruptisque moribus revocarent.

<sup>b</sup> *Heraclides, ab eodem expulsus*] Hunc turbulentum, seditiosum, mobilem, infidum, rei militaris imperitum scribit Plutarchus.

<sup>c</sup> *Quod multorum annorum tyrannis*]

pauci ad societatem<sup>d</sup> periculi perducebantur. Sed Dion fretus non tam suis copiis, quam odio<sup>3</sup> tyranni, maximo animo, duabus onerariis navibus, quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis navibus, decem equitum, centum<sup>4</sup> peditum millibus, profectus oppugnatum, (quod omnibus gentibus admirabile est visum),<sup>5</sup> adeo facile perculit,<sup>6</sup> ut post diem tertium, quam Siciliam<sup>7</sup> attigerat, Syracusas introierit.<sup>e</sup> Ex quo intelligi potest, nullum esse imperium tutum, nisi benevolentia<sup>8</sup> munitum. Eo tempore aberat Dionysius,<sup>f</sup> et in Italia classem opperiebatur, adversariorum ratus<sup>9</sup> neminem sine magnis copiis ad se venturum. Quæ res eum fefellit. Nam Dion iis<sup>10</sup> ipsis, qui sub adversarii fuerant potestate,<sup>11</sup> regios spiritus repressit,<sup>i</sup> totiusque ejus partis Siciliæ potitus est, quæ sub potestate Dionysii fuerat:<sup>12</sup> parique modo urbis Syra-

<sup>i</sup> *Tyrannicam superbiam arcuit.*

2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Statim *magnorum putabatur* Ms. Voss. 1.—3 *Odii* Ed. Jens. Med.—4 *Centumque ped.* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Patav.—5 *Ausum pro visum* Ms. Leid. 1.—6 *Pertulit* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Ald. [Sed *perculit*, (quod cum *perulit* sæpius confunditur,) gravius est denotatque, evertit, pervertit: v. Drakenb. ad Liv. xxxv. 27. 16. tom. iv. p. 949.]—7 *In Siciliam* Ms. Voss. 2. Statim *attigerit* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Long.—8 *Benivol.* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—9 [Fischer interpunxit manu, edd. Long. et Mag. secutus, *operiebatur adversariorum, ratus.*]—10 *His ipsis* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—11 *Fuer. potestati* Ms. Leid. 2.—12 *sub Dionysii fuerat potestate* Ms. Dan. Ax. *sub Dion. pot. fu.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.

#### NOTÆ

Non de Tyranno, sed de Tyrannide hic loquitur; quæ jam quinquaginta abhinc annis inceperat sub priore Dionysio, qui se relinquere filio tyrannidem adamante, seu vinculis adamantinis, vinctam dicebat. Plutarchus in Dione. Diodor. lib. xv. Ælianus lib. vi.

<sup>d</sup> *Pauci ad societatem*] Triginta Syracusanos, qui in Peloponneso exulabant, Dionem secutos esse tradit Diodorus; sed multos in Græcia propter tyranni odium se ipsi adjunxisse

verisimile est.

<sup>e</sup> *Syracusas introierit*] Hujus reditus magnificentiam et lætitiâ describunt Plutarchus in Dione, et Diodorus ibidem.

<sup>f</sup> *Eo tempore aberat Dionysius*] Tunc enim circa Cauloniam seu Colonem erat, oppidum in prima Italiæ fronte apud Locros situm. Plin. lib. iii. 10. Nec nisi septimo post Dionis reditu die Syracusas reversus est. Diodorus lib. xv.

cusarum, præter arcem, et insulam adjunctam oppido; eoque rem perduxit, ut talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet:<sup>13</sup> Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionysius, Syracusas Apollocrates,<sup>14</sup> cui maximam fidem uni habebat [Dion].<sup>15</sup>

6. Has tam prosperas tamque inopinatas res consecuta est subita commutatio; quod<sup>1</sup> fortuna sua mobilitate,<sup>2</sup> quem paulo ante extulerat, demergere est adorta.<sup>3</sup> Primum in filio,<sup>4</sup> de quo commemoravi supra, suam vim<sup>5</sup> exercuit. Nam cum uxorem reduxisset,<sup>1</sup> quæ alii fuerat tradita, filiumque vellet revocare ad virtutem a perdita luxuria, accepit gravissimum<sup>6</sup> parens vulnus morte filii: deinde orta dissensio est<sup>7</sup> inter eum et Heraclidem:<sup>j</sup> qui quidem prin-

Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. Patav. [Ith. Wetz.]—13 *Velle* Ed. Jens. Med. Mox *optin.* Ed. Jens. Par. Ald.—14 *Apollocrates* Ms. Voss. 1. *Hypolocrates* Ms. Voss. 2. *Apollocrathes* Ms. Dan.—15 *Dion*. Sic etiam Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. et ceteri. Sed (*Dion*) Ed. Stav. 2. [3. Heus. Harl. Tzschuck. 1. 2. Bipont. Paufl. Quare et ego, quoniam aperta est falsa lectio, id uncis seclusi, aut præferrem emendationem Lambin.] *Dionysius* Ed. Lamb. [Ith. Heinr. Wetz. Schmied. Utrumque nomen, supervacaneum, suadente jam Heus. haud male omisit Bremi. Add. not. Stav. et Harl. et de *Apollocrate*, *Nisæo*, et *Hipparino* Periz. ad *Æl. V. H. lib. II. 41. 1.*]

1 *Quod* aberat a Ms. Leid. 2. Sed *quot* Ed. Ald.—2 *nobil.* Ed. Arg. Long. Statim *quæ* p. Ms. Boecl.—3 Sic Edd. nostri omnes. Sed *adorsa* Ed. Stav. 2. 3. [Harl. et sic h. l. ac supra VIII. 2. legere jussit Drakenb. ad Liv. xxxv. 51. 8. tom. iv. p. 996. ab *adordior*, h. e. aggredior, incipio.]—4 Sic Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. Patav. Stav. 2. [3. Ith. et rell. recentt. Atque ego rescripsi, suadente etiam Oudendorp. ad Jul. Cæs. de B. G. II. 32. p. 126.] Sed *in filium* Ed. Arg. Long. Boecl. Bos. Stav. 1.—5 *Suam vim* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. Patav. [Ith. Bipont. Harl. Heinr. Schmied. Tzschuck. 2. Paufl. et ego reddidi: add. Kappii et Heusing. not. *vim suam* Stav. 3. Wetz. Tzschuck. 1.] *suam sævitiam* Ed. Arg. Long. [*sæviti. suam* Ed. Bos. Stav. 1. 2. Brem.]—6 *Gratissimum* Ms. Leid. 2. [*Mox parens* Tzschuck. ad ed. 2. posse suspicatur abesse. Sed graviter additum esse putem.]—7 Ita etiam Ms. Ax. [Ed. Bos. Stav. Heus. Ith. Brem.

## NOTE

<sup>8</sup> *Et insulam adjunctam oppido*] Insula portio erat urbis; nam Syracusæ constabant veluti ex quatuor urbibus. Livius Annal. xxv.

<sup>h</sup> *Syracusas Apollocrates*] Hunc Dionysii filium fuisse scribit Plutarchus, et Strabo lib. vi.

<sup>1</sup> *Nam cum uxorem reduxisset*] Nempe Areten, quæ, expulso Dione, Timocrati invita nupserat, ut supra dictum est.

<sup>j</sup> *Deinde orta dissensio est inter eum et Heraclidem*] Siquidem ille Dionis principatum non concedebat. Porro,

cipatum non concedens,<sup>8</sup> factionem comparavit. Neque is<sup>9</sup> minus valebat apud optimates; quorum consensu præerat classi, cum Dion exercitum pedestrem teneret. Non tulit hoc<sup>10</sup> animo æquo Dion,<sup>11</sup> et versum illum Homeri retulit ex secunda rhapsodia,<sup>k</sup> in quo hæc sententia est: Non posse bene geri<sup>12</sup> rempubl. multorum imperiis. Quod dictum magna invidia consecuta est. Namque aperuisse videbatur, omnia<sup>13</sup> in sua potestate esse velle. Hanc ille non lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit, Heraclidemque, cum Syracusas venisset, interficiendum curavit.

7. Quod factum omnibus maximum timorem iniecit. Nemo enim, illo interfecto, se tutum putabat. Ille autem, adversario remoto, licentius eorum bona, quos sciebat adversus se sensisse, militibus dispertivit. Quibus divisis, cum quotidiani maximi fierent sumtus, celeriter pecunia deesse cœpit: neque, quo manus porrigeret,<sup>1</sup> suppetebat,<sup>1</sup>

~~~~~

Heinr. Tzschuck. 1. 2. Schmied.] Sed orta dissensione Ed. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Wetz.] orta dissensione est Ed. Jens. Med. Arg. Mox Heraclidem omisso τῶ et Ed. Jens. Med. Heraclidemque Ed. Par. Ald.—8 Qui Dioni princip. non conced. Ms. Leid. 1. Ed. Lamb. Keuch. Dioni etiam additur in Ed. Patav. qui quod principat. non concedebat Ms. Voss. 1. Ed. Heus. [Tzschuck. 1. 2. Ith. Stav. 3. Heinr. Schmied. Paufl.] quæ quidem princ. non concedebat Ms. Voss. 2. Ax. qui quid. pr. non concedebat Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—9 Ita Ms. Dan. Sed enim Ed. Lamb. his Ed. Jens. Med. Arg. Long.—10 Hoc abest ab ed. Ald. Lamb.—11 Dion aberat a Ms. Boecl. Voss. 2. Mox rettulit Ed. Jens. Med. Arg. et ripsod. Ed. Med. Arg.—12 Regi Ms. Mendos.—13 [Vulgo se omnia. Sed] se aberat a Ms. Dan. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Arg. Long. (in quibus est omnia videbatur,) [Harl. Riclef. Tzschuck. 2. et ego id delevi:] se omnia videbatur Ed. Jens. Med. Par. Ald. omnia videb. omisso τῶ se Ed. Stav. 2. videbat: [se] omnia Ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. Bipont.] Mox interficiendum Ms. Voss. 1.

<sup>1</sup> Sic Ms. Dan. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Lamb. Bos. et seqq.] Sed quo minus porrigeret Ms. Boecl. Ed. Arg. neque amplius quod porrig. suppetebat Ed.

#### NOTÆ

ut inquit Seneca in Agamemnone, ‘Nec regna socium ferræ, nec tædæ sciunt.’ Lege orationem Heraclidis apud Plutarchum.

<sup>k</sup> Ex secunda rhapsodia] Id est, ex secundo Iliad. libro, ubi sic legitur, Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίῃ· εἰς κοίρανος

ἔστω, εἰς βασιλεὺς, ᾧ ἔδωκε Θεὸς παῖς ἀγκυλομήτεω Σκῆπτρον.

<sup>1</sup> Neque, quo manus porrigeret, suppetebat] Quidam legunt, Neque amplius quid porrigeret, suppetebat, nisi amicorum possessiones. Qui sensus fere idem est.

nisi in amicorum possessiones.<sup>4</sup> Id hujusmodi<sup>2</sup> erat, ut, cum milites reconciliasset, amitteret optimates. Quarum rerum cura frangebatur, et insuetus male audiendi<sup>1</sup> non æquo animo ferebat, de se ab iis<sup>3</sup> male existimari, quorum paulo ante in cœlum fuerat<sup>4</sup> elatus laudibus. Vulgus autem, offensa in eum militum<sup>5</sup> voluntate, liberius loquebatur, et, tyrannum non ferendum, dictitabat.

8. Hæc ille intuens,<sup>1</sup> cum, quemadmodum sedaret, nesciret, et quorsum evaderent,<sup>2</sup> timeret; Callicrates<sup>3</sup> quidam,<sup>m</sup> civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat, homo et callidus<sup>4</sup> et ad fraudem acutus, sine ulla religione ac fide, adit<sup>5</sup> ad Dionem, et ait: eum [in]<sup>6</sup> magno periculo esse propter offensionem populi et odium<sup>7</sup> militum: quod nullo modo evitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet illi<sup>8</sup> inimicum: quem si invenisset<sup>9</sup> idoneum, facile omnium animos<sup>10</sup> cogniturum, adversariosque sublaturum, quod inimici ejus dissidenti<sup>11</sup> suos sensus aperturi forent. Tali consilio pro-

<sup>4</sup> Neque quod raperet, supererat, præter ea quæ ab amicis possidebantur.

<sup>1</sup> Nec qui probra de se audire solet.

\*\*\*\*\*

Long. ac *supputabat* Ms. Voss. 2. Tum *nisi amicorum* Ed. Long. Boecl. [Bos. 2. Stav. 1.] Sed *nisi in amicorum* Ms. Dan. Voss. 1. Leid. 2. Ax. Ed. reliqui omnes. Etiam Heus. Stav. 2. [3. omnes recentt.] Tum *possetiones* Ms. Voss. 2.—2 *Ejusmodi* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—3 *Ab his* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—4 *Fuerat* aberat a Ms. Ax.—5 *Multum* Ms. Ax.

1 *Metuens* Ms. Gif. Ax. Boecl. Ed. Long.—2 *Ut quorsum evaderet* Ed. Jens. Med. Ald. Atque *evaderet* etiam Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. (sed in meo exemplo V. D. manu correxit *evaderent*.) Steph. Sed *evaderent* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 2. Ax. [et edd. rell.]—3 *Chalycrates* Ms. Leid. 2. *Chalicates* Ms. Voss. 1. [Si codd. addicerent, Stav. ad ed. min. lubentius scripturum se profiteretur *Callippus*, et multus est de hoc homine.]—4 *Calidus* Ed. Jens.—5 *Adiit* Ms. Ax. Ed. Arg.—6 *In* aberat a Ms. Ernst. Boecl. Bav. Voss. 2. Ax. Uncis inclusum est in Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Tzschuck. 1. 2. Harl. Heinr.] Unci absunt ab reliquis nostris omnibus edd.—7 *Et odio* Ms. Ax. Voss. 1. Boecl. In Ed. Long. *rd et non legitur.* Dein *negocium* Ed. Jens. Med. Arg.—8 *Illi* aberat a Ms. Leid. 1.—9 *Quem inv.* Ed. Jens. Med. Ald. Lamb. Patav.—10 *Amicos* Ed. Jens. Med. Par. Ald.—11 *Dissidentis* Ms. Dan. Ax. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Callicrates quidam*] Hunc Callip- Suidas, et Athenæus lib. 11. 23. pum nominant Plutarchus, Diodorus,



bato, excipit<sup>12</sup> has partes ipse Callicrates, et se armat imprudentia Dionis: ad eum interficiendum socios conquirunt: adversarios ejus convenit, conjurationem<sup>13</sup> confirmat. Res, multis consciis, quæ gereretur, elata defertur<sup>m</sup> 14 ad Aristomachen sororem Dionis, uxoremque Areten. Illæ timore perterritæ conveniunt,<sup>15</sup> cujus de periculo timebant. At ille negat, a Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quæ agerentur,<sup>16</sup> fieri præcepto suo. Mulieres nihilo secius Callicratem in ædem Proserpinæ<sup>n</sup> deducunt, ac jurare cogunt,<sup>o</sup> nihil ab illo periculi fore<sup>17</sup> Dioni.<sup>n</sup> Ille hac religione non modo [ab incepto]<sup>18</sup> non deterritus, sed ad maturandum concitatus est, verens, ne prius consilium aperiretur suum,<sup>19</sup> quam conata perfecisset.<sup>20</sup>

<sup>m</sup> Quia per multos conscios res agitabatur, divulgata.

<sup>n</sup> Nullatenus se Dioni nociturum.



In eodem Ms. Leid. pro quod erat qui.—12 *Excipit* Ms. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Heus. Stav. 2. [3. Ith. Bipont. Tzschuck. 1. Schmied. Paufl. Sed *excipit* reliqui, et defendunt Kapp. atque Harl.]—13 *Conjuratione* Ms. Dan. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb.—14 Sic Ms. Ax. Dan. Voss. 1. 2. Ed. Arg. Long. Heus. [Ith. Bipont. Brem. Heindr. Stav. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Schmied. Paufl. et ego, quia est proprium in hoc nexu, sic edidi, probante quoque id Oudendorp. ad Jul. Cæs. de B. G. 1. 35. p. 54. Sed *refertur* Ed. Lamb. Bos. et rell.]—15 Ita etiam Ms. Dan. Sed *perter. illum conven. quod ejus de peric.* Ed. Long. sine causa: *perterita* c. Ed. Jens. Med. et *cujus de peric.* etiam Ms. Dan.—16 *Gererentur* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Sed in Ms. Voss. 1. et Leid. 2. erat etiam *agerentur*.—17 *Numquid ab illo periculi foret* Ms. Boecl. *nunquid ab illo periculum* *Digni foret* Ms. Ax.—18 *Aberant* a Ms. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. non item a Ms. Leid. 2. Unci non sunt in Ed. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Ith. Brem. Heindr. Wetz. Schmied. Paufl.] *Statim est deterritus* Ms. Voss. 2. *deteritus* Ed. Jens. Med.—19 Sic Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. Patav. [Stav. 3. et propter majorem soni suavitate[m] librorumque auctoritatem, ordinem mutavi. *Cons. suum aperir.* Edd. rell.] Add. Ruhnken. ad Vell. Paterc. 11. 35. p. 194.—20 *fecisset* Ed. Jens. Med. Par. Ald.

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *In ædem Proserpinæ*] Cereris et Jovis filia; quæ cum in Campis Eneæis flores legeret in Sicilia, a Plutone rapta est, et in hujus honorem templum erectum est. Claudianus de raptu Proserpinæ.

<sup>o</sup> *Ac jurare cogunt*] Sacramentum ejusmodi, quod maxime formidandum

existimabatur, hac solennitate fiebat, teste Plutarcho in Dione; qui fidem præstabat, in Cereris templum descendens, Deæ purpuram, quibusdam peractis sacrificiis, induebat, tumque facem tenens, se fidem servaturum jurabat.

9. Hac<sup>1</sup> mente proximo die festo, cum a conventu remotum se<sup>2</sup> Dion domi teneret, atque in conclavi edito recubisset; consciis<sup>3</sup> loca munitiora oppidi tradit,<sup>4</sup> domum custodibus<sup>5</sup> sepi<sup>6</sup>, a foribus qui non discedant,<sup>6</sup> certos<sup>7</sup> præficit: navem triremem armatis ornat, Philostratoque<sup>8</sup> fratri suo<sup>p</sup> tradit:<sup>9</sup> eamque in portu agitari jubet, ut si exercere remiges vellet: cogitans, si forte consiliis<sup>10</sup> obstitisset fortuna, ut haberet, qua fugeret<sup>11</sup> ad salutem. Suorum autem e<sup>12</sup> numero Zacynthios<sup>13</sup> adolescentes<sup>9</sup> quosdam eligit,<sup>14</sup> cum audacissimos, tum viribus maximis: hisque dat negotium, [ut]<sup>15</sup> ad Dionem cant<sup>16</sup> inermes, sic, uti<sup>17</sup>

//////////

1 Hanc Ed. Med.—2 *Se remotum* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [Heus. Stav. 3. Harl.]—3 *Consciis* Ms. Voss. 1. *cum sociis* Ms. Leid. 2. *consciis facinoris* Ms. Ax. Boecl. Leid. 1. Ed. Arg. Long. e glossemate.—4 Sic Ms. Dan. Boecl. Leid. 2. Ax. [Atque tempus præsens h. et seqq. locis studium apparatus et celeritatem melius declarat quam præteritum. Nam] *tradidit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—5 *Custodiis* Ms. Voss. 2. Boecl. *Statim sepi* etiam Ms. Dan. Leid. 1. *Sed sepsit* Ms. Boecl. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. *sæpsit* Ed. Patav. [et Lambin. in utroque meo exemplo.]—6 Sic Ms. Dan. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. *Sed discederent* Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. Patav. *discedebant* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Boecl.—7 *Ceteros* Ms. Voss. 2. Ax. *Tum præfecit* Ms. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *Sed præficit* etiam Ms. Voss. 2.—8 Sic Ms. Dan. Boecl. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. *Sed Philostratosque* Ms. Voss. 2. *Philocratique* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. *Philocratoque* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—9 *tradidit* Ms. Boecl. Ax. Ed. Long. Arg.—10 *Si a consiliis* Ms. Leid. 2.—11 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. (in meo tamen exemplo V. D. mann correxit quo), Stav. 1. Wetz.] *Sed quo fug.* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Stav. 2. 3. Heusing. [Ith. Schmied. Brem. (qui interpretatur, *ut haberet aliquid, quo fug.*) Tzschuck. (qui in priore ed. explicat *ut eo* (in navem) *fug. ad sal.* in nota autem ad ed. 2. inclinat ad lectionem *qua*,) Harl. (ubi v. Kappii not.) Heinr. Paufl.—12 *Autem num.* Ed. Jens. Med. Ald. *servorum autem numero Zachinthynos...* *eligit* Ms. Ax.—13 Ita Ed. Mag. [Lamb. Bos. et seqq. e Zacyntho, maris Ionii insula, hodie Zante.] *Sed Zachyntinos* Ms. Voss. 2. *Zacynthinos* Ed. Arg. *Saguntinos* Ms. Ox. Ed. Jens. Med. Par. *Zaguntios* Ms. Dan. *Zazyntinos* Ed. Long.—14 Sic Ms. Boecl. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2. et seqq.] *Sed elegit* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. Keuch.—15 *Ut aberat* a Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. Ed. Stav.

#### NOTE

<sup>p</sup> *Philostratoque fratri suo*] Alias Philocrates nominatur.

<sup>9</sup> *Zacynthios adolescentes*] Zacynthus insula est non longe a Cephale-

nia in Ionio mari, nunc vulgo Zante. At vero quidam non *Zacynthios*, sed *Sagunthinos* legunt, propter nominis affinitatem.

conveniendi ejus gratia viderentur venire. Hi propter notitiam sunt intromissi. At illi, ut limen ejus intrarunt,<sup>18</sup> foribus obseratis<sup>r</sup> in lecto cubantem invadunt: colligant,<sup>s</sup> fit strepitus, adeo ut exaudiri posset<sup>19</sup> foris. Hic, sicut ante dictum<sup>20</sup> est, quam invisā sit singularis potentia, et miseranda vita, qui se<sup>21</sup> metui, quam amari, malunt, cui-vis<sup>22</sup> facile intellectu fuit. Namque illi ipsi custodes, si propitia<sup>23</sup> fuissent<sup>24</sup> voluntate,<sup>t</sup> foribus effractis servare eum<sup>25</sup> potuissent, quod illi inermes telum foris flagitantes vivum tenebant. Cui cum succurreret nemo, Lyco<sup>26</sup> quidam, Syracusanus, per fenestras gladium dedit, quo Dion interfectus est.

10. Confecta cæde cum multitudo visendi gratia introisset,<sup>1</sup> nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur. Nam celeri rumore dilato,<sup>2</sup> Dioni vim allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi falsa suspitione

1. 2. 3. [Brem. Heinr. Tzschuck. 1. 2. Harl. uncis inclusum est in Ed. Bos. 2. Heus. Bipont.] Sed est, omissis uncis, in Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Ith. Wetz. Schmied. Paufl.]—16 *Erant* Ms. Voss. 2.—17 *Ita* Ms. Leid. 1. [Ed. Bos. 2. Heus. et seqq. *sicuti* Stav. 3.] Sed *sic ut aut sicut* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Statim *conv. ejus* etiam Ms. Leid. 2. Sed in Ed. Steph. Gebh. Keuch. τὸ *ejus* non legitur.—18 *Intrarant* Ms. Dan. Voss. 1. Sed in hoc supra notatum erat *intrarunt*, ut legebatur quoque in Ms. Voss. 2. Leid. 2.—19 *Possit* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—20 *Ante sæpe dict.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav.—21 *Quæ met.* Ms. Voss. 2. *qui met.* Ms. Ax.—22 *Cujus* Ms. Ax. Ed. Long. Mox *intellecta* Ed. Ald.—23 *Ita* Ed. Long. [Lamb. Bos. Hcus. et seqq.] Sed *propria* Ms. Dan. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. [Et forsā est elegantior lectio, ut intelligatur voluntas perpetua, stabilis, ab invidia aliena:] *propiore* Ed. Ald. *propitia pronaque* vetus liber apud Longol.—24 *Fuisset* Ms. Voss. 1.—25 *Cum* Ed. Jens. Med. Dein *quot illi* Ed. Ald.—26 *Sic* Ed. Long. [Lamb. Bos. et seqq.] Sed *Lygo* Ms. Dan. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Ligo* Ms. Ax. Voss. 2.

1 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Sed *introivisset* Ed. Lamb. *introivisset* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Statim *nonnulli* Ed. Jens. Med. Mox in Ald. est *pronoxii*.—2 *Delato* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Patav. Mox *multitudo*

## NOTÆ

<sup>r</sup> *Foribus obseratis*] Intus, ab iis qui intromissi fuerant; quanquam Plutarchus ab illis qui extra erant clausas seu ad se adductas esse dicit.

<sup>s</sup> *Colligant*] Vinculis astringunt.  
<sup>t</sup> *Si propitia fuissent voluntate*] Alias, *propria*.

ducti, immerentes<sup>3</sup> ut sceleratos occidunt. Hujus de morte ut palam factum est,<sup>o</sup> mirabiliter vulgi mutata<sup>4</sup> est voluntas. Nam qui vivum eum tyrannum vocitarant, iidem<sup>5</sup> liberatorem patriæ tyrannique expulsorem prædicabant. Sic subito misericordia odio successerat, ut eum suo sanguine, si possent, ab Acheronte<sup>6</sup> cuperent redimere.<sup>p</sup> <sup>u</sup> Itaque in urbe, celeberrimo loco,<sup>v</sup> elatus publice, sepulcri monumento donatus est.<sup>w</sup> Diem obiit circiter annos quinquaginta quinque<sup>7</sup> natus; quartum post annum, quam ex Peloponneso<sup>8</sup> in Siciliam redierat.

<sup>o</sup> Ut mors ejus vulgata est.

<sup>p</sup> Ad vitam optarent revocare.

~~~~~

concurrerat Ed. Mag.—3 Ita Ms. Ax. Sed irruentes Ms. Voss. 1. immerenteis incrimis Ed. Lamb. immerentes inermes Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Keuch. Patav.—4 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Sed immutata Ed. Lamb. Gebh. Keuch.—5 Iidem Ms. Voss. 2. Ax. [Sic conjecit Bremi et ego cum Wetzel. Riclefio et Tzschuck. in ed. 2. reposui. Vulgo eundem.]—6 Ab Acherunte, si possent Ms. Dan. (in hoc tamen scriptum erat Acheronte,) Gif. Voss. 1.—7 Quinquagesimos quintos Ms. Ax.—8 Quam ex Peloponneso Ms. Voss. 1. 2. qui ex Pelop. Ms. Leid. 2. Statim Siciliam, ommissa præpositione, Ed. Long.

#### NOTE

<sup>u</sup> Ab Acheronte cuperent redimere] Sic Cicero, post reditum in Senatu, et omnes Metellos præstantissimos cives pæne ex Acheronte excitatos. Porro Acheron est Epiri fluvius apud Geographos, apud Poëtas vero Inferorum, sic dictus ἀπὸ τοῦ ἄκειος καὶ ῥέω, quasi doloris fluvius.

<sup>v</sup> Itaque in urbe, celeberrimo loco] Quod sane eximii honoris indicium fuit, quia veteres quenquam, nisi forte imperatores, in urbe sepelire non solebant.

<sup>w</sup> Sepulcri monumento donatus est] Duplicis erant generis sepulcra; alia sumtu publico facta; alia quæ tantum ex decreto publico erigebantur. Prima iis tantum concedebantur qui optime de Rep. meriti fuerant; secunda vero claris quidem viris permittebantur, quia in Atheniensium Rep. non licebat sepulcra defunctorum ornare, quantum aut hæredum aut ipsius etiam defuncti ambitio postulasset; sed de tumulis majoris impensæ cognoscebatur. Casaubon.

## XI.

# IPHICRATES.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Disciplina militari nobilis. 2. Ejus expeditiones bellicæ. Ad Corinthum. Adversus Ægyptios. Adversus Arcadas. 3. Ejus indoles et dotes.

---

IPHICRATES<sup>2</sup> Atheniensis<sup>a</sup> non tam magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari,<sup>3</sup> nobilitatus est. Fuit enim talis dux, ut non solum ætatis suæ cum primis compararetur,<sup>4</sup> sed ne de majoribus natu quidem<sup>5</sup> quisquam anteponeretur. Multum vero in bello est versatus;<sup>6</sup> sæpe exercitibus præfuit; nusquam culpa [sua]<sup>7</sup> male rem ges-

//////////

1 *Iphicratis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 *Hiphicrates* Ms. Leid. 2. —3 Sic Ms. Dan. Bav. Mag. Sav. Mendos. Sed non tam genere quam magnitudine rerum gestarum, disciplinaque militari Ms. Ernst. non tam genere, quam magn. rer. gest. quam disc. mil. Ed. Long. non tam genere aut magnitudine r. g. q. d. m. Ed. Lamb.—4 *Compareretur* Ed. Arg.—5 *Majoribus quidem natu* Ms. Voss. 1.—6 Sic Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. Patav. [Ith. Harl. Tzschuck. 2. Bipont. Wetz. Schmied. Paufl. et ego recepi τὸ ἐστ, quod abest ab Ed. Boecl. Bos. Stav. qui in nota ad ed. 3. legi posse more Cornel. versatus est opinatur.]—7 *Sua* legebatur in Ms. Gif. Dan. Ed. Long. [Tzschuck. 2. Brem.] Abest a Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1.

### NOTÆ

<sup>a</sup> *Iphicrates Atheniensis*] Iphicratem Sutoris filium non pauci existimant, inter quos Aristoteles i. Rhet. Xenoph. lib. vi. Plutarchus, Athenæus, Æliauus, et alii quam plures.

<sup>b</sup> *Quam disciplina militari*] Fuit et præterea optimus Rhetor, unde Justin. lib. vi. 5. ait in Iphicrate non imperatorias tantum, verum et oratorias fuisse artes.

sit,<sup>c</sup> semper consilio<sup>8</sup> vicit; tantumque eo valuit,<sup>9</sup> ut multa in re militari partim nova attulerit, partim meliora fecerit. Namque ille pedestria arma mutavit,<sup>d</sup> cum ante illum imperatorem maximis clypeis,<sup>10</sup> brevibus<sup>11</sup> hastis, minutis gladiis uterentur. Ille e contrario peltam pro parma fecit,<sup>e</sup> a quo postea peltastæ pedites appellantur; ut ad motus concursusque essent leviores: hastæ modum<sup>f</sup> duplicavit:<sup>f</sup> gladios longiores fecit. Idem genus loricarum<sup>12</sup> mutavit, et pro sertis<sup>13</sup> atque æneis<sup>b</sup> linteas<sup>14</sup> dedit.<sup>g</sup> Quo facto expeditiores milites reddidit. Nam pondere detracto, quod æque<sup>15</sup> corpus tegetet et leve esset,<sup>16</sup> curavit.

<sup>a</sup> Hastas duplo majores fecit.

<sup>b</sup> Ex lino textas præbuit.

//////////

Patav. [Heinr. Uncis inclusum est in Edd. Bos. 2. Heus. et rell.]—8 *Consilio prudentia* Ms. Ax.—9 *Tantum convaluit* Ms. Leid. 2. Mox *multa* aberat a Ms. Ax. Boecl. Uncis inclusit Heus. [sed tumentur illud Stav. ad ed. 3. et Tzschuck. ad ed. 2. Comp. Diod. Sic. iv. 44.]—10 *Clypeis* Ed. Jens. Med. Arg.—11 *Sic* Ms. Dan. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *brevibusque* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Kench. Statim *astis* Ed. Jens. Med. et *minutis gladiisque* Ms. Leid. 3. Postea a *qua post. pelt.* Ed. Lamb.—12 *Idemque lor. gen.* Ms. Leid. 2. Tum *mutavit* aberat a Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par.—13 *Sic* Mss. Bav. Ax. Dan. Boecl. Mendos. Sav. Gif. Put. Leid. 2. Voss. 2. Sed *ferreis* Ed. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Patav. [Wetz. Schmied.] Mox *æneis* pro *æneis* Ms. Dan. Ed. Jens. Med.—14 *Sic etiam* Ms. Voss. 2. Dan. Ax. Sed *lintheas* Ms. Voss. 1. Ox. *lineas* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Kench. Patav. Statim *desedit* loco *dedit* Ms. Leid. 2. Tum *expeditores* Ms. Voss. 2.—15 *Sic* Ms. Mendos. Ed. Long. Mag. Ultraj. [Bos. Heus. et seqq.] Sed *quodque* Ms. Bav. 2. Ed. Jens. Med. Ald. *quod eque* Ed. Arg. *ut æque* Ed. Lamb.—16 *Tegerent et leves essent* Ed. Lamb. *tegeret* est in Ed. Jens. Med.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Nusquam culpa [sua] male rem ges- sit*] In re militari tamen ejus consilium reprehendit Xenoph. lib. vi. de reb. Græc. in fine.

<sup>d</sup> *Namque ille pedestriū arma mutavit*] Vide Diodorum lib. xiiii. cum quo Nepos prorsus consentit.

<sup>e</sup> *Peltam pro parma fecit*] Peltæ amazonicæ hederæ folio similes erant; Thraciæ quadrangulæ, teste Suida; pelta autem scutum est brevissimum et fere quadratum; parma vero, brevius et mobilius, ac fere rotundum: formam peltæ describit Xenoph.

apud Jul. Pollucem Onomast. lib. i. c. 10.

<sup>f</sup> *Hastæ modum duplicavit*] Quod patet ex his Diodori verbis: Ἡξήθη τὰ δόρατα ἡμιολίῳ μεγέθει. Id est, hastas magnitudine sesqui altera auxit.

<sup>g</sup> *Et pro sertis atque æneis linteas dedit*] Propterea quod ferreæ et æneæ majori oneri et impedimento essent, quam commodo; lineæ vero maximo essent usui, nullique fere impedimento. Fiebant autem linei thoraces hoc modo; linum aceto, cui sal esset adjectum, imbuendo et

2. Bellum cum Thracibus gessit: Seuthen<sup>1</sup> socium Atheniensium<sup>h</sup> in regnum restituit. Apud Corinthum tanta severitate exercitui præfuit, ut nullæ unquam in Græcia neque exercitatiores copiæ, neque magis dicto audientes fuerint duci:<sup>c</sup> in eamque consuetudinem adduxit,<sup>2</sup> ut, cum prælii signum ab imperatore esset datum, sine ducis opera sic ordinatæ consisterent, ut singuli ab<sup>3</sup> peritissimo imperatore dispositi viderentur. Hoc exercitu moram<sup>i</sup> Lacedæmoniorum interceptit:<sup>4</sup> quod maxime tota celebratum est Græcia. Iterum eodem bello omnes copias eorum fugavit:<sup>j</sup> quo facto magnam adeptus est<sup>5</sup> gloriam. Cum Artaxerxes Ægyptio regi<sup>k</sup> bellum inferre voluit,<sup>6</sup> Iphicratem ab Athe-

<sup>c</sup> Nec magis obsequentes dux habuerit.

<sup>d</sup> Partem Spartanorum cecidit.

1 *Seuthem* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Long. Mag. Steph. *Scotym* Ed. Ald. *Seutem* Ed. Jens. Med. Arg. *Seutē* Ed. Par. *Seuthen* Ms. Ax. [Ed. Lamb. Bos. et rell.]—2 *Induxit* Ms. Leid. 1. *adcluxit* Ms. Dan.—3 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ax. Sed *a perit.* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [Wetz. Ith. Brem.]—4 *Interfecit* Ms. Ax. Dan. Put. Mendos. Leid. 1. [probatque Sciopp. Verisim. iv. 18. Ed. Bos. 1. 2. Wetz.] Ita conjecit Wolf. ad Æschin. pag. 635. tom. 1. Nam Æschin. ὅτι μόραν Λακεδαιμονίων ἀπέκτεινε. Dinarch. 1. p. 54. tom. 2. Ἰφικρ. ἀνείλε τὴν Λακεδ. μόραν. V. Markl. ad v. Lys. Dion. Halic. 1. p. 158. tom. 2. Reisk. Sed *interfuit* Ms. Bav. 1. *intercepit* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Sav. Bavar. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Keuch. Hens. Stav. 1. 2. [3. et fere rell. omnes. Quare reddidi *intercepit*; h. e. in via præter opinionem deprehendit, subito ex insidiis factis oppressit ac delevit. V. Xenoph. hist. Græc. iv. 5. 11. sqq. et not. Bos. In Ms. Dan. erat *mora.*]—5 *Adeptus gloriam* Ms. Voss. 1. Mox *Artoxerxes* Ed. Par. *Artaxerses* Ed. Mag.—6 Ita Ms. Dan. [Ed. Lamb. Bos. et seqq.] Sed *noluit* Ms. Voss. 1. Ed. Med. *voluisset*, [forsan e correctione,] Ed. Long. Mag. Steph. Gebh.

NOTE

macerando; deinde ita cogebatur, ut soliditatem ac crassitiam lintei decies et amplius in se complicati haberet. Vide super ea re Nicetam Acominatum lib. 1. rerum Isaaci Angeli.

<sup>h</sup> *Seuthen socium Atheniensium*] Quidam *Scothym* legunt; hic est qui apud Curtium lib. x. 1. Scuthes Odrusias dicitur, quem non Regem Polyænus facit, Strat. vii.

<sup>i</sup> *Hoc exercitu moram*] Mora vox Græca est, quæ idem valet ac μόρα,

hoc est Pars; qua voce utebantur Lacedæmonii et Dores. Diodorus μέρος appellat, quod moram hic dicimus. Hujus Turmæ seu Cohortis cladem multis verbis exponit Xenoph. de reb. Græc. lib. iv.

<sup>j</sup> *Iterum eodem bello omnes copias eorum fugavit*] Et ubi et quando id factum sit, difficile est in aliis historicis detegere, nisi forte hæc sit pugna de qua loquitur Xenoph. de rebus Græc. lib. vi. fere ab exordio.

niensibus petivit ducem,<sup>7</sup> quem præficeret exercitui<sup>e</sup> conductio,<sup>8</sup> 1 cuius numerus duodecim millium fuit. Quem quidem<sup>9</sup> sic omni<sup>10</sup> disciplina militari erudit, ut, quemadmodum quondam ‘Fabiani’ milites Romani appellati sunt, sic ‘Iphicratenses’ apud Græcos<sup>m</sup> in summa laude fuerint.<sup>11</sup> Idem subsidio Lacedæmoniis profectus,<sup>n</sup> Epaminondæ<sup>12</sup> retardavit impetus.<sup>13</sup> Nam nisi ejus adventus appropinquasset,<sup>14</sup> non prius Thebani Sparta abscessissent, quam captam incendio delessent.

3. Fuit autem et animo magno, et corpore, imperatoriaque forma,<sup>10</sup> ut ipso aspectu<sup>1</sup> cuivis injiceret admirationem sui. Sed in labore nimis remissus,<sup>2</sup> parumque patiens, ut

<sup>e</sup> *Quem mercenariis copiis præponeret.*



Kench. Statim *Ipsicratem* Ms. Dan.—7 *Ducem petivit* Ms. Voss. 1. *ducem petit* Ms. Voss. 2.—8 Ita Ms. Sav. Put. Gif. Sed *conducto* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. *conducticio* Ed. Arg. Long. Patav.—9 *Quosque* Ms. Voss. 2. Ax.—10 *Omnium disciplina* Ms. Voss. 2. sed in marg. notatum erat ‘al. omni disciplina.’—11 *Fuerunt* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2.—12 *Epaminundæ* Ed. Jens. Med. Arg.—13 *Inceptus* diserte Ms. Leid. 2. [Ed. Bos. 2. Tzsch. 1. Stav. 1. 2. 3. Harl.] *inceptus* Ms. Mendos. Voss. 1. Ed. Sav. *interceptus* Ms. Dan. *impetus* Ms. Ax. [Thott.] Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. Patav. [Tzschuck. 2. et rell. recentt. et probavit Schlegel. diss. cit. p. 92. Atque illorum auctoritatem secutus, inprimis quia *impetus* aptius respondet τῶ *retardavit*, uti Hensing. qui similia Ciceronis et Cæsaris exempla attulit, ac Tzsch. docuerunt, rescripsi *impetus*. Staver. tamen ad min. edit. contra Heusing. pugnans, defendit τὸ *inceptus*. Contra Fischer. quoque in nota Msta, *impetus*, ait, verum puto: certe accommodatus est verbo *retardavit*, ut in Eumene 9, ‘ad refrenandum impetum.’—14 *Propinquasset* Ms. Ax.

1 *Ipsæ aspect.* Ed. Stav. 1. 2. operarum peccato: certe in Edd. reliquis omnibus [etiam Stav. 3.] est *ipso*.—2 Sic Ms. Dan. Ax. Ed. Heus. [Wetz. et ego propter suaviorem sonum hunc verborum ordinem posui pro vulgato: *rem*.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Cum Artaxerxes Ægyptio regi* Nimirum Acori, ut vult Lambinus.

<sup>l</sup> *Exercitui conductio*] Conductivus exercitus ille est, qui ex militibus mercede conductis, seu mercenariis, constat.

<sup>m</sup> *Quemadmodum quondam ‘Fabiani’ milites Romani appellati sunt, sic ‘Iphicratenses’ apud Græcos, &c.*] Fabiani milites a Fabio Maximo, qui Cunctator dictus, et qui cunctando vires

Annibalis attrivit; sic Joviniani, Herculiani milites apud Zozimum et Mamertinum.

<sup>n</sup> *Idem subsidio Lacedæmoniis profectus*] Nimirum clade apud Leuctram per Epaminondam egregium Thebanorum ducem Lacedæmoniis illata.

<sup>o</sup> *Imperatoriaque forma*] Quæ in frontis et corporis majestate consistit, unde pulchri dicuntur Imperio digni. Sic Plin. de Trajano in Panegyrico.



Theopompus memoriae prodidit: bonus vero civis, fideque magna. Quod cum in aliis rebus declaravit,<sup>3</sup> tum maxime in Amyntæ<sup>4</sup> Macedonis liberis<sup>p</sup> tuendis. Namque Eurydice<sup>5</sup> mater Perdicæ et Philippi,<sup>q</sup> cum his duobus pueris,<sup>6</sup> Amynta mortuo, ad Iphicratem confugit, ejusque opibus defensa est. Vixit ad senectutem, placatis in se suorum civium animis:<sup>r</sup> causam capitum semel dixit, bello sociali, simul cum Timotheo,<sup>7</sup> eoque judicio est absolutus. Mnesthea<sup>8</sup> filium reliquit, ex Thressa<sup>9</sup> natum, Coti<sup>10</sup> regis<sup>t</sup> filia. Is cum interrogaretur, utrum pluris<sup>11</sup> patrem matremne<sup>12</sup> faceret; matrem, inquit. Id cum omnibus mirum videretur: at ille ‘Merito,’ inquit, ‘facio. Nam pater,<sup>13</sup>



nimis.]—3 Sic etiam Ms. Voss. 2. Leid. 2. Dan. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *declaraverit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—4 *Amyntæ* Ms. Voss. 1. 2. *Amintæ* Ed. Jens. Med. in quibus ipsis mox est libris: *Amyntæ* omissio τῶν antecedit. in Ed. Long.—5 *Euridice* Ms. Leid. 2. *Euridice* Ms. Voss. 1. Ed. Arg. Mox *Perdicæ* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—6 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed *liberis* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Mox *Iphicraten* Ms. Voss. 2.—7 *Thimotheo* Ed. Med.—8 *Menesta* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. *Mnesthea* Ed. Long. Mag.—9 *Ex Tharsa* Ms. Voss. 1. Bav. *ex Tarsa* Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Tum *natum* abest ab Ed. Ultraj. Gebh.—10 *Cothi* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Dan. *Cotiis* Ed. Long. *Cotyis* Ed. Mag. Steph. Heusing. [Ith. Harl. Bipont. Heinr. Schmied. *Coti* Lamb. Bos. et rell. fere tam antiquior. quam recentt. De scriptura hujus nominis et de homine ipso multus est Stav. ad ed. 3. add. Harl.]—11 Sic ed. Long. [Lamb. Bos. et seqq.] Sed *plus* Ms. Dan. Bav. 1. Voss. 2. Ax.—12 Sic quoque Ms. Dan. [Ed. Lamb. Bos. 2. Heus. et al.] Sed *matremne* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Bos. 1. Keuch. [Brem.] *an matrem* Ed. Long. Mox *patrem, inquit* Ms. Leid. 2. Statim *id cum...inquit* aberant a Ms. Bav. 1.—13 *Mater* Ms. Leid. 2. Tum *Thresem* Ms. Dan.—14

## NOTÆ

<sup>p</sup> In *Amyntæ Macedonis liberis*] Cuius filius Philippus Alexandri magni pater.

<sup>q</sup> Namque *Eurydice mater Perdicæ et Philippi*] Vide Q. Curtii supplementum in principio, ubi de Eurydice et Perdicæ sermo est.

<sup>r</sup> *Placatis in se suorum civium animis*] Nam Athenienses irati Iphicratem et Timotheum in iudicium voca-

tos multis talentis mulctaverant, et imperandi munere abdicarant, quod infra videbitur: sed Polyænus, cum Nepote conveniens, Iphicratem et accusatum esse significat et absolutum.

<sup>s</sup> *Ex Thressa*] Id est, in Thracia nata.

<sup>t</sup> *Coti Regis*] Is Thraciæ Rex fuit. Alii *Cotyis* legi volunt.

quantum in se fuit, Thracem me genuit: <sup>14</sup> contra ea<sup>15</sup> mater Atheniensem.' <sup>u</sup>



*Me genuit, creavit* Ms. Bav. *me genuit vel creavit* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ax. Unde duplicem olim in libris fuisse scripturam, apparet. Vera *creavit*. [Atque *creavit*, quod de patre et matre adhibetur, post Bosium alii probarunt, et Bremi in textum recepit.]—15 *Contra* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. [Wetz.] Sed *contra ea* Ms. Dan. Voss. [Ed. Bos. 2. et rell. conf. infra xv. c. 10. fin. et ind. Bos. Heusing. h. v.] Statim *pater Athen.* Ms. Leid. 2.

## NOTE

<sup>u</sup> Nam *pater, quantum in se fuit, Thracem me genuit: contra ea mater Atheniensem*] Sic Patris cum barbara matrimonium carpere videtur, eumque solum arguere, si quid alienum a Græcorum urbanitate et moribus haberet; nam Pater ejus, quantum in se fuit, Thracem genuit, quia uxorem Threissam duxit; immo vero mater, quantum potuit, Atheniensem fecit, quia viro Atheniensi nupsit.

## XII.

# CHABRIAS.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Novo pugnandi genere ceber. 2. Ejus bella in Ægypto; in Cypro; classi Ægyptiæ præest. 3. Domum revocatur; propter invidiam plerumque abest. 4. In bello sociali occumbit, desertus a suis.

---

CHABRIAS, Atheniensis. Hic quoque in summis habitus est ducibus, resque multas memoria dignas gessit.<sup>a</sup> Sed ex his elucet maxime inventum ejus in prælio, quod apud Thebas fecit, cum Bœotii<sup>2</sup> subsidio venisset. Namque in eo, victoria fidente summo duce Agesilao,<sup>3</sup> fugatis jam ab eo conductitiis catervis, reliquam phalangem<sup>b</sup> loco

~~~~~  
1 *Chabriadis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Chabriæ vita* Ed. Ald.—2 *Bœotiiis* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. ubique. Paulo ante *memoria dign.* Ms. Ax.—3 *In ea victoria fidentem summum duce[m] Agesilaum* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. *in ea auctoritate fidentem summum duce[m]* Ms. Voss. 2. et Boecl. Etiam in Ed. Keuch. et Patav. est *in ea*. Mox *conductitiis* Ed. Jens. Med. Arg. Long.

### NOTE

<sup>a</sup> *Resque multas memoria dignas gessit*] De quibus fuse Xenoph. de reb. Græc. lib. v. Diodorus lib. xv. Plutarchus in Phocione. Demosthenes oratione in Leptinem; quem etiam non solum res memoria dignas gessisse, sed et dixisse testatur Plutarchus in Apophthegm.

<sup>b</sup> *Reliquam phalangem*] Dupliciter apud Auctores phalangis nomen accipitur: apud Macedones turba erat constans octo peditum millibus; apud alios Græciæ populos, stabile dicitur agmen sine determinato numero, ubi vir viro, arma armis conserta sunt; quo sensu hic accipitur.

vetuit cedere, obnixoque genu scuto,<sup>c</sup> projecta[que]<sup>d</sup> hasta<sup>e</sup> impetum excipere hostium docuit. Id novum Agesilaus contuens,<sup>f</sup> progredi non est ausus, suosque jam incurrentes tuba revocavit.<sup>g</sup> Hoc usque eo tota Græcia<sup>h</sup> fama celebratum est, ut illo statu Chabrias sibi<sup>i</sup> statum fieri voluerit, quæ publice ei ab Atheniensibus in foro constituta est. Ex quo factum est, ut postea athletæ<sup>j</sup> ceterique artifices<sup>k</sup> his statibus<sup>l</sup> in status ponendis uterentur, in quibus<sup>m</sup> victoriam essent adepti.<sup>n</sup>

2. Chabrias autem multa in Europa bella administravit, cum dux Atheniensium esset:<sup>o</sup> in Ægypto sua sponte<sup>p</sup> ges-

<sup>a</sup> Clypeoque ad genu firmiter acclinato, porrectaque hasta. <sup>b</sup> Receptui cecinit.  
<sup>c</sup> *Eo in corporis habitu status ponerent, in quo victoriam obtinuissent.*



Mag. Patav. Dein *phalangen* Ms. Voss. 2.—4 *Projecta hasta* Ms. Dan. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Tzschuck. 2. Heinr. Paufl. Schmied.] *projectaque hasta* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith. Wetz. *que uncinis inclus.* in Ed. Bos. 2. Stav. Heus. et rell.]—5 Sic Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. [Ed. Bos. 2. et seqq. fere omnes.] Sed in Ms. Boecl. totus locus sic legitur: *id novum cernens, Agesilaus contuens id progr.* Etiam in Ms. Voss. 2. erat *id novum cernens Agesilaus contuens.* Sed *intuens* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Wetz. et sic correctum est a manu V. D. in meo exemplo ed. Bos. 2.]—6 Sic Ms. Dan. Ax. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Bos. cum seqq.] Sed in *Græcia* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *Græcia* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—7 *sibi* aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 1.—8 *Athletæ* Ed. Med.—9 *His stantibus status* Ms. Gif. Ax. Mendos. *his stantibus, status* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *isdem stantibus* Ms. Ernst. *his stantibus* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Dau. In Ms. Bav. altero verba *stantibus* in non habebantur.—10 Sic Ms. Ernst. Lamb. Gebh. [Bos. 2. Stav. 1. 2. 3. Hens. et rell.] Sed *cum* Ms. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. *quum* Ms. Voss. Faber in *Agonist.* p. 147. maluit *quibus*, vel *in quibus*.

1 *Dux esset Athen.* Ms. Ax.—2 Sic Ms. Dan. Mag. Mendos. Boecl. Leid.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Obnixoque genu scuto*] De hoc habitu ad præliandum composito vide Marcellinum, et D. Ambrosium; cui Romani testudinem substituerunt.

<sup>d</sup> *Ut postea athletæ*] Ii dicebantur, qui certaminibus, quæ a Græcis ἀγῶνες εἰσελαστικοὶ vocantur, vicissent; ii et Gymnici, quia nudi pugnabant quinque certaminum generibus, luctatione, pugilatu, cursu, saltu, pancratio.

<sup>e</sup> *Ceterique artifices*] Quales sunt Scenici, Musici, Pantomimi, et alii ejusmodi.

<sup>f</sup> *Multa in Ægypto sua sponte gessit*] Id est, sine publica auctoritate. Tullit autem auxilium Ægyptiis, quorum tunc Rex erat Tachus; vel, ut Polyæno placet, Thamus, cujus filius Nectanebus, alias Nectenabus; quem non filium, sed sororis ejus filium vocat Plutarchus in Agesilao.

sit.<sup>d 2</sup> Nam Nectanabin<sup>3</sup> adjutum profectus, regnum ei<sup>4</sup> constituit.<sup>e</sup> Fecit idem Cypri,<sup>5</sup> sed publice ab Atheniensibus Evagoræ adjutor datus: neque prius inde discessit, quam totam insulam bello devinceret; qua ex re Athenienses magnam gloriam sunt adepti. Interim bellum inter Ægyptios et Persas conflatum est. Athenienses<sup>5</sup> cum Artaxerxe societatem habebant; Lacedæmonii cum Ægyptiis, a quibus magnas prædas Agesilaus rex eorum faciebat.<sup>h</sup> Id intuens<sup>6</sup> Chabrias, cum in re nulla Agesilao cederet, sua sponte eos<sup>7</sup> adjutum profectus,<sup>i</sup> Ægyptiæ classi præfuit; pedestribus copiis Agesilaus.

3. Tum præfecti regis Persiæ,<sup>1</sup> legatos miserunt Athenas questum, quod Chabrias adversum regem bellum gereret cum Ægyptiis. Athenienses diem certam Chabriæ præstiterunt,<sup>2</sup> quam ante domum nisi redisset, capitis se illum

<sup>d</sup> *Plurima ad Nilum privato jure fecit.*

<sup>e</sup> *Illi principatum asseruit.*

1. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Ald. [Bos. Stav. et seqq. fere omnes.] Sed nulla in Æg. s. sp. g. Ms. Ernst. In Ægypto bellum sua sp. g. Ms. Bav. 1. in Æg. s. sp. quædam gess. Ed. Long. multa in Æg. s. sp. g. Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. [Wetz. Sed quod unum hoc bellum, in quo classi præfuit, a Plutarcho in vita Chabriæ c. 37. a Diod. Sic. xv. 92. et a Nepote commemoratur, τὸ multa neque addi neque ex præcedentibus repeti debet; sed subintelligendum est bellum.]—3 *Nectebenin* Ms. Dan. *Nectebenni* Ms. Bav. 1. *Neptenabum* Ms. Bav. 2. Ed. Jens. Med. Par. *Nectebenum* Ms. Voss. 1. 2. *Hecteben* Ms. Leid. 2. *Nectanabin* Ed. Heus. [Tzschuck. 2. Schmied. Heindr. et sic correxi: *Neptanebin* Ed. Ith. *Nectanebum* Ed. Long. Lamb. Bos. Stav. (qui ad ed. 2. et 3. defendit hanc scripturam, et appellat Wesseling. ad Diod. Sic. xv. c. 42. et 92.) Tzschuck. 1. Harl. Wetz. Brem. Paufl.] *Nectenabum* Ed. Patav.—4 *Ei* aberat a Ms. Voss. 2. Ax.—5 Sic Ms. Dan. Boecl. Voss. 1. 2. Ex. [Ed. Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *et Athen.* Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—6 *Id metuens* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.—7 *Sponste ad adj.* Ms. Ax.

1<sup>2</sup> *Persæ* Ms. Bav. 1. 2. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. bene: ut ‘*Ægyptius* rex,’ II. 2. et Nepos dicit *Persis*, non, *Persia*: v. Eumen. 7. et 8. *Perse* Ms. Boecl. *Perses* Ms. Leid. 2. in quo etiam erat *regii* pro *regis*. Mox *q̄sitū* Ed. Arg.—2 *Præstiterunt* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Arg. Ald.

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Fecit idem Cypri*] Pro, in Cypro; vel, fecit idem Cypri Regi.

<sup>h</sup> *A quibus magnas prædas Agesilaus rex eorum faciebat*] Sic Cicero in Verrem: maximos quæstus prædasque fecisse.

<sup>i</sup> *Sua sponte eos adjutum profectus*] Id est, sine suffragio et decreto populi, ut jam supra; nam Diodorus scribit eum ab Acoride fuisse accessitum.

damnatos denuntiarunt. Hoc ille nuntio Athenas rediit, neque ibi diutius est moratus, quam fuit necesse. Non enim libenter erat ante oculos civium suorum:<sup>3</sup> quod et vivebat laute, et indulgebat sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset<sup>4</sup> effugere. Est enim hoc commune vitium in<sup>5</sup> magnis liberisque civitatibus, ut invidia gloriæ comes sit;<sup>6</sup> et libenter de his<sup>7</sup> detrahant, quos eminere<sup>8</sup> videant altius: neque animo æquo<sup>9</sup> pauperes alienam opulentium<sup>10</sup> intuantur<sup>11</sup> fortunam.<sup>j</sup> Itaque Chabrias, quoad ei<sup>12</sup> licebat, plurimum aberat. Neque vero solus ille aberat Athenis libenter, sed omnes fere principes fecerunt idem:<sup>13</sup> quod tantum se ab invidia putabant futuros,<sup>14</sup> quantum a conspectu suorum recessissent.<sup>15</sup><sup>k</sup> Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi,<sup>1</sup>

Long. *prostituerunt* Ms. Ax.—3 *Suorum civium* Ms. Dan.—4 *Possit* Ms. Dan.—5 *Hæc vitium in* absunt ab Ed. Ultraj.—6 *Ut invidiæ gloria comes sit* Ms. Dan. Voss. 2. Ax. *et invidia gloriæ comes sit* Ms. Leid. 2. *Ut invidiæ gloriæ comes sit* Ms. Voss. 1. sed supra notatum *invidia*.—7 *De iis* Mss. Bav. [Gif. v. hujus indic. Lucret. in *Suariloquus*.] Ed. Lamb. his Ed. Ultraj. *Statim detrahunt* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Patav. [Sed *detrahant* Ms. Dan. Bav. Ed. Gebb. Bos. et seqq.].—8 Sic Ms. Dan. Ax. Bav. Sed *emergere* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav. *Statim vident* Ed. Ultraj. [*viderint* Ed. Long.]—9 *Æquo animo* Ms. Ax.—10 *Opulentium* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Pat. sed *opulentium* etiam Ms. Dan. Gif. Bav. Put. Sav. [Riclef. et ante eum Scheffer. in *Obs.* misc. vol. ix. tom. 2. p. 210. voc. *opul.* tanquam superfluum ideoque spurium uncis inclusit; sed immerito, arbitror.]—11 Sic Ms. Dan. Gif. Bav. Mendos. Voss. 2. Leid. 2. [Ed. Bos. 2. Heusing. Stav. Tzschuck. quem vid. ad ed. 2. Bip. Ith. Brem. Harl.] Sed *intuantur* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. [Schmied. Wetz. Sed Heusing. ‘mirum vero est,’ ait, ‘si Nepos obsoleti verbi forma uti voluit, cur non dixerit potius *intuantur*, cum conjunctivum exigat sententia. Fortasse omnia hæc *neque animo....intuantur fortunam* ab aliquo allita sunt, qui probatis sibi gnomis similes apponere licitum putavit.’ At vereor, ut hoc sit probabile.]—12 *Quoad lic.* Ms. Boecl. *quo ei lic.* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax.—13 *Hæc fecerunt idem* aberant a Ms. Mendos.—14 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Long. Bos. cum plurimis seqq.] Sed *æ futuros* Ms. Ax. *afuturos* Ed. Lamb. Gebb. Kench. qui sic legendum censet: *abfuturos* Ed. Paris. Steph. Mag. Patav. [Brem. Wetz. atque Heusing. in not. non rejicit.] *affuturos* Ed. Ald.—15 *Recesserint* Ms. Dan. Ax. Mox *Thracia* Ms. Dan.—16 *Lesbo....*

## NOTÆ

<sup>j</sup> *Opulentium intuantur fortunam*] Od. iii. 30.

Pro *opulentorum*: opulens, pro opulentus, ex Ausonio: ‘Non opulens nec egens, parcus sine sordibus egi.’ Violens, pro violentus, ex Horatio

<sup>k</sup> *Quantum a conspectu suorum recessissent*] Quia subductio sui ab oculis vulgi lividi omnem invidiæ viam præcidit.

Chares in Sigeo.<sup>16 m</sup> Dissimilis quidem Chares<sup>n</sup> eorum<sup>17</sup> et factis et moribus, sed tamen Athenis et honoratus et potens.

4. Chabrias autem periit bello sociali tali modo. Oppugnabant Athenienses Chium:<sup>1°</sup> erat in classe Chabrias privatus, sed omnes, qui in magistratu erant, auctoritate anteibat; cumque magis milites, quam qui præerant, aspiciabant. Quæ res ei<sup>2</sup> maturavit mortem. Nam dum primus studet portum intrare, et<sup>3</sup> gubernatorem jubet eo dirigere navem, ipse sibi perniciæ<sup>4</sup> fuit. Cum enim eo pene-trasset, ceteræ non sunt secutæ. Quo facto circumfusus hostium concursu, cum fortissime pugnaret,<sup>5</sup> navis rostro percussa, cœpit sidere.<sup>6 p</sup> Hinc refugere cum posset,<sup>7</sup> si

*Sygeo* Ms. Dan. Gif. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Arg. Etiam in Ed. Jens. Med. Long. Mag. est *Sygeo*. [Sed ego cum Hensing. Stav. 3. et reliquis reddidi in *Sigeo*, quia in Græcis scribitur Σίγειον: v. Stav. ad ed. 3. qui de hoc Troadis promontorio, hod. *Iannizari*, cum urbe cognomine, quæ h. l. innuitur, et lectione loci copiose agit, laudatque Herodot. v. c. 65. et 91. et interpret. ad c. 95. atque Hemsterh. ad Luciani Contempl. tom. 1. p. 520. aliosque.] *Lesbo*... *Sigæo* Ms. Ax. in *Sigæo* Ed. Par. [Keuch. Lamb. Bos. Stav. 1. 2. Harl. Bipont. Brem. Schmied.] *Leish* Ed. Med. librariorum peccato.—17 *Horum* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Keuch. Heus. [Ith. Bip. Heinr. Wetz. Schmied.] *Statim et factis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. [Tzschuck. Ith. Bip. Heinr. Schmied. Wetz. et ego addidi: verum τῶ et prius omittitur in ed. Bos. Staver. Harl. Brem.]

1 *Chium* Ed. Arg.—2 *Ei aberat* a Ms. Leid. 2. *Statim mortem maturavit* Ms. Voss. 2. Ax.—3 *Et aberat* a Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—4 *Perniciæ sibi* Ms. Ax.—5 *Pugnarent* Ed. Jens. Med.—6 *Fidere* Ms. Voss. 1. Mendos.—7 *Sic* Ms. Gif. *Sed cum ref. posset* Ms. Dan.

## NOTE

<sup>1</sup> *Timotheus Lesbî*] De Timotheo mox. Lesbos insula est, de qua supra.

<sup>m</sup> *Chares in Sigeo*] Chares, Atheniensium Dux, in promissis facilis et promptus; unde istud, ‘Charetis pollicitationes.’ Suidas. Sigenum Idæ promontorium est; Arist. animalium lib. v. *Ælianus* vero et *Pomponius oppidum* dicunt. Apud *Strabonem* lib. XIII. tamen duo sunt ejus nominis oppida, sibi vicina; ut est apud *Plinium*,

<sup>n</sup> *Dissimilis quidem Chares*] Super ea re *Diodorum* et *Plutarchum* in *Apophtlegm.* consule.

<sup>o</sup> *Oppugnabant Athenienses Chium*] Chius insula est Ionum clarissima, prope *Erythras* urbem minoris Asiae. Vide *Plin.* lib. v. 31.

<sup>p</sup> *Navis rostro percussa, capit sidere*] Pro, pessum ire, et demergi; nam sidere anchoræ dicuntur quæ fundo infixæ hærent; unde illud *Poëtæ Horatii*, ‘Prinsque cælum sidet inferius mari.’ Et apud *Senecam Rhet. Sua-*

se in mare dejecisset,<sup>9</sup> quod suberat classis Atheniensium, quæ exciperet<sup>8</sup> natantes; <sup>7</sup> perire maluit, quam armis abjectis<sup>r</sup> navem relinquere, in qua fuerat vectus.<sup>10</sup> Id ceteri facere noluerunt, qui nando in tutum pervenerunt. At ille præstare honestam mortem existimans turpi vitæ,<sup>11</sup> cominus<sup>12</sup> pugnans telis hostium interfectus est.

Bav. 1. 2. Ed. Patav. *ref. cum non posset* Ms. Voss. 2. Ax. *cum ref. non posset* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Statim *nisi* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Tum *in mari* Ms. Voss. 2.—8 *Acciperet* Ms. Voss. 1.—9 *Natantis* Ms. Gif. [Ed. Bos. 2. Stav. Tzschuck. Harl.] Sed *natanteis* Ms. Dan. *natantes* Ed. Heus. [Heinr. Schmied. Wetz. v. supra ad x. 4.] *natantem* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boerl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Ith.]—10 Hæc verba *in qua fuerat vectus*, glossema esse censet Oudendorp. ap. Staver. sed recte dissentiente Tzschuckio ad ed. 2. Atque in nostro hinc inde quædam redundare solent.] —11 *Turpi vitæ exist.* Ed. Steph. Gebh. Keuch.—12 *Cominus* Ed. Med. Arg. Long. Mag. Patav. [Heinr. Tzschuck. Schmied. et ego correxi pro *comminus* in Ed. Lamb. Bos. Heus. et rell. Hensing. tamen tuetur scripturam *comminus*, quod sit a *con* et *manus*. Fischer ad h. l. in libello varr. lectt. ea, quæ sequuntur, manu ascripsit: ‘Hactenus contuli cum edit. Patav. quia ex his jam putabam de diligentia posse judicari.’ Et tamen postea sæpius attulit lectt. illius edit.

## NOTE

soriarum i. ‘Accumulat fragor ipse metus, jam sidere limo Navigia, et rapido desertam flamine classem.’

<sup>9</sup> *Hinc refugere cum posset, si se in mare dejecisset*] Alii, cum negatione,

leguntque, *hinc cum refugere non posset, nisi se in mare, &c.* utrumque non improbandum mihi videtur.

<sup>r</sup> *Quam armis abjectis*] Quia probrum erat, et dedecus militare.



### XIII.

## TIMOTHEUS.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Ejus virtutes et facta bellica. 2. Ipsi, Lacedæmoniorum victori, statua ponitur. 3. Senex Menestheo prætori in consilium datur. A Charete, prætore, accusatus damnatur. 4. Filius ejus Conon muros reficere cogitur. Singularis amicitiae testimonium Jasonis erga Timotheum.

---

**T**IMOTHEUS, Cononis filius,<sup>a</sup> Atheniensis. Hic a patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim disertus,<sup>b</sup> impiger, laboriosus,<sup>c</sup> rei militaris peritus, neque minus civitatis regendæ. Multa hujus sunt præclare facta, sed hæc maxime illustria. Olynthios et Byzantios<sup>2 d</sup> bello subegit. Samum cepit: in qua oppugnanda<sup>3</sup> superiore<sup>4</sup> bello Athenienses mille et ducenta talenta consumserant:<sup>5</sup>

//////////

1 *Timothei vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 *Bizant.* Ed. Arg.—3 *In quo oppugnando* Ms. Leid. 2. Dan. Mendos.—4 *Superiori* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Keuch. Patav. [Sed *superiore* Ed. Bos. et seqq. Bene. Nam comparativorum sextus casus rectius in *e* terminatur: v. Bentlei. ad Horat. Serm. 1. 9. 68. et Gruner. ad Vellei. Paterc. II. 4. p. 87.]—5 *Consumserunt* Ms. Ax. et statim *hanc ille* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.

### NOTÆ

<sup>a</sup> *Cononis filius*] Ex Threicia pellice, quæ postea modestiæ exemplum evasit. Athenæus lib. XIII. 13.

<sup>b</sup> *Fuit enim disertus*] Idem testatur Cicero de Offic. l. 1. 'Africanus,' inquit, 'cumulavit bellicam gloriam; quod idem fecit Timotheus Cononis filius: qui cum belli laude non inferior fuis-

set quam pater, ad eam laudem doctrinæ et ingenii gloriam adjecit.'

<sup>c</sup> *Laboriosus*] Φιλόπονος, seu laboris amicus.

<sup>d</sup> *Olynthios et Byzantios*] Olynthus, urbs Thraciæ, olim Atticæ ditionis. De Byzantio jam supra dictum est.

id ille sine ulla publica impensa populo restituit. Adversum Cotym<sup>6</sup> bella gessit,<sup>e</sup> ab eoque<sup>7</sup> mille et ducenta talenta prædæ in publicum retulit.<sup>8</sup> Cyzicum obsidione liberavit.<sup>f</sup> Ariobarzani<sup>9</sup> simul cum Agesilao<sup>5</sup> auxilio profectus est: a quo cum Laco<sup>h</sup> pecuniam numeratam accepisset, ille cives suos agro atque urbibus augeri maluit, quam id sumere, cujus partem domum suam ferre posset.<sup>10</sup> Itaque accepit Crithoten<sup>11</sup> et Sestum.<sup>i</sup>

2. Idem classi præfectus circumvehens<sup>1</sup> Peloponnesum, Laonicam<sup>2</sup> populatus, classem eorum fugavit. Corcyram

Patav. [sed *id* per synesin, sc. argentum sive argenti pondus, bene se habet.]—6 *Cothum* Ms. Ax. *Cotum* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Par. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2.] *Cotyn* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. [Wetz. et malit Heus. qui tamen, uti reliqui, edidit *Cotym*:] v. Ducker. ad Flor. iv. 2. *Cholum* Ms. Voss. 1. in quo ipso libro pro *adversum* erat *adversus*, ut in Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch. [Wetz.]—7 *Ab eo* Ed. Par. Ald. Lamb.—8 Sic etiam Ms. Dan. Ax. Voss. 2. Ed. Bos. 1. 2. Keuch. Ultraj. Heus. [Wetz. Itb. Bipont. Brem. Schmied.] Sed *detulit* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Stav. 1. 2. 3. Patav. [Harl. Tzschuck. 1. 2. qui tamen in not. *retulit* in hoc nexu melius esse censet:] *detulit* probat Grævius ad Cic. de Offic. ii. 22. Statim *Cyzicum* Ms. Voss. 1. *Cizicum* Ed. Jens. Med. Arg.—9 *Ariobarzanum* Ed. Jens. Med.—10 *Possent* Ms. Ernst. Leid. 2. *quisque ferre posset* Ms. al. marg. [Atqui *possent* Tzschuck. in not. ad ed. 1. probarat; sed in not. ad ed. 2. tuitus est et recte explicuit cum Heusing. et Harl. (quem vid.) vulgatam lect. *posset*.]—11 Ita conjecit Gebh. [quem Bos. in ed. 2. et sequentes sunt secuti.] Sed *Erithonem* Ms. Dan. *Chrithonem* Ms. Gif. Mendos. Leid. 1. *Critonem* Ms. Voss. 1. *Chrythonem* Ms. Leid. 2. *Erichthonem* Ms. Voss. 2. Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Mox *Sextum* Ms. Ax. Voss. 1. 2. Dan. Mendos. Gif. Ed. Mag. *Sestæ* Ed. Ald.

1 *Circumvehens* Ed. Jens. Med. Ald.—2 *Laconitem* Ms. Leid. 2. *Laconicem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Laconicen* in forma Græca Ms. Ax. [Ed. Long.

## NOTE

<sup>e</sup> *Adversum Cotym bella gessit*] Vel *Cotyn*; quidam etiam *Cotum*, ut supra in Iphicrate. Hic Paphlagonum, ille Thracum rex fuit.

<sup>f</sup> *Cyzicum obsidione liberavit*] *Cyzicus*, urbs antiqua in Mysia ad Propontidem, juxta Ptolemæum, et alios.

<sup>g</sup> *Ariobarzani simul cum Agesilao*] Ariobarzanes ille Persarum Regis Satrapes fuit, qui jampridem a Rege defecerat.

<sup>h</sup> *A quo cum Laco*] Agesilans designatur.

<sup>i</sup> *Itaque accepit Crithoten et Sestum*] *Erichthonem*, ut quidam legunt, Abydi synonymum esse conjicit Abrahamus Otelius. Sunt qui *Erithonem* et *Sextum* legant; quidam etiam *Crithonem*. Est Crithote urbs in Chersoneso Thraciæ, quam Athenienses, Miltiade Duce, incolerunt, ut supra dictum est in Miltiade, Suida et Stephano testibus. Sestus vero ad Hellespontum Abydo objecta in eadem Chersoneso sita, ut jam dictum est.

sub imperium Atheniensium redegit;<sup>j</sup> sociosque idem<sup>3</sup> ad-  
 junxit Epirotas,<sup>k</sup> Athamanas,<sup>4</sup> Chaonas, omnesque eas  
 gentes, quæ mare illud adjacent.<sup>m</sup> Quo facto Lacedæmonii  
 de diutina contentione destiterunt,<sup>5</sup> et sua sponte Athenien-  
 sibus imperii maritimi principatum<sup>n</sup> concesserunt; pacem-  
 que his legibus constituerunt, ut Athenienses mari duces  
 essent. Quæ victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut tum  
 primum aræ PACI publice sint factæ,<sup>6</sup> eique Deæ pulvi-  
 nar sit institutum.<sup>p</sup> Cujus laudis ut memoria maneret,  
 Timotheo publice statuam in foro posuerunt:<sup>q</sup> qui honos  
 huic uni ante hoc tempus<sup>7</sup> contigit, ut, cum patri populus

Stav. 3. Tzschuck. et sic legere etiam vult Heusing. in not.]-3 *Eidem* Ms. Leid. 2. [Heusing. non male coniecit *isdem*, pro *eisdem*, scil. Atheniensibus.]-  
 4 Sic etiam Ed. Mag. (in qua quidem vitiose *Athamanos*; sed e notis Magii intelligitur, eum voluisse edi *Athamanas*,) Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Sed *Atamanas* Ed. Ald. *Athamanas* Ms. Ax. *Athamattus* Ms. Dan. *Athamantias* Ms. Voss. 1. *Athamantios* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Achurnanus* Ed. Bos. 1. *Acharmanas* est in Ed. Boecl. etiam Bos. 2. hand dubie operarum errore, quod notæ Bosii satis declarant. *Acarmanas* Ed. Long. in quo mox est *Chaones*, ut in Ed. Arg. Par. et Ms. Ax.—5 *Destituerunt* Ed. Long. operarum peccato.—  
 6 *Pacis publicæ* f. Ms. Leid. 2. *paci publicæ* s. f. Ms. Ax. Ed. Long. Mag. Keuch. Patav. Mox *pulvina* Ms. Leid. 2.—7 *Ante id tempus* Ms. Boecl. Ax. Dan. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. [et tnetur explicatque *eo tempore* Schmied. in Lex. Corn. p. 36. uti jam rescripserat antea et interpretatus erat Heus. quem vid. Etiam dare voluisse Stav. ex ejus nota ad cd. 2. colligitur:] *ante tempus* Ed. Ald. *Statim contigit nemini* Ed. Steph.—

## NOTÆ

<sup>j</sup> *Corcyrum sub imperium Atheniensium redegit*] Insula est in Ionio mari, nunc vulgo *Corfu*; ut supra.

<sup>k</sup> *Adjunxit Epirotas*] Epiri regionis Græciæ versus Adriaticum mare incolas, qui primo Pyrrhidæ dicti sunt.

<sup>l</sup> *Athamanas*] Quidam *Athamatas*; alii *Athamantios*; alii *Acarmanas*; ex Diodoro, quod non improbo, quia in eo tractu nulli iuveniuntur populi qui superioribus nominibus cogniti fuerint. De Acarnanibus autem jam dictum est.

<sup>m</sup> *Quæ mare illud adjacent*] Antiqua loquendi forma; pro, quæ mari illi, vel, ad mare illud, adjacent.

<sup>n</sup> *Imperii maritimi principatum*] Quem per septuaginta quinque annos

servaverunt, postquam diu de illo cum Lacedæmonii Athenienses contendissent.

<sup>o</sup> *Aræ PACI publice sint factæ*] Aras paci jam positas post victoriam Cimonis in Persas ad Eurymedontem scribit Plutarchus in Cimone, quod Nepoti repugnare videtur.

<sup>p</sup> *Eique Deæ pulvinar sit institutum*] Quod apud Romanos in more positum est, ut et apud Græcos, ex Livio, et aliis qui frequenter de Lectisterniis loquuntur, seu sacris pulvinaribus.

<sup>q</sup> *Timotheo publice statuam in foro posuerunt*] Statuam hanc inter eas numerat Pausanias quæ in Arce Minervæ positæ sunt.

statuam posuisset, filio quoque<sup>8</sup> daret. Sic juxta posita recens filii veterem patris renovavit memoriam.<sup>9</sup><sup>r</sup>

3. Hic cum esset magno natu, et magistratus gerere desisset,<sup>1</sup> bello Athenienses undique premi<sup>2</sup> sunt cœpti. Defecerat Samus: descierat<sup>3</sup> Hellespontus:<sup>s</sup> Philippus jam tum<sup>4</sup> valens<sup>t</sup> [Macedo]<sup>5</sup> multa moliebatur;<sup>6</sup> cui oppositus Chares cum esset,<sup>u</sup> non satis in eo præsidiū putabatur. Fit Menestheus<sup>7</sup> prætor,<sup>v</sup> filius Iphicratis,<sup>8</sup> gener Timothei, et, ut ad bellum<sup>9</sup> proficiscatur, decernitur. Huic in consilium<sup>10</sup> dantur duo usu sapientiaque<sup>11</sup> præstantes, [quorum consilio uteretur,]<sup>12</sup> pater et socer:<sup>w</sup> quod in his tanta erat<sup>13</sup> auctoritas, ut magna spes esset, per eos amissa<sup>14</sup> posse recuperari. Hi cum Samum profecti essent, et eodem Chares,

\* *Philippus Macedo, jam tum potens, plurima machinabatur.*

//////////

8 *Quodque* Ms. Voss. 1.—9 *Memoria* Ed. Ald. Mag.

1 *Desiisset* Ed. Long. *descisset* Ms. Voss. 2.—2 *Præmi* Ed. Arg. et in Ald. Mox *cepti*.—3 *Desierat* Ms. Voss. 2.—4 *Tunc* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Keuch.—5 Absunt unci in ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Wetz. Schmied. Neque Kappio voc. *Macedo* ejiciendum neque suspectum videtur.]—6 *Molibatur* Ms. Dan. *jam tum val. Macedo jam tum multa mol.* Ms. Ax.—7 *Menestheus* Ms. Voss. 1. *Mnestheus* Ed. Ultraj. Long. Mag.—8 *Hippocratis* Ms. Voss. 1. sed in marg. 'al. *Hyphicratis*.'—9 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. sed *et ad b.* Ms. Boecl. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. *Tum proficiscitur* Ed. Jens. Med. Par.—10 *In consilio* Ms. Boecl. Voss. 2. [idque non repudiandum judicat Scheffer. in Obs. misc. Belg. vol. ix. tom. 2. p. 210.]—11 Sic Ms. Dan. Boecl. Sed *et sapientia* Edd. nostri omnes, præter Stav. 1. 2. 3. [Brem. Tzschuck. 1. 2.]—12 Absunt unci ab Edd. nostris cunctis præter Bos. 1. 2. Stav. 1. 2. 3. [Ith. Wetz. Tzschuck. 1. 2. Harl. Bipont. Schmied. Paufl.]—13 *tanta esset* Ms.

#### NOTE

<sup>r</sup> *Veterem patris renovavit memoriam*] In aliis legitur *memoria*, quasi dicas, Recens filii statua veterem patris statuam memoria renovavit; quod parum mihi probandum videtur.

<sup>s</sup> *Descierat Hellespontus*] Id est, ora Hellespontica ab Atheniensium partibus defecerat.

<sup>t</sup> *Philippus jam tum valens*] Alexandri Magni pater.

<sup>u</sup> *Cui oppositus Chares cum esset*] Hunc Atheniensium Ducem segnem, tardum, deliciisque affluentem scribit

Athenæus, lib. XII. 15. et Theopompus lib. XLV. Plutarchus vero in Phocione sic de eo censet: 'Charetem itaque populus non tam suo merito, quam Oratorum ambitione, et studiis partium, huic expeditioni præficiunt.'

<sup>v</sup> *Fit Menestheus prætor*] Menestheus Iphicratis filius, de quo jam supra in Iphicrate.

<sup>w</sup> *Pater et socer*] Id est, Iphicrates et Timotheus.

adventu eorum cognito,<sup>15</sup> cum suis copiis proficisceretur, ne quid absente se gestum videretur; accidit, cum ad insulam appropinquarent, ut magna tempestas oriretur: quam evitare duo veteres imperatores utile arbitrati, suam classem suppresserunt.<sup>b 16</sup> At ille, temeraria usus ratione, non cessit majorum natu auctoritati: et, ut in sua navi<sup>17</sup> esset fortuna, quo contenderat, pervenit; eodemque ut sequerentur, ad Timotheum et Iphicratem<sup>13</sup> nuntium misit. Hinc male re gesta, compluribus amissis navibus, eodem, unde erat profectus, se recepit, literasque Athenas publice misit, sibi proclive fuisse Samum capere,<sup>c</sup> nisi a Timotheo et Iphicrate desertus esset.<sup>19</sup> Ob eam rem in crimen vocabantur. Populus acer, suspicax, mobilis, adversarius, invidus etiam potentiae, domum revocat: accusantur prodi-

<sup>b</sup> *Naves suas continuerunt.*

<sup>c</sup> *A se facile Samum capi potuisse.*



Boecl.—14 *Admissa* Ms. Ax.—15 *adv. cognito* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. *adv. illorum cogn.* Ms. Leid. 2. Ed. Arg. Long. *illorum adv. cognito* Ms. Ax. Dan. Mendos. *eorum adv. cogn.* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. *eorum unciis inclusit* Hens. [‘Possit abesse,’ ait Tzschuck. ‘neque tamen, ut similia alia, necessario et jure abest.’ At, quia modo abest, modo alio legitur ordine, modo *illorum* scriptum est, *τὸ eorum* suspectum esse videtur.]—16 *Represserunt* Ms. Mendos. Paulo ante *τὸ utile* omisit Ed. Mag.—17 Sic etiam Ms. Mendos. Bav. 1. Voss. 2. Ed. Arg. Ultraj. Long. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. 2. [Stav. 1. 3. Bipont. Pauli. Tzschuck. Brem.] *et ut in sua manu* Ms. Dan. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Heus. [qui, quod plures erant naves, quibuscum Chares ad insulam accesserat, non una, nec fortunam in navi esse, a Latinis dici putat, tuetur manu, Ed. Ith. Schmied.] *et ut si in sua manu* Ed. Ald. Lamb. Patav. [Wetz.] *et ut sua navi* Ms. et Ed. Boecl. *et in sua manu* Ed. Jens. Med. *et tanquam in sua manu* Ed. Par. *et ut si in sua navi* Ed. 2. Stav. [Harl. Heinr.] quod placet. V. Dat. 3. et 11. Ages. 4. et 6. [et sic legere jam maluit Scheffer. in Obs. misc. Belg. vol. ix. tom. ii. p. 210. Heinr. hand male suspicatus, *ut si in navi esset sua fortuna*, eo putat majorem sententiae venustatem esse accessuram; Tzschuck. ad ed. 2. *τὸ si* lubens amplecteretur, si in vett. libris adesset; sed recte defendit navi.]—18 *Hippocratem* (ut sect. 2.) et mox *Hippocrate* Ms. Voss. 1. sed supra notatum erat *Hiphicratem*, et dein *Hiphicrate*.—19 Asteriscus abest ab Edd. nostris omnibus. [Sed est in Bos. 2. Stav. 1.] In Ms. Dan. Boecl. Voss. 1. Leid. 1. 2. legitur locus sic: *populus acer, suspicax, ob eamque rem mobilis, adversar. inv.* [Scheffer. quem vid. in Obs. l. c. p. 211. *τὸ invidus* omittit] *et jam pot. in crimen vocabantur demum rev.* Sed a Ms. Voss. 2. aberant verba: *ob eam rem in crimen vocabantur.* Hensinger. inde illa verba inclusit unciis: [sed dissentit ab eo Staver. ad ed. min. At Bremi quoque illa verba censet ab alio fuisse interpretationis loco ascripta.] Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. *populus acer, suspicax, ob eamque rem mobilis, adversarius, invidus etiam potentiae: in crimen vocabatur:* [Ed. Arg. vocabantur:] *Domum revocat: accusantur* [accusatur Ed. Par. Ald.] *proditionis.* In Ms. Mendos. erat in crimine vocabant: Ed. Long. *ob eam rem in cr. vocabantur. Nan pop. ac. susp. mob.*

tionis.<sup>d 20</sup> Hoc iudicio damnatur Timotheus,<sup>x</sup> lisque ejus æstimatur<sup>21</sup> centum talentis. Ille odio ingratae civitatis coactus, Chalcidem<sup>22</sup> se contulit.<sup>y</sup>

4. Hujus post mortem cum populum iudicii sui poeniret,<sup>1</sup> mulctae novem partes<sup>2</sup> detraxit, et decem talenta Cononem filium ejus<sup>3</sup> ad muri quandam partem reficiendam jussit dare. In quo fortunae varietas est animadversa. Nam quos avus Conon muros ex hostium præda patriæ restituerat, eosdem nepos, cum summa ignominia familiæ, ex sua re familiari reficere coactus est. Timothei autem moderatæ sapientisque vitæ cum pleraque possimus<sup>4</sup> proferre testimonia, uno erimus contenti; quod ex eo facile conjici poterit, quam carus<sup>5</sup> suis fuerit. Cum Athenis adolescentulus causam diceret, non solum amici privatique hospites ad eum defendendum convenerunt, sed etiam in eis Jason tyrannus,<sup>6 z</sup> qui illo tempore fuit omnium potentissimus. Hic cum in patria sine satellitibus se tutum non arbitrare-

<sup>d</sup> Ut rei accusabantur.

//////////

*adv. inv. etiam pot. confestim eos domum rev.*—20 *Proditionis* Ms. Voss. 1.—21 *Existimatur* Ms. Voss. 2.—22 *Chalcidem* Ed. Long. *Chachidem* Ms. Voss. 1.

1 Sic Ms. Mendos. Dan. [Ed. Bos. et sqq.] Sed cum populum sui iudicii poenirebat Ms. Leid. 1. *populus, cum cum jud. sui p.* Ed. Lamb. Pat. cum populum iudicii sui p. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—2 *Partis* Ed. Jens. Med. Gebh.—3 *Ejus filium* Ed. Lamb.—4 Ita etiam Ms. Dan. Voss. 1. Ed. Lamb. [Bos. 2. Stav. Harl. Brem. Heinr. Tzschuck. Schmied.] Sed cum complura possumus Ms. Voss. 2. Ed. Boecl. Keuch. Bos. 1. cum pleraque possumus Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Patav. cum plura possumus Ms. Ax. Ed. Heus. [Ith. Wetz., qui vulgatum ineptum esse pronuntiat, nec damnat τὸ plura Tzschuck. ad utramque edit. ratus id apte spectare τὸ uno.] Male: nam plerique sunt sæpe multi: v. Rucker. tom. 1. Diss. Belgic. p. 309. [Add. Stav. ad ed. min.]—5 Ed. Jens. Med. [Hens. et recentt. recte: charus in multis edd. etiam Stav.]—6 *Jason tyrannus Thessaliæ* Ms. Dan. Leid. 1. *Lason tyr.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. *Jason tyr. Thessalorum* Ed. Long. [Atque Stav. ad ed. min. addendum putat *Thessaliæ* vel *Thessalorum*, ut ab aliis distinguatur, et

#### NOTE

<sup>x</sup> Hoc iudicio damnatur Timotheus] per astitit arce.'

Quia etsi una cum illo Iphicrates accusatus fuisset, tamen absolvitur, ut supra in Iphicrate.

<sup>y</sup> Chalcidem se contulit] Urbem Eubœæ ad Euripum; unde Virg. Æneid. vi. 'Chalcedicaque levis tandem su-

<sup>z</sup> Jason tyrannus] Non clarus ille Argonantarum Dux, sed, ut quidam volunt, Thessalorum tyrannus, cujus meminerunt Xenophon, Diodorus, Plutarchus, et alii complures.

tur, Athenas sine ullo præsidio venit;7 tantique hospitem fecit, ut mallet se capitis periculum adire, quam Timotheo de fama dimicanti deesse. Hunc adversus tamen Timotheus postea populi jussu bellum gessit; patriæque<sup>8</sup> sanctiora jura, quam hospitii, esse duxit.<sup>a</sup> Hæc extrema fuit ætas imperatorum Atheniensium, Iphicratis, Chabriæ, Timothei: neque post illorum obitum quisquam dux in illa urbe fuit dignus memoria.

~~~~~

de eo fusius disserit.]—7 *Tò venit* aberat a Ms. Voss. 2.—8 *Patriæ* Ms. Dan. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. *patriæ enim* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Patriæque sanctiora jura, quam hospitii, esse duxit*] Quod ei veluti probrum aliquod objicit Æschines Orat. *περὶ παραπροσβ.*

## XIV.

# D A T A M E S.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Inter barbarorum duces facile clarissimus. Bello contra Cadusios meretur, partem Ciliciæ. 2. Thyum dynasten Paphlagoniæ vivum capit. 3. Captum ad regem adducit. Copiis ad bellum Ægyptium præficitur. 4. Revocatur. Aspin Cappadocem capit. 5. Aulicorum insidias edoctus, Cappadociam sibi et Paphlagoniam occupat. 6. In bello adversus Pisidas amittit filium. Proditores et hostes Pisidas superat. 7. A filio natu maximo proditur. 8. Ducem Persarum, contra se missum, vincit. 9. Regis insidias callide declinat. 10. Mithridatis dolo capitur. 11. In colloquio per fraudem occiditur.

VENIO nunc ad fortissimum virum, maximique consilii, omnium barbarorum; exceptis duobus Carthaginiensibus,<sup>2</sup> Hamilcare et Hannibale.<sup>3</sup> De quo hoc plura referemus,<sup>4</sup> quod et obscuriora<sup>5</sup> sunt ejus gesta pleraque;<sup>6</sup> et ea, quæ prospere ei cesserunt, non magnitudine copiarum, sed consilii, quo tum omnes<sup>7</sup> superabat, acciderunt. Quorum nisi

1 *Datamis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 In quibusd. *Carthaginiensibus*: v. ad x. 1. sub fin.—3 *Amilcare et Anybale* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Etiam in Ed. Lamb. est *Annibale*. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. *Hamilchare*. [De scriptura voc. *Hannibal* v. Cellarii Orthogr. lat. p. 245. ibique Harl. et Arntzen. ad Aurel. Victor. de viris ill. cap. 14. p. 103. et infra Bos. ad xxiii. 1.]—4 *De hoc plura feremus* Ms. Dan. *de quo hoc plura feremus* Ms. Voss. 1. *de quo hæc plura feremus* Ms. Ax. *de hoc plura referemus* Ed. Long.—5 *Quod obsc.* Ms. Ax.—6 *Pluraque* Ms. Voss. 2. Ax.—7 Sic Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Long.

### NOTÆ

<sup>a</sup> *De quo hoc plura referemus*] Hinc omnes fere editiones incipiunt præter Lambinianam, quæ ab his verbis incipit; *Venio nunc ad fortissimum virum*, &c. quæ verba membranæ veteres Timotheo ascribunt.



ratio explicata fuerit, res apparere non poterunt. DATAMES patre<sup>8</sup> Camissare, natione Care,<sup>9</sup> matre Scythissa<sup>c</sup> natus, primum militum numero fuit apud Artaxerxem eorum, qui regiam tuebantur.<sup>10</sup> Pater ejus Camissares, quod<sup>11</sup> et manu fortis et bello strenuus, et regi multis locis fidelis erat reperi- tus, habuit provinciam, partem Ciliciæ<sup>12 d</sup> juxta Cappado- ciam, quam incolunt<sup>13</sup> Leucosyri.<sup>e</sup> Datames militare munus fungens primum, qualis esset, aperuit<sup>14</sup> in bello, quod rex adversus Cadusios<sup>15 f</sup> gessit. Namque hic, multis millibus



Boecl. [Bos. 1. 2. Wetz. Schmied. Paufl. *tunc* Ed. Tzsch. 2.] Sed quo tamen omnes Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Mag. quo tantum non (h. e. fere, propemodum) omnes Ed. Lamb. ex conjectura Tevenini, Steph. Gebh. Keuch. Stav. 1. 2. 3. Heus. Patav. [Ith. Harl. Brem. Bipont. Heinr.] Tuetur Gronov. et multis illustrat exemplis Drakenb. ad Liv. iv. 2. 12.—8 Ab his verbis incipit vita Datamis in Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ax. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Superiora leguntur annexa vitæ Timothei. Lambin. primum huc videtur transtulisse. [Atque Tzschuckio bene videtur Nepos præfationis loco hæc apposuisse.] *Dathames* Ms. Leid. 2. et *Camisare* Ms. Dan. ubique, Voss. 1. *Chamissare* Ms. Leid. 2. Ed. Arg. Par. *Chamisare* Ms. Voss. 2.—9 *Chare* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. et *nactione* Ms. Voss. 2. tum *Scytissa* Ms. Voss. 1. Dein *Artoxerxem* Ed. Par.—10 *Turbantur* Ms. Voss. 1.—11 *Quia et* Ms. Voss. 1. *quot et* Ed. Ald.—12 Sic Ms. Dan. (in quo tamen erat *Cilitia*.) Mendos. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Thott.] Sed provinciam *Ciliciæ* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav. [Heusing. conjecit vel *habuit provinciam Ciliciæ juxta ac Cappadociæ*, vel, si voc. *partem* retinere malimus, *Ciliciæ partem juxta ac Cappadociam*. Sed Tzschuck. ad ed. 2. recte tuetur vulgatam lect. propter Leucosyros, Syrorum reliquias in ea Cappadociæ parte, &c. add. Harl. et Schlegel. diss. cit. p. 81. sq. de lato voc. Syrorum significatu et de Leucosyris.]—13 *Colunt* Ms. Ax.—14 Sic Ms. Dan. Mendos. Ed. Ultraj. [Bos. Harl. Wetz. Tzschuck. 1. 2.] Sed *apparuit* Ms. Ax. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Hens. Patav. [Ith. Bipont. Schmied. Paufl.] Statim *in bello* etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Dan. [Ed. Long. Lamb. Bos. et rell.] Sed *bello* Ed. Steph. Gebh. Keuch.—15 *Gadusios* Ms. Voss. 1. Dan. Ed. Jens.

NOTE

<sup>c</sup> *Datames patre Camissare, natione Care, matre Scythissa*] Id est, cujus pater Camissares ex Caria natus erat, mater ex Scythia. Porro Caria nunc vulgo *Lungo*, regio minoris Asiæ, inter Lyciam et Ioniam. Vide Plin. lib. iii. 27.

<sup>d</sup> *Habuit provinciam, partem Ciliciæ*] Quidam legunt, *habuit provinciam Ciliciæ*; quod minus probo, quia Leucosyri non omnem Ciliciam incolebant, sed partem tantum, cui præpo-

situs est. Cilicia autem, nunc vulgo *Curumania*, regio est minoris Asiæ Tauro monti subjecta.

<sup>e</sup> *Juxta Cappadociam, quam incolunt Leucosyri*] Cappadocia est regio Pontica, quam Euphrates a majore Armenia dividit. Leucosyri vero eam Cappadociæ partem incoluerunt, quæ circa ostia Thermodontis. Plin. l. vi.

<sup>f</sup> *Adversus Cadusios*] Sunt Mediæ populi ad Caspium mare. Vide Strab. lib. xi.

regiorum interfectis, magni fuit ejus opera.<sup>16</sup> Quo factum est, ut,<sup>17</sup> cum in eo bello cecidisset Camissares, paterna ei traderetur provincia.

2. Pari se virtute postea præbuit, cum Autophradates<sup>18</sup> jussu regis bello persequeretur<sup>2</sup> eos, qui defeecerant. Namque ejus<sup>3</sup> opera hostes, cum castra jam intrassent, profligati sunt, exercitusque reliquus conservatus regis est:<sup>4</sup> qua ex re majoribus rebus præesse cœpit.<sup>5</sup> Erat eo tempore Thyus<sup>6</sup> dynastes Paphlagoniæ,<sup>h</sup> antiquo genere natus<sup>7</sup> a Pylæmene<sup>8</sup> illo, quem Homerus Troico bello a Patroclo<sup>9</sup> interfectum ait.<sup>i</sup> Is regi<sup>10</sup> dicto audiens non erat. Quam ob causam<sup>11</sup> bello eum persequi constituit, eique rei præ-

//////////

Med. Arg. *Candusios* Ms. Voss. 2.—16 *Namque hic...opera*. Sic Ms. Leid. 1. Bav. 1. 2. Boecl. Ax. Voss. 2. (in quo tamen scriptum erat *milibus*.) [Ed. Bos. Heus. et seqq.] *n. h. multis millibus interfectis...opera* Ms. Dan. Ed. Gebh. Keuch. Patav. *n. h. multis militibus regiorum interfectis...opera* Ms. Leid. 2. *multis militibus interfectis* Ms. Voss. 1. Longolius multa hic addidit. Edidit enim, *multis milibus hostium, regiorum quoque non paucis, interfectis*; quod etiam Ernstio placebat. Lambinus autem, *mult. mill. hostium et regiorum*.—17 *Ut* aberat a Ms. Leid. 1. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.

1 Sic etiam Ed. Ald. et Ms. Frontini Mag. v. Keuchen. ad Frontini Strategem. p. 24. [s. ad lib. 1. cap. 4. ex. 5. ubi quoque consules not. Oudendorp. p. 53.] Sed *Autophradates* Ms. Mendos. Dan. *Androphrodates* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. [Mag. quoque citavit Fischer. in mst. nota.] *Antiophyodates* Ms. Leid. 2.—2 *Prosequeretur* Ed. Med. Arg. Long. Mag.—3 *Hujus opera* Ms. Dan. Ax. Ed. Heus. [Heinr. Schmied. Sed *hujus* referendum esset ad Autophradatem; quare *ejus*, scil. Datamis, h. l. præstat.]—4 Sic quoque Ms. Dan. Ax. Sed *cons. est regis* Ms. Leid. 1. *rd regis* abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Patav.—5 *Cæperat* Ed. Lamb.—6 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 2. Sed *Thyus* Ms. Dan. et sic s. 3. *Thuis* Ms. Ax. *Thyius* Ms. Voss. 1. Statim *dinastes* Ms. Voss. 1.—7 *Ortus* Ms. Dan. Gif. Ed. Stav. 2. [Atque sic h. l. scribere jussit Oudend. ad Cæs. de B. G. vii. 77. 2. Sed *ortus* glossam sapit, et Stav. in ed. 3. tacite restituit *natus*.]—8 *Philemone* Ms. Dan. *Philimene* Ed. Jens. Med. *Philomene* Ed. Par. Arg. Long.—9 *Et Patr.* Ed. Jens. Med.—10 Sic Ms. Dan. Ed. Ultraj. [Bos. et seqq. Recte: v. Drakenb. ad Liv. xxix. 20.] Sed *regis* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Pat.—11 *Hæc quam ob causam* aberant a

## NOTÆ

<sup>ε</sup> *Cum Autophradates*] Lydiæ Satripes, de quo Diodorus lib. xv.

<sup>h</sup> *Thyus Dynastes Paphlagoniæ*] Hunc Paphlagoniæ regem vocat Athenæus ex Theopompo lib. iv. Paphlagonia minoris Asiæ regio ad Septemtrio-

nale littus versa.

<sup>i</sup> *A Patroclo interfectum ait*] Ex ipso Homero, non a Patroclo Achillis amico, sed a Menelao Lacedæmoniorum Rege interemtum esse Pylæmenem cognoscimus. Iliad. lib. v.

fecit Datamem,<sup>12</sup> propinquum Paphlagonis: namque ex fratre et sorore erant nati. Quam ob causam Datames omnia<sup>13</sup> primum experiri voluit, ut sine armis propinquum ad officium reduceret. Ad quem cum venisset sine præsidio, quod ab amico nullas vereretur<sup>14</sup> insidias, pæne interiiit. Nam Thyus eum clam interficere voluit. Erat mater cum Datame, amita Paphlagonis: ea, quid ageretur, rescivit, filiumque monuit. Ille fuga periculum evitavit, bellumque indixit Thyo:<sup>15</sup> in quo cum ab<sup>16</sup> Ariobarzane,<sup>j</sup> præfecto Lydiæ et Ioniæ totiusque Phrygiæ, desertus<sup>17</sup> esset: nihilo segnius<sup>18</sup> perseveravit, vivumque<sup>19</sup> Thyum cepit cum uxore et liberis.

3. Cujus facti ne prius fama ad regem, quam ipse, perveniret, dedit operam. Itaque omnibus insciis, eo, ubi erat rex, venit: posteroque die Thyum, hominem maximi corporis terribilique facie, quod et niger, et<sup>1</sup> capillo longo, barbaque erat promissa,<sup>2</sup> optima veste textit,<sup>3k</sup> quam satrapæ regii gerere consueverant; ornavitque<sup>4</sup> etiam torque, et



Ms. Leid. 2.—12 *Datamen* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. ubique. [Ith. Tzschuck. Harl.]—13 *Omnia* aberat a Ms. Leid. 1. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Uncis id inclusit Heusing. [qui etiam alias *prius*, non *primum* dicendum fuisse existimat. Sed bene dissentit Tzschuck. add. Stav. ad ed. 3.]—14 *Revereretur* Ms. Voss. 2. Ax.—15 *Thuynti* Ms. Dan. *Thumi* Ms. Voss. 1. sed in margine 'al. *Thio*.' Ms. Voss. 2. *Thia*. Ms. Ax. *Thui*.—16 *Cum Ariob.* sine ab Ms. Leid. 1. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg.—17 *Totiusque Phrygiæ dejectus esset desertus* Ms. Voss. 2.—18 *Sic quoque* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 1.—19 *Divumque* Ed. Haqu. vitiose. Statim *Thuynti* Ms. Dan. *Thuim* Ms. Ax. Mox in Ed. Arg. et Long. est *capit*.

1 *Niger, cap.* Ed. Lamb.—2 Ita etiam Ms. Gif. Dan. Ed. Ultraj. Gebh. [Bos. 2. Stav. et seqq.] Sed *prolixæ*, [quæ glossa esse videtur.] Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *prolixa* Ms. Voss. 2. Eadem permutatio horum vocabulorum est ap. Justin. iv. 4. 1.—3 Sic quoque Ms. Gifan. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Boecl. [Bos. et seqq. recentt.] Seda Ms. Dan. *rd textit* aberat. In Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Keuch. *contexit*. Mox *satrape* Ed. Mag. Dein *consuerant* Ms. Dan.—4 *Ornavit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. [Wetz.] sed *orna-*

## NOTÆ

<sup>j</sup> *In quo cum ab Ariobarzane*] De quo vide Diodorum, lib. xv.

<sup>k</sup> *Optima veste textit*] Nimirum purpura auroque distincta, qua provin-

ciarum rectores ornari solebant; unde Satrapæ seu Dynastæ illi purpurati dicebantur.

armillis<sup>1</sup> aureis, ceteroque regio cultu: ipse agresti duplici<sup>6</sup> amiculo circumdatus, hirtaque tunica, gerens in capite galeam venatoriam,<sup>m</sup> dextra manu clavam, sinistra copulam,<sup>a</sup> qua<sup>7</sup> vinctum ante se Thyum agebat, ut si feram bestiam captam duceret. Quem cum omnes prospicerent<sup>8</sup> propter novitatem ornatus, ignotamque formam, ob eamque rem magnus esset concursus; fuit non nemo, qui agnosceret Thyum, regique nuntiaret.<sup>9</sup> Primo non accredit.<sup>10</sup> Itaque Pharnabazum misit exploratum;<sup>11</sup> a quo ut rem gestam comperit, statim admitti jussit, magnopere delectatus<sup>12</sup> cum facto, tum ornatu: inprimis quod nobilis<sup>13</sup> rex in potestatem inopinanti<sup>14</sup> venerat. Itaque magnifice Data-

<sup>a</sup> *Læva vinculum.*

~~~~~

vitque etiam Ms. Voss. 2.—5 *Et armillis* Ms. Voss. 1. *atque armillis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Kench. *Mox ceteraque* Ms. Voss. 2. Ax.—6 Sic etiam Ms. Dan. Voss. 1. Ax. [Ed. Bos. et seqq. recte.] *Sed duplicique* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Patav. *Statim āniculo* Ed. Jens. *anniculo* Ed. Med.—7 *Qua abest ab* Ed. Mag. Steph. Gebh. Kench. Patav. *Statim vinctum* Ms. Ax. Voss. 2. Mendos. Ed. Med. Arg. Ald. Long.—8 Sic et Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Lamb. Steph. Bos. 2. Gebh. [Tzschuck. Stav. Harl. Wetz.] *Sed conspicerent* Ms. Dan. *aspicerent* Ms. et Ed. Boecl. Ms. Ax. Ed. Arg. Long. Kench. Bos. 1. *quem omnes quum adspicerent* Ed. Heus. [Ith. Bip. Schmied. Heindr. *At prospicere* interpretor cum Tzschuckio, nec Bosius multum abest ab illa interpretatione, cum cura inspicere, versus aliquem spectare, oculis ad aliquem spectare. Hinc fieri potuit *concursum*; nec rō omnes, quod quidem tunc suspectum videbatur Staver. de u-u τὸν prospicere late disputanti, dubium erit aut incommodum.]—9 Sic Mss. Bav. Dan. Ax. Boecl. Voss. 2. Ed. Ultraj. [Bos. et seqq. recte.] *Sed nemo non qui agn. Thyum regique nunt.* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Long. Kench. Patav. *nemo, qui agn. Th. r. n.* Ed. Par. Ald. Lamb. Sav. Steph. *nemo non qui agn. Th. regi nunt.* Ed. Jens. Med. et *pro regique* in Ed. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. *qui non regi* legitur.—10 Sic Mss. Bav. 1. Ax. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. [Bos. Stav. et recc.] *Sed ac primo non accred.* Ms. Bav. 2. Ernst. Mendos. Etiam in Ms. Sav. Gif. Put. Leid. 2. Voss. 1. 2. erat *accreditit.* *Sed ac primo non creditit* Ed. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph.—11 *Exploratum misit* Ms. Voss. 2. Ax.—12 *Delectatus est* Ms. Voss. 2.—13 Sic etiam Ms. Mendos. *Sed non vilis* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Steph. Gebh.—14 *Inopinati* Ms. Voss. 2. Ed. Arg. Long. Mag. *Mox Ita*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Ornavitque etiam torque, et armillis* Torquis erat inter insignia regia apud Persas, ut et armillæ aureæ, quas Græci *σφαγιστήρια* vocant: fuerunt autem circuli rotundi ex argento vel

auro, quibus summum brachium ornatus causa cingebatur. Liv. lib. 1. de Sabinis.

<sup>m</sup> *Gerens in capite galeam venatoriam* Galeæ venatoriæ fiebant ex

mem donatum ad exercitum misit, qui tum contrahebatur,<sup>a</sup> duce Pharnabazo et Tithrauste,<sup>15</sup> ad bellum Ægyptium, parique<sup>16</sup> eum, atque illos, imperio esse jussit.<sup>b</sup> Postea vero quam Pharnabazum rex revocavit, illi summa imperii tradita est.<sup>17</sup>

4. Hic cum maximo studio compararet exercitum, Ægyptumque proficisci pararet; subito a rege literæ sunt<sup>1</sup> ei missæ, ut Aspin aggredereetur, qui Cataoniam<sup>2</sup> tenebat,<sup>o</sup> quæ gens jacet supra Ciliciam, confinis Cappadociæ. Namque Aspis saltuosam regionem, castellisque munitam incolens, non solum imperio regis non parebat, sed etiam finitimas<sup>3</sup> regiones vexabat, et, quæ regi portarentur, abripiebat.<sup>4</sup> Datames, etsi longe aberat ab his regionibus, et a majore<sup>5</sup> re abstrahebatur;<sup>p</sup> tamen regis voluntati morem gerendum putavit. Itaque cum paucis, sed viris fortibus, navem conscendit: existimans, id quod accidit,<sup>6</sup> facilius se imprudentem<sup>7</sup> parva manu oppressurum, quam paratum,

<sup>b</sup> *Eumque illis imperio adæquavit.*

//////////

*magn. Ms. Ax. et Datamen Ed. Long. Mag. Patav.*—15 *Tysiaste Ms. Leid. 2. Tithraste Ms. Voss. 1. 2. Ax. Titraste Ms. Dan. Teuthraste Ed. Long. Teuthraste Ed. Jens. Med. Arg. Par. Tithrauste Ed. Ald.*—16 *Puri Ms. Ax.*—17 Sic etiam Ms. Voss. 1. Leid. 2. Sed *summa imperia tradita Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. summa imp. tradita sunt Ms. Dan.*

1 *Sunt ei missæ literæ Ms. Ax. Statim aut Aspin Ms. Leid. 2. uti Asp. Ed. Heus. [Ith. Schmied. Bipont. Brem.]*—2 *Cathoniam Ms. Leid. 2. Cataoniam Ms. Voss. 1. Cataoniam Ms. Ax. Statim confinus Ms. Voss. 1. Mox in ed. Arg. est Capadociæ.*—3 *Finitinis Ed. Jens. Med.*—4 Sic Ms. Dan. Sed *arripiebat Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. adripiebat Ed. Long.*—5 *Minore Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag.*—6 Sic etiam Ms. Voss. 1. Sed *existimans quod accidit Ms. Leid. 2. Voss. 2. Boecl. Ax.*—7 Sic Mss. Bav. Sav. Gif. Put. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Sed *se*

#### NOTÆ

ferarum cæsarum exuviis, atque adeo hirsutis pellibus obductæ erant. Vegetius lib. 11. 17.

<sup>a</sup> *Qui tum contrahebatur*] Verisimile est exercitum hunc contractum fuisse potius in Syria, quam alibi; quia, ut legitur postea, procul erat a Cataonia, quo iturus Datames navem conscendit; et quia exercitus ille parabatur

circa urbem Acen, quæ Phœniciæ civitas est, quamque Stephanus Ptolemaim esse dicit, et Strabo lib. xvi.

<sup>o</sup> *Qui Cataoniam tenebat*] Cataonia Cappadociæ pars est, teste Plin. lib. vi. 3. qua Comagenam attingit.

<sup>p</sup> *Et a majore re abstrahebatur*] Scilicet, a bello Ægyptio.

quamvis magno exercitu. Hac delatus in Ciliciam,<sup>8</sup> egressus inde, dies noctesque iter faciens, Taurum transiit,<sup>9</sup> eoque, quo studuerat, venit: quærit, quibus locis sit Aspis: cognoscit, haud longe abesse, profectumque eum venatum: quem<sup>10</sup> dum speculatur, adventus ejus causa cognoscitur. Pisidas, cum iis,<sup>11</sup> quos secum habebat,<sup>a</sup> ad resistendum Aspis comparat. Id Datames ubi audivit, arma sumit, suosque<sup>12</sup> sequi jubet: ipse equo concitato ad hostem vehitur: quem procul Aspis conspiciens ad<sup>13</sup> se ferentem, pertimescit, atque a conatu resistendi deterritus,<sup>14</sup> sese dedit. Hunc Datames vinctum ad regem ducendum tradit Mithridati.<sup>f</sup>

5. Hæc dum geruntur, Artaxerxes<sup>1</sup> reminiscens, a quanto bello ad quam parvam rem principem ducum misisset,<sup>c</sup> se ipse<sup>2</sup> reprehendit,<sup>d</sup> et nuntium ad exercitum Acen<sup>3</sup> misit,<sup>s</sup>

<sup>c</sup> *A quanta belli expeditione præcipuum ducem abstraxisset, ad rem tam levem suscipiendam.*

<sup>d</sup> *Consilium mutavit.*

//////////

*imprud. et imparatum* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Patav.—8 *Ciliciam*, omisso præpositione, Ms. Leid. 2. *Mox dies noctes* Ms. Boecl. Voss. 2.—9 *Transit* Ed. Med. Arg. Long. [Tzsch. 1. 2. Heus. Harl. Ith. Bipont. Heinr. Schmied. Paufl.]—10 *Quæ dum* Ms. Dan.—11 *Cum eis* Ms. Dan. Leid. 2. in quo etiam erat *Piscidas*. *Mox ad restituendum Asp.* Ed. Mag.—12 *Sic* Ms. Dan. Ax. Gif. Boecl. Leid. 1. Voss. 2. (in quo tamen scriptum erat *summit.*) *Sed arma capit, suos* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Patav. Etiam in Ms. Voss. 1. Leid. 2. erat *capit*: itemque in Ed. Boecl. Longol.—13 *In se fer.* Ms. Leid. 2. idem *mox conato*.—14 *Deterritus* Ed. Jens. Med. *Mox dedit* Ms. Gif. Dan. Boecl. Ax. [et unice hoc probat Heusing. in emendat. libr. pag. 3.]

1 *Artax.* Ed. Par. ubique.—2 *Se ipsum* Ed. Mag. Steph. Gebh. *Sed se ipse* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. [Ed. Bos. et rell. rectius atque elegantius].—3 *Achrem* Ms. Leid. 2. *Atrem* Ms. Mendos. *Acrem* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Ed.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Pisidas, cum iis, quos secum habebat*] Pisidiæ populos, qui antea Solymi dicebantur, teste Plin. lib. xx. Pisidia autem Asiæ regio est, Lycaoniæ, Isauriæ, et Pamphyliaë finitima; de his populis Claudianus in Eutrop. lib. II.

<sup>f</sup> *Tradit Mithridati*] A quo postea perfide interfectus est, ut postea

videbitur: isque Ariobarzani filius fuit.

<sup>s</sup> *Ad exercitum Acen misit*] Ace, Phœniciaë civitas, quæ et postea Ptolemais dicta est, ut mox diximus ex Stephano et Strabone: hæc in sacris literis *Accho* vocatur. Joseph. lib. II. belli Judaici, c. 17.

quod nondum<sup>4</sup> Datamem<sup>5</sup> profectum putabat, qui diceret,<sup>6</sup> ne ab exercitu discederet. Hic priusquam perveniret, quo erat profectus,<sup>7</sup> in itinere convenit, qui Aspim ducebant. Qua celeritate cum magnam benevolentiam<sup>8</sup> regis Datames consecutus esset; non minorem invidiam aulicorum excepit, qui illum unum<sup>9</sup> pluris, quam se omnes, fieri videbant: quo facto cuncti ad eum opprimendum consenserunt. Hæc Pandates,<sup>10</sup> gazæ custos regiæ, amicus Datami, perscripta ei mittit, in quibus docet, eum magno<sup>11</sup> fore periculo, si quid illo imperante in Ægypto adversi<sup>12</sup> accidisset: namque eam esse consuetudinem regiæ,<sup>13</sup> ut casus adversos hominibus tribuant, secundos fortunæ suæ; quo fieri,<sup>14</sup> ut facile impellantur<sup>14</sup> ad eorum perniciem, quorum ductu res male gestæ nuntientur; illum hoc majore fore in discrimine,<sup>15</sup> quod, quibus rex maxime obediat,<sup>15</sup> eos habeat inimicissimos. Talibus ille literis cognitis,<sup>16</sup> cum jam ad exercitum Acen<sup>17</sup> venisset, quod non ignorabat ea vere scripta, desciscere a rege constituit. Neque tamen quicquam fecit, quod fide sua esset indignum. Nam Mandro-

*e* Quia quos rex præsertim audit.

~~~~~

Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. ubique. *Acæum* Ed. Lamb. Gebh. ubique.—4 *Non Ms.* Voss. 1.—5 *Datanen* Ed. Mag. Long. Lamb. Bos. 1. Patav. [Tzschneck. Ith. Heindr.]—6 Sic et Ms. Voss. 1. Leid. 1. Sed *qui ei dic.* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Kench. Mox *his, priusquam* Ed. Ox.—7 *Profecturus* Ms. Leid. 2.—8 *Benivolentiam* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Lamb. Patav.—9 Sic etiam Ms. Voss. 2. [Ed. Long. Bos. et seqq.] Sed *quod ill. pl.* Ms. Leid. 2. Ed. Mag. *quod illum unum pl.* Ms. Ax. Ed. Lamb. Steph. Kench. Patav. *quod illum vivum* Ed. Jens. Med.—10 *Pandantes* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Dan. Mox *præscripta* Ed. Mag. [Sed *perscripta* est accurate scripta nec divisim legendum *per scripta.*]—11 Sic Ms. Ernst. Sed *in magno* Ms. Voss. 2. Leid. 2. *magno fore in periculo* Ed. Lamb.—12 *Adversi in Æg.* Ms. Ax.—13 *Regiam* [h. e. regum Persiæ.] Ita Ms. Dan. Boecl. Ax. Voss. 2. Sed *regum* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Patav.—14 Sic Ms. Dan. Leid. 1. [Ed. Bos. 2. et seqq.] Sed *quo facile fieri, ut imp.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Patav.—15 *Fore discrim.* Ed. Jens. Med. Ald. Mag. Steph. Gebh. Patav.—16 *Cognitis* Ms. Voss. 2.—17 *Ageen* Ms. Mendos. Dan. Ax. Boecl. Voss. 2. Ed. Arg. Par. *Agcen* Ms. Voss. 1. *Agron* Ms. Leid. 2. *Agneæ*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Quo fieri] Supple, solet.

clēm<sup>18</sup> Magnetem exercitui præfecit: ipse cum suis in Cappadociam discedit, conjunctamque huic Paphlagoniam occupat; celans,<sup>19</sup> qua voluntate esset in regem: clam cum Ariobarzane facit amicitiam,<sup>u</sup> manum comparat, urbes unitas suis tuendas tradit.<sup>20</sup>

6. Sed hæc propter hyemale tempus minus prospere procedebant.<sup>1</sup> Audit, Pisidas<sup>2</sup> v quasdam copias adversus se parare. Filium eo Arsideum<sup>3</sup> cum exercitu mittit: cadit in prælio adolescens. Proficiscitur<sup>4</sup> eo pater, non ita cum magna manu, celans, quantum vulnus accepisset; quod prius ad hostem pervenire cupiebat, quam de re male<sup>5</sup> gesta fama ad suos perveniret, ne cognita filii morte animi debilitarentur<sup>6</sup> militum. Quo contenderat, pervenit, hisque<sup>7</sup> locis castra ponit, ut neque circuiiri multitudine<sup>8</sup> adversariorum posset, neque impediri, quo minus ad dimicandum



Ed. Long. *Acæum* Ed. Lamb. Patav. *Acæum* Ed. Keuch.—18 Ita Ms. Mendos. Ven. Sed *Mandroclen* Ms. Voss. 1. *Mandrodem* Ms. Leid. 2. Ed. Arg. Long. *Androclen* Ed. Lamb. Steph. *Androdem* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Tum *Magnetem* Ms. Voss. 1.—19 *Celans* Ed. Jens. Med. Arg. ubique.—20 *Tradit suis tuendas* Ms. Leid. 2. [suavius.]

1 Sic Ms. Dan. Ax. Mendos. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed *succedebant* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Quam diversæ sint nonnullorum sententiæ de hoc loco, aliis verba *sed hæc... procedebant* spuria esse judicantibus, aliis (et novissime Schmied.) *hyemale tempus*, aliis *prospere* improbantibus; vid. apud Heusing. Stav. ad ed. 3. Brem. et Tzschuck. sed illi quoque tuentur nostram lectionem; et 'prospere procedere' dixit etiam Cicero ad divers. XII. 9. Ithe probat Schefferi conjecturam *propere proc.*]—2 *Physidas* Ms. Leid. 2.—3 *Arsideum* Ms. Boecl. Ed. Pat. Keuch. [Ith. Heus. Tzschuck. 2. Schmied. Paufl.] Sed *Arsideum* Ms. Dan. Mendos. Ed. Ultraj. Sav. [Bos. Stav. Tzschuck. 1. Brem.] *Aruidæum* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. *Arideum* Ed. Par. Long. Mag. Lamb. *Aridæum* Ed. Ald. Steph. [*Arridæum* scribere maluit Stav. in not. ad ed. min. idque reposuit Harl. et scribendum esse judicavit Kapp.]—4 *Proficiscitur* Ms. Voss. 1. *Mox magna cum m.* Ed. Lamb.—5 *Male re* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—6 Gesner. in Thes. Fabr. voc. *delibo*, legit *dclibarentur*, h. e. minuerentur: [probatque Arntzen. ad Plin. Panegy. XXXVIII. 1. Sed *debilitarentur* recte tuentur Heus. et Stav. ad ed. 3.]—7 *Hisque* Ed. Lamb.—8 *Circumiri a mult.* Ed. Lamb. atque *circumiri* est etiam in Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. [Wetz.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Clam cum Ariobarzane facit amicitiam* De eo supra: eumque jam pridem a rege defecisse diximus.

<sup>v</sup> *Audit, Pisidas*] Contra Diodorus

non Pisidas, sed Persas adversus Dardanem Duce Artabazo venisse narrat lib. xv.



manum haberet expeditam.<sup>9</sup> Erat cum eo Mithrobarzanes,<sup>10</sup> socer ejus, præfectus equitum. Is, desperatis generi rebus, ad hostes transfugit.<sup>w</sup> Id Datames ut audivit, sensit, si in turbam exisset,<sup>g</sup> <sup>h</sup> ab homine tam necessario se relictum,<sup>12</sup> futurum, ut ceteri consilium sequerentur. In vulgus edit,<sup>4</sup> suo jussu<sup>x</sup> Mithrobarzanem<sup>13</sup> profectum pro perfuga,<sup>14</sup> quo facilius receptus interficeret hostes:<sup>15</sup> quare relinqui eum non par esse, et<sup>16</sup> omnes confestim sequi: quod si animo strenuo fecissent, futurum, ut adversarii non possent resistere, cum et intra<sup>17</sup> vallum et foris cæderentur. Hac re probata, exercitum educit, Mithrobarzanem persequitur: qui tantum quod<sup>18</sup> ad hostes pervenerat, Datames signa

<sup>g</sup> Intellexit, si pervulgatum esset.

<sup>h</sup> Publice enūtiat.

Heinr.] *circumveniri* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—9 *Expeditam Datames* Ed. Long. et paulo ante *quo minus ipse ad dim.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.—10 *Methrobarzanes* Ms. Voss. 1. *Metrobarzanes* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Loug. Mag. ubique.—11 *Exisset* Ed. Stav. 1. 2. [Harl.]—12 *Ita* Ms. Bav. Dan. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Ultraj. [Bos. et fere omnes sqq.] *Sed se esse relictum* Ed. Lamb. Steph. [Wetz.] *se relictum iri* Ed. Long. *se relicto* Ms. Ax.—13 *Methrob.* Ms. Voss. 1.—14 *Prof. profuga* Ms. Voss. 2. [Atque Stav. ad ed. 1. et 3. 'forsan,' ait, 'pro profuga;'] sed ad ed. min. retinendum recte censet *pro perfuga*; h. e. quasi esset perfuga: v. Gronov. et Drakenb. ad Liv. xxvii. 15. 11. et, animadvertente Oudendorp. ad Frontini Strateg. i. 6. not. 4. p. 99. *profugus* dicitur, qui captivus aufugit; *perfuga* est desertor, transfuga.—15 *Hostes interficeret* Ed. Lamb. idem innox *eum rel.*—16 *Sic* Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Hens. [quem vide, Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Harl. Ith. Brem. recte; quoniam antecedit enuntiatio negans, et tunc pro *sed* frequenter a Cornelio ponitur: v. in Pausania 3. Eumene 4. &c. *sed omnes* Edd. rell.]—17 *Cum et inter* Ms. Voss. 1. Ax.—18 *Tantum quod.* [h. e. simulac, vix.] Sic etiam Ms. Ernst. Ed. Lamb. [Bos. 2. Heus. (cujus et Harl. not. conferes,) et rell.] v. Cellar. ad Cicer. vii. ad divers. Ep. 23. ab init. Sed *tantum dum* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 2. Dan. Boecl. *tantum: qui vix dum* Ed. Long. *tantum. Qui cum* Ms. Leidl. 1. *tantum qui tum* Ed. Ald. *tantum qui dum* Ms. Ax. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. *tantum non* Ed. Ultraj. *qui tum* Ed. Mag. Steph. *qui dum* Ed. Boecl. Gebh. Keuch. Patav. *tantum*

## NOTE

<sup>w</sup> *Ad hostes transfugit* Idem pro-  
sus sentit Diodorus ibidem.

<sup>x</sup> *In vulgus edit, suo jussu, &c.* Paulo  
aliter illud Datamis strategema ex-  
posuit Frontinus lib. 11. 7. 'Data-  
mes,' inquit, 'Dux Persarum adver-  
sus Autophradatem in Cappadocia,  
cum partem equitum suorum transfu-

gere comperisset; ceteros omnes ve-  
nire secum jussit, assecutusque trans-  
fugas, laudavit, quod eum acriter  
præcessissent; hortatusque est eos,  
ut fortiter hostem adorirentur. Pudor  
transfugis attulit pœnitentiam, et  
consilium suum, quia non putabant  
deprehensum, mutaverunt.'

inferri jubet. Pisidæ, nova re commoti, in opinionem adducuntur, perfugas mala fide compositoque fecisse, ut recepti, essent majori<sup>19</sup> calamitati:<sup>1</sup> primum eos adoriuntur. Illi cum, quid ageretur, aut quare fieret, ignorarent, coacti sunt cum eis pugnare, ad quos transierant; ab hisque<sup>20</sup> stare, quos reliquerant: quibus cum neutri parcerent, celeriter sunt concisi. Reliquos Pisidas resistentes Datames invadit: primo impetu pellit, fugientes persequitur, multos interficit, castra hostium capit. Tali consilio uno tempore et proditores perculit, et hostes<sup>21</sup> profligavit; et quod ad perniciem<sup>22</sup> fuerat cogitatum, id ad salutem convertit. Quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum, neque celerius factum usquam legimus.

7. Ab hoc tamen viro Scismas,<sup>1</sup> maximo natu filius,<sup>2</sup> desciiit, ad regemque<sup>2</sup> transiit, et de defectione<sup>3</sup> patris defuit. Quo nuntio Artaxerxes commotus, quod intelligebat sibi cum viro forti ac strenuo<sup>4</sup> negotium esse, qui, cum cogitasset, facere auderet, et prius cogitare, quam conari, consuesset; Autophradatem<sup>5</sup> in Cappadociam mittit. Hic ne intrare posset, saltum, in quo Ciliciæ portæ sunt sitæ,<sup>3</sup>

<sup>1</sup> *Transfugas proditorie et ex industria venisse, quo admissi majorem ipsis perniciem afferrent.*



dum Ed. Bos. 1. Mox *Datame* Ms. Voss. 2.—19 *Majori essent* Ms. Ax.—20 Sic Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Harl. et rell. rec. quare sic rescripsi: *ab eisque* Ed. Bos.] Mox *reliquerat* Ms. Voss. 2.—21 *Hostis* Ed. Jens. Med. *hosteis* Ed. Par.—22 Sic etiam Ms. Voss. 2. Sed *ad suam pernic.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.

1 *Sysinas* Ms. Dan. Ed. Gebh. male. *Scismias* Ed. Long. Patav: *Schismas* Ed. Keuch. Mox *maximus natu* Ed. Par. Steph. Gebh. Keuch. *maximo natu* Ed. Mag. Sed *maximo natu* Ms. Sav. Put. Gif.—2 *Pro ad regemque* Ms. Dan. Ed. Gebh. Keuch. *adque regem.* Sed *et ad regem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph.—3 *Et defectionem* Ms. Leid. 2.—4 *Strènuo* Ed. Arg. tum *qui quod cog.* Ed. Lamb.—5 *Androphradatem* Ms. Leid. 2. *Autophradatem* Ms. Dan. *Androphrodatem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. ubique. [sic quoque c. 8.] Statim *Cappadoc.* sine *in* Ed. Jens. Med. Arg. Par.

#### NOTE

<sup>2</sup> *Scismas, maximus natu filius*] Quidam *Schysmas*, vel *Syzinas*; sed *Sisy-nas* præfero, quia ad Persica nomina propius accedit.

<sup>3</sup> *In quo Ciliciæ portæ sunt sitæ*] Cilicia undique fere perpetua montium catena cingitur, nec adiri potest, nisi per tres angustias; quarum prima

Datames præoccupare studuit. Sed tam subito copias contrahere non potuit. A<sup>6</sup> qua re depulsus, cum ea manu, quam contraxerat, locum delegit<sup>7</sup> talem, ut neque circumiretur<sup>8</sup> ab hostibus, neque præteriret adversarius, quin ancipitibus locis premeretur;<sup>k</sup> et, si dimicare cum eo<sup>9</sup> vellet, non multum obesse<sup>10</sup> multitudo hostium suæ paucitati posset.

8. Hæc etsi Autophradates<sup>1</sup> videbat, tamen statuit<sup>2</sup> congre-  
di, quam cum tantis copiis refugere, aut tam diu uno  
loco sedere. Habebat barbarorum equitum viginti, peditum  
centum millia, quos illi Cardacas<sup>3</sup> appellant,<sup>b</sup> ejusdemque  
generis tria funditorum;<sup>c</sup> præterea Cappadocum<sup>4</sup> octo,<sup>d</sup>  
Armeniorum decem,<sup>e</sup> Paphlagonum quinque,<sup>f</sup> Phrygum

<sup>k</sup> Quominus a fronte et a tergo urgeretur.

\*\*\*\*\*

Ald.—6 *Tò A abest* Ed. Long.—7 *Deligit* Ms. Dan.—8 *Circuiretur* Ms. Voss. 2. Ed. Stav. 1. 2. 3. Heus. [et al.].—9 *Dimicare eo* [scil. loco] Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. *dimicare [cum] eo* Ed. Heus. [Sed. Stav. ad ed. 2. et Tzschuck. jure præferunt *cum eo*.]—10 *Dcesse* Ms. Voss. 2.

1 *Antrophratcs* Ms. Leid. al. aliter, ut cap. 7.—2 Sic Ms. Mendos. Gif. Leid. 2. Dan. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Ultraj. Sav. [Bos. et rell. plur. et per Græcismum haud infrequentem supprimitur particula comparationis *magis, potius* &c. v. Schott. et Stav. ad ed. 3.] Sed *satius tamen stat.* Ed. Lamb. Steph. [Wetz.].—3 *Cardaces* Ed. Keuch. et sic laudat Blancard. ad Arrian. Exped. Alex. M. 7. p. 451. Sed *Gardacas* Ms. Gif. Dan. *Gardatas* Ms. Voss. 2. Mendos. *Gardetas* Ms. Voss. 1. Ax. *Cardaytas* Ms. Leid. 2. *Gardates* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1.—4 Sic etiam Ms. Voss. 1. (in quo tamen et ed. Long. *Capadocum* erat,) 2. Leid. 2. Sed *præter Cappadocum* Ed. Me-

#### NOTE

adeo arcta est, ut instar portarum sit. 2. Non procul est ab Isso per Antanum montem; unde Amanicæ portæ dictæ sunt. 3. Circa Sinum Issicum. Plin. lib. v. 27. et alii omnes Geographi. Vide et Curtium lib. III. 4.

<sup>b</sup> *Quos illi Cardacas appellant*] Apud Persas sic dicebantur, qui ex rapto vivebant; nam *Carda* apud eos bellicosum et violentum significabat. Strabo lib. xv. Polybius tamen et Arrianus illos Asiæ min. populos esse scribunt.

*Delp. et Var. Clas.*

<sup>c</sup> *Ejusdemque generis tria funditorum*] Supple, millia.

<sup>d</sup> *Cappadocum octo*] Cappadocia Asiæ minoris regio, quam in duas Satrapias a Persis divisam fuisse tradit Strabo; vide et Plin. lib. vi. 2. et 3.

<sup>e</sup> *Armeniorum decem*] Armenia Asiæ pariter minoris regio nobilissima inter Taurum et Caucasum sita, quæ in majorem et minorem dividitur. Vide Plin. lib. i. Strab. lib. II. et Ptolemæi iv. Tabulam Asiæ.

<sup>f</sup> *Paphlagonum quinque*] Horum re-

*Nep.*

O

decem,<sup>5</sup> Lydorum quinque,<sup>h</sup> Aspendiorum<sup>i</sup> et Pisidarum<sup>j</sup> circiter tria, Cilicum<sup>k</sup> duo,\* Captianorum<sup>6</sup> totidem, ex Græciæ conductorum tria [millia];<sup>7</sup> levis armaturæ maximum numerum. Has adversus copias spes omnis consistebat Datami in se locique natura. Namque hujus partem non habebat vicesimam<sup>8</sup> militum. Quibus fretus conflixit, adversariorumque multa millia concidit; cum de ipsius exercitu non amplius hominum mille cecidisset:<sup>9</sup> quam ob causam postero die tropæum<sup>10</sup> posuit, quo loco pridie pugnatum erat.<sup>11</sup> Hinc<sup>12</sup> cum castra movisset, semperque inferior copiis, superior omnibus præliis discederet:<sup>13</sup> quod



tar.—5 *Aspendorum* Ms. Voss. 2.—6 Abest asteriscus ab Edd. nostris omnibus: [præter Stav. 1. 3. Sed *Caspianorum* Ed. Ith. Schmied. Bellermann. Raith.]—7 *Tō millia* aberat a Ms. Dan. Ax. Voss. 2. Ed. Heus. [Tzschuck. 2. Heinr.] Unci absunt etiam ab Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith. Brem.] Ceterum in Ms. Leid. 2. totus locus legitur ita: *tria millia funditorum. Præterea Cappadocum octo millia, Armeniorum decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem millia, Lydorum quinque millia, Aspendiorum et Pisidarum circiter tria millia.*—8 Sic etiam Ms. Voss. 1. Dan. [Ed. Lamb. Bos. et meliores recentt.] Sed *vicesimam* Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. ceterique nostri vett.—9 Sic quoque Ms. Leid. 2. Voss. 1. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Steph. Boecl. [Lamb. Bos. Heus. (qui subintelligit *τὸ numerus*.) Ith. Brem. Wetz. Tzschuck. et Stav. 1. 3. atque *mille* tanquam substantivum cum genitivo struitur: v. Perizon. ad Sanctii Minerv. iv. 4. not. 78. de vi et usu voc. *mille* copiose disputantem p. 611....615. Amstel. 1754. 8. et iv. 2. not. 1. p. 528. sqq. ac Stav. ad nostr. loc. in ed. 3. de potestate *amplius*, et subintelligendo *quam* post illud.] Sed *cecidissent*, scil. homines, Ms. Voss. 2. Ed. Long. Keuch. Stav. 2. [Harl. Schmied. Paufl.]—10 *Trophæum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [male, quia Græcum est *τρόπαιον*.]—11 Sic etiam Ms. Ax. Dan. Voss. 1. [Ed. Bos. 2. et seqq. recentt.] Sed *erat* abest Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *pugnatum est* Ed. Boecl. Bos. 1.—12 *Hic* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Gebh. Keuch. Patav.—13 Sic Ms. Boecl. Voss. Dan. Ax. [Ed. Bos. et seqq.]

#### NOTE

gio in minore Asia, olim etiam Palæmenia dicta, de qua jam supra.

<sup>5</sup> *Phrygum decem*] Phrygia duplex, major et minor. Major inter Galatiam et Lydiam sita est. Minor vero inter Bithyniam, Carian, Lycaoniam, et Hellespontum, unde etiam Hellespontica dicitur apud Strabonem.

<sup>h</sup> *Lydorum quinque*] Lydia minoris Asiæ regio Cræso rege, et Pactolo aurifero amne notissima.

<sup>i</sup> *Aspendiorum*] Ii Pamphyliaë populi, ab Aspendo ejus provinciæ oppido ad fluvium Eurymedonta sito. Vide Steph. et Pompon. lib. i.

<sup>j</sup> *Pisidarum*] De his supra.

<sup>k</sup> *Cilicum*] De Cilicia quoque paulo supra dictum est.

<sup>6</sup> *Captianorum*] Quidam *Caspianorum* legunt; sed hoc improbat Ortelius.

nunquam manum consereret, nisi cum adversarios<sup>14</sup> locorum angustiis clausisset; quod perito<sup>15</sup> regionum callideque cogitanti sæpe accidebat. Autophradates, cum bellum duci majore regis calamitate, quam adversariorum, videret, ad<sup>16</sup> pacem amicitiamque hortatus est, ut cum rege in gratiam<sup>17</sup> rediret. Quam ille etsi fidam non<sup>18</sup> fore putabat, tamen conditionem accepit, seque ad Artaxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum, quod rex adversus Datamem<sup>19</sup> susceperat, sedatum.<sup>20</sup> Autophradates in Phrygiam se recepit.

9. At<sup>1</sup> rex, quod implacabile odium in Datamem susceperat, postquam bello cum opprimi non posse animadvertit, insidiis interficere studuit, quas ille plerasque vitavit. Sicut, cum<sup>2</sup> nuntiatum esset, quosdam sibi insidiari, qui in amicorum erant numero; de quibus, quod inimici detulerant,<sup>3m</sup> neque credendum, neque negligendum putavit: experiri voluit, verum falsumne<sup>4</sup> esset relatum. Itaque eo profectus est, quo itinere<sup>5</sup> futuras insidias dixerant.<sup>6</sup> Sed

//////////

Sed *inf. cop. sup. o. pr. disc.* Ed. Brix. ann. 1498. Jens. Med. Arg. Ceterum Ms. Leid. 2. totum locum exhibebat sic: *Hinc cum castra movisset, erat inferior copiis, superior omnibus præliis, semperque discederet, quod nunquam manum consereret, nisi cum adversarios l. a. cl. Sed ut inferior copiis, ita superior omn. præliis discedebat* Ed. Par. Ald. Lamb. *movisset, inferior copiis, superior o. pr. discedebat* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—14 *Sic Ms. Boecl. Dan. Leid. 2. Voss. 1. Sed nisi advers.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—15 *Quod perito etiam Ms. Dan. Sed quod quidem per.* Ed. Long.—16 *Ad aberat a Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Mag. ad pacemque* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Statim atque amicitiam Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *Mox est, et ut* Ed. Long.—17 *In amicitiam Ms. Leid. 1.—18 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. et seqq.] Sed non fidam* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Keuch. Patav. *non fidem vitiose* Ed. Arg. Long.—19 *Datamen hic et initio seq. cap. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Keuch. Patav. [Tzschuck.] ubique.—20 Sedatum est* Ms. Dan. Statim *Autophradates* Ms. Leid. 2. Dan. *Androphrodates* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Tum *Frigiam* Ms. Voss. 1. *Dein receperat* Ed. Mag. *recipit* Ed. Lamb. Steph. Gebh.

1 *Atque rex* Ms. Voss. 2. Ax.—2 *Cum ei nunt.* Ms. Dan. Ax. Voss. 1. Leid. 2. *cum sibi nunt.* Ed. Lamb.—3 *Detulerunt* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2.—4 *Falsumve* Ms. Ax. *falsumve sibi* Ed. Long. *falsumne sibi* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Tzschuck. 1. 2.]—5 *In quo itinere* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.

## NOTE

<sup>m</sup> *De quibus, quod inimici detulerant*] inimici: alioquin quomodo eorum verba non sui, sed amicorum suorum in- ha non esse negligenda putasset?

elegit corpore et statura<sup>7</sup> simillimum sui, eique vestitum suum dedit, atque eo loco ire, quo ipse consueverat,<sup>8</sup> jussit. Ipse autem ornato [vestituque]<sup>9</sup> militari inter corporis custodes iter facere cœpit. At insidiatores, postquam in eum locum agmen pervenit, decepti ordine atque vestitu, in eum faciunt impetum,<sup>10</sup> qui suppositus erat. Prædixerat autem his<sup>11</sup> Datames, cum quibus iter faciebat, ut parati<sup>12</sup> essent facere, quod ipsum vidissent. Ipse, ut concurrentes<sup>13</sup> insidiatores animadvertit, tela in eos coniecit. Hoc idem cum universi fecissent, priusquam pervenirent ad eum, quem aggredi volebant, confixi ceciderunt.<sup>14</sup>

10. Hic tamen tam callidus vir extremo tempore captus est Mithridatis, Ariobarzani filii, dolo. Namque is pollicitus est regi, se eum interfecturum, si ei<sup>1</sup> rex permitteret, ut, quodcumque vellet, liceret impune facere; fidemque de ea re, more Persarum, dextra dedisset.<sup>o</sup> Hunc ut accepit a rege missam,<sup>2</sup> copias parat, et absens amicitiam cum



Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Tzschuck, qui haud probat Heinrich. opinionem, τὸ *itinere* esse suspectum, et interpretatur: profectus est ad eum locum, in quo iter facienti insidias futuras dixerunt: *quo itinere* Ed. Bos. et rell.]-6 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *insid. evenire dixerant* Ms. Mendos. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Med. Arg. Par. Long. *insid. ev. dixerat* Ms. Ax. Ed. Jens. Ald. Mag. *ins. illi dixerant* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *dixerat* etiam Ms. Voss. 2.-7 Sic Mss. Bav. Ax. Leid. 1. [Ed. Bos. et seqq. fere omnes. Eleganter.] Sed *corporis statura* Ed. Ald. Lamb. *corpore statura* Ed. Jens. Med. *corpore ac statura* Ms. Boecl. Ed. Heus.-8 *Consuerat* Ms. Leid. 2. *Censuerat* Ms. Voss. 1.-9 *Ornato vestituque mil.* Ms. Gif. Dan. [Ed. Ith.] *ornato vestitu mil.* Ms. Mendos. *ornato militari,* omisso τὸ *vestitu,* Ed. Ultraj. *ornatus vestitu mil.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Sav. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Haud dubie *vestitu* glossema est. [Atque id voc. in Ed. Bos. et reliquis uncis est inclusum.]-10 *Fac. impet. in eum* Ms. Ax. Voss. 2. *impet. in eum faciunt* Ms. Dan.-11 *His* abest ab Ed. Lamb.-12 *Paccati* Ms. Leid. 2. [*parati... facere* per Græcismum pro *ad faciendum*: v. Cort. ad Sallust. B. Jug. c. 46. nr. 5. et Stav. ad nostrum locum in ed. 3.]-13 *Concurrentis* Ed. Jens. Med. Arg. Par.-14 *Conciderunt* Ms. Voss. 1. Mendos. Ax.

1 *Si rex* Ed. Steph. Gebh. Keuch. Statim *promitteret* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Sed *permitteret* Ms. Dan. [Ed. Bos. 2. et rell.] *Mox quodcumque vi vellet* Ms. Leid. 2.-2 Sic Mss. Bav. Dan. Boecl. [Ed. Bos. 2. Stav. et plur. recentt.] Sed *ut recepit a rege missam* Ed. Jens. Med

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Fidemque de ea more Persarum* Persas, ut quemcumque Rex in fidem dextra dedisset] Mos enim erat apud reciperet, ipsi dextram daret, ut

Datame facit,<sup>3</sup> regis provincias<sup>4</sup> vexat, castella expugnat,<sup>5</sup> magnas prædas capit:<sup>5</sup> quarum partem<sup>6</sup> suis dispertit, partem ad Datamem mittit: pari modo complura castella ei tradit. Hæc diu faciendo, persuasit homini, se infinitum<sup>7</sup> adversus regem suscepisse bellum;<sup>7</sup> cum nihilo magis, ne quam<sup>8</sup> suspicionem illi præberet insidiarum, neque colloquium ejus petivit,<sup>9</sup> neque in conspectum venire studuit. Sic absens amicitiam gerebat,<sup>p</sup> ut non beneficiis mutuis, sed odio communi,<sup>10</sup> quod erga regem susceperant, contineri viderentur.<sup>9</sup>

II. Id cum satis se confirmasse arbitratus est, certiores facit<sup>1</sup> Datamem, tempus esse, majores exercitus parari, bellum<sup>2</sup> cum ipso rege suscipi: deque ea re,<sup>3</sup> si ei videretur,

<sup>1</sup> Irreconciliabili in Regem se implicuisse bello.

Arg. Par. Ald. Heus. [Ith. Bipont. Brem.] *ut recepit a rege* Ms. Gif. Sav. Voss. 1. Leid. 2. *ut accepit a rege* Ms. Put. Mendos. *ut accepit a rege missas* Ms. Voss. 2. Ax. *ut recepit, copias parat* Ed. Mag. [*ut accepit, copias parat* Ed. Schunied. (qui vocc. a rege missam haud commode adiubita existimat,) et Raith. Longolius edidit: *Hanc ut recepit a rege, inimicitiam adversus regem simulat, copias parat.* Lambinus: *hanc ut accepit, simulat se suscepisse cum rege inimicitias, cop. parat*: quam lectionem fere nuperi editores retinuerunt. Nec *rd missam* placet Stav. ad ed. min. add. eundem ad ed. maj. Sed Heus. ex Brissonio de regno Persar. lib. 1. nr. 163. monet, etiam absentibus *missam manum* h. e. per internuntios datam esse.] Lambinum secuti erant Steph. Gebh. Boecl. (in quo tamen est *inimicitias*.) Keuch. Bos. 1. Patav. editor.—3 *Fecit* Ed. Jens. Med. Arg. Ald.—4 Sic Ms. Dan. Leid. 1. Voss. 2. [Ed. Bos. 2. et seqq.] Sed *provinciam* Ed. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *pecunias* Ms. Ax.—5 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Edd. nostri omnes. Sed *agit* Ed. Lamb. Steph.—6 *Partim suis* Ms. Dan. Leid. 1. Boecl. Ax. Voss. 2. bis. *Mox pariter ad Dat.* Ms. Dan. et *Datamen* Ed. Mag. Pat. [Ith.] ubique.—7 *In infinitum* Ms. Voss. 1. *Mox suscepit* Ms. Voss. 2.—8 *Nequam* Ed. Jens. Med. Arg. Par. in quo etiam est *suspicionem*, et *illi suspic.* Ms. Ax.—9 *Penituit* Ms. Leid. 2.—10 *Communi odio* Ms. Dan. *odio coi*, Ed. Jens.

1 *Fecit* Ed. Mag.—2 *Et bellum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. [Tzschuck. Wetz.] *Mox cum ipso* Ms. Dan. Ax. Boecl. [Ed. Bos. et. seqq.] Sed *rd ipso* abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—3 *Deque ea re*, [scil. monet, petit, postulat, ut,] Ms. Mendos. Leid. 2. Boecl. Voss. 1. Ax. Heus. [Ith. Heindr.

#### NOTÆ

supra in Themistocle; illudque omni sacramento sanctius ducbatur atque observabatur. Sic Auctor Scholiorum in Aristophanis Nuò. Item docet Diodorus lib. xvi.

<sup>p</sup> Sic absens amicitiam gerebat] Id est, sic absens absenti amicitiae officia præstabat.

<sup>9</sup> Contineri viderentur] Id est, arctissime coherere viderentur.

quo loco vellet,<sup>4</sup> in colloquium veniret. Probata re, colloquendi tempus sumitur, locusque quo conveniretur. Huc Mithridates cum uno,<sup>5</sup> cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribusque locis separatim gladios obruit, eaque loca diligenter notat. Ipso autem colloquendi<sup>6</sup> die, utrique, locum qui explorarent, atque ipsos scrutarentur, mittunt. Deinde ipsi sunt congressi.<sup>7</sup> Hic cum aliquamdiu in colloquio fuissent, et diversi<sup>8</sup> discessissent,<sup>m</sup> jamque procul Datames abesset; Mithridates, priusquam ad suos perveniret, ne quam<sup>9</sup> suspicionem pareret,<sup>9</sup> in eundem locum revertitur, atque ibi, ubi telum erat impositum,<sup>10</sup> resedit, ut si a<sup>11</sup> lassitudine cuperet acquiescere: Datamemque<sup>12</sup> revocavit, simulans se quiddam<sup>13</sup> in colloquio esse<sup>14</sup> oblitum. Interim telum, quod latebat, protulit,<sup>n</sup> nudatumque vagina veste texit, ac Datami venienti ait, digredientem se animadvertisse,<sup>15</sup> locum quendam, qui erat

<sup>m</sup> *Et hinc inde se recepissent.*



Tzsch. 2. Schmied. et recepi. Copiose docteque disputant de hac formula Heusing. et Stav. in ed. 3. qui etiam ipsam historiam bene illustrat, et de Mithridate laudat Wessel. ad Diodor. Sic. xvi. 90. §. 16. Vulgo *de qua re.* —4 *Quo vellet* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *quocumque loco vellet* Ms. Leid. 2. Sed *quo loco vellet* Ms. Dan. Ax. Boecl. Mendos. Leid. 1.—5 *Cum uno* aberant a Ms. Leid. 2. Mox *maximam* aberat a Ms. Voss. 2. Boecl. Ax. Sed *maxime* Ms. Dan.—6 *Colloquii* Ms. Gif. Dan.—7 *Egressi* Ms. Ax.—8 *Diverse* Ms. Dan. Boecler. Voss. 2. Ax. male.—9 *Nequam* Ed. Jens. Med. ut paulo ante cap. 10. 3. Mox *pararet* Ms. Ax. Ed. Mag. Gebh.—10 Sic etiam Ms. Voss. 2. Ax. Leid. 2. Sed *impositum* Ms. Dan. *positum* Ed. Lamb.—11 *Ut si lassit.* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *ac si lassitudine* Ms. Ax. Mox in ed. Long. [Stav. Heus. Tzschuck. Harl.] In edit. Mag. est *requiescere.*—12 *Datamem* Ms. Boecl. Ax. *Datamenque* Ed. Long. Mag. Pat. et al.—13 Sic etiam Ms. Boecl. [Ed. Lamb. Bos. et seqq.] Sed *quædam* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ven. *quoddam* Ms. Ax. Voss. 2. Ed. Arg. *quodam* Ed. Jens. Med. *cujusdam* Ed. Long.—14 *Esse* aberat a Ms. Boecl. Sed *fuisse* Ms. Ax.—15 *Digr. animadv.* Ms. Ernst. *digrediendum: se animadv.* Ed. Jens. Med.

#### NOTE

<sup>r</sup> *Deinde ipsi sunt congressi*] Id est, deinde in mutuum colloquium venerunt.

<sup>o</sup> *Ne quam suspicionem pareret*] Id est, exliberet, gigneret.

<sup>t</sup> *Ubi telum erat impositum*] Hic telum pro quocumque armorum offensivorum genere accipitur.

<sup>u</sup> *Protulit*] Id est, ex terra eduxit.



in conspectu, ad castra ponenda esse<sup>16</sup> idoneum : quem cum digito demonstraret,<sup>17</sup> et ille conspiceret, aversum<sup>18</sup> ferro transfixit : priusque,<sup>19</sup> quam quisquam posset succurrere, interfecit. Ita vir,<sup>20</sup> qui multos consilio, neminem perfidia ceperat, simulata captus est amicitia.



Lamb. forte *degradientem*, ut Pelop. 6. 'degressus a suis.'—16 *Esse aberat* a Ms. Voss. 2.—17 Sic Ms. Boecl. Voss. 1. Leid. 2. Ax. Ed. Heus. minus numerose. [At tamen *demonstr.* etiam Ed. Tzschuck. 1. 2. Bipont. Stav. 3. Ith. Wetz. Heinr. Paufl. Schmied. quos ego sum secutus. Atque 'digito demonstrare' ap. Cicer. Somn. Scip. c. 8. Sueton. August. c. 45. v. Stav. Sed *monstraret* Ed. Long. Lamb. Bos. et rell.] Mox *illi conspic.* Ms. Voss. 2.—18 *Adversum* Ms. Voss. 2. [Sed *aversum*, h. e. a tergo, per tergum, recte legitur.]—19 *Et prius* Ms. Ax. Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—20 *Ita ille vir* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. In Ed. Jens. et Med. extrema hac vita leguntur verba : *DATAMIS VITA FELICITER FINIT.*

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Quem cum digito demonstraret*] Adi sed paulo aliter.  
Polyænum, qui id fuscè narrat lib. VII.

## XV.

# EPAMINONDAS.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. De moribus Græcorum animadversio. 2. Epaminondæ pueritia et adolescentia. 3. Ejus animi virtutes. 4. Exemplum ejus abstinentiæ. 5. Ejus dicendi vis. 6. Exempla hujus eloquentiæ. Pugna ad Leuctra. 7. Injuriarum immemor exercitum incolumem domum reducit; in Peloponneso bellum gerit. 8. Accusatus, feliciter a judicio capitis se liberat. 9. Apud Mantineam invictus moritur. 10. Cælibatus criminatio diluta. Horror a civili cæde. Thebarum gloria.

---

EPAMINONDAS,<sup>2</sup> Polymni filius,<sup>a</sup> Thebanus. De hoc<sup>3</sup> priusquam scribamus, hæc præcipienda videntur lectoribus,<sup>b</sup> ne alienos mores ad suos referant;<sup>a</sup> neve ea, quæ ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. Scimus

<sup>a</sup> Ne ex patriis moribus extraneos metiantur.

//////////

<sup>1</sup> *Epaminundæ vita* Ed. Jens. Arg. *Epaminondæ vita* Ed. Med. Par. Ald.—  
<sup>2</sup> *Epaminundas* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. ubique. Statim *Polumni* Ms. Voss. 2. *Polymni* Ms. Leid. 2. [*Polymnis*, quia a Græcis, Pausan. iv. 31. 8. et viii. 52. 9. ac ix. 2. 43. ab Ælian. V. H. iii. 17. ac xi. 9. et ii. 43. non *Polymnus*, sed *Polymnis* dicitur, rescripserunt Wetzel. et Tzschuck. 2. add. Periz. ad Æl. V. H. ii. 43. et Staver. ad nostr. loc. in min. ed.]—<sup>3</sup> *De quo*

### NOTE

<sup>a</sup> *Polymni filius*] Alii legunt *Polymnidis*, ut Ælianus Var. hist. lib. ii. 9. Unde conjiciendum est Nepotem Latina terminatione formasse Græcum; quemadmodum supra scripsit *Neoclus*, pro *Neocles*; item *Periclus*, pro *Pericles*.

<sup>b</sup> *Hæc præcipienda videntur lectoribus*] Hæc eadem jam in præfatione legimus; unde fit, ut Magius id memoriæ vitio Nepoti vertat: sed in eo excusari potest, quod absoluto ac perfecto jam operi præfatio super-venit, ut fieri solet.

enim, musicen nostris moribus abesse a<sup>4</sup> principis persona;<sup>5</sup> saltare vero etiam<sup>6</sup> in vitiis poni:<sup>c</sup> quæ omnia apud Græcos et grata,<sup>6</sup> et laude digna ducuntur. Cum autem exprimere imaginem consuetudinis atque<sup>7</sup> vitæ velimus Epaminondæ, nihil videmur debere<sup>8</sup> prætermittere, quod pertineat ad eam declarandam. Quare dicemus primum<sup>9</sup> de genere ejus: deinde quibus disciplinis et a quibus sit eruditus: tum de moribus, ingeniique facultatibus; et si qua alia digna memoria<sup>10</sup> erunt: postremo de rebus gestis, quæ a plurimis<sup>11</sup> omnium anteponuntur virtutibus.

2. Natus igitur patre, quo diximus, honesto genere,<sup>14</sup> pauper jam a majoribus relictus. Eruditus autem sic,<sup>e</sup> ut nemo Thebanus magis. Nam et citharizare,<sup>2 f</sup> et cantare ad

<sup>b</sup> Principem non decere.

priusq. Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.—4 *Ab princ.* Ms. Voss. 2. Ax.—5 *Etiam omisso τῶν vero* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Sed *vero etiam* Ms. Ax. Voss. 2. Boecl. Edd. rell.—6 *Gratia* Ed. Keuch. Mox *digna dicuntur* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag.—7 *Atque* aberat a Ms. Ax. [abest quoque ab Ed. Schmied.] et uncis inclusit Hens. [sed dissentit Stav. ad ed. 3. et plenius explicuit Tzschuck. in ed. 2.]—8 *Videmur velle* Ms. Voss. 2.—9 *Primum* Ms. Voss. 2. *primo* Ed. Heus. [Ith. Heinr. Wetz. Schmied. Pauff. Rectins.] Mox *ejus* aberat a Ms. Ax.—10 *Memoria digna* Ms. Voss. 2. Dan. Ax.—11 *Sic* Ms. Gif. Sav. Dan. Leid. 1. [Ed. Bos. et recentt.] Sed *plurimis*, ommissa præpositione, Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. a *plurimis pluribus* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Lectio loci fuit duplex.

1 *Genere honesto* Ms. Ax.—2 *Citharizare* Ed. Jens. Med. Mox *cordarum* Ed.

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Saltare etiam in vitiis poni*] Indecoram apud Romanos saltationem fuisse pluribus in locis innuit Cicero pro Muræna, pro Plancio, et alibi. Quod tamen de omni saltationum genere minime intelligendum est. Nam Quintilianus negat inhonestam fuisse Pyrrhicen saltationem, quam armati peragebant, et hoc laboriosum erat saltationis genus, quia ejus opera jactus ictusque declinabant, ut docet Plato de legibus, lib. vii. et Plin. lib. vii. 57.

<sup>d</sup> *Patre honesto genere*] Hæc verba

generis ejus mediocritatem innuere videntur; quotiescumque enim Latini alicujus parentes obscuros dicere nolunt, eos, quadam sermonis gratia, honestos vocant; unde Ælianus lib. xii. scribit Polymnum Epaminondæ patrem fuisse obscurum et humilem.

<sup>e</sup> *Eruditus autem sic*] Vide Cicero de Orat. iii. et Offic. i. Plutarchum in Pelopida, Diogenem Laërtium in Pythagora. Adi etiam Just. lib. vi. 8.

<sup>f</sup> *Nam et citharizare*] Pro citharam tangere; verbum obsoletum.

chordarum sonum doctus est a Dionysio:<sup>g</sup> qui non minore fuit in musicis gloria, quam Damon,<sup>h</sup> aut Lamprus;<sup>i</sup> quorum pervulgata<sup>4</sup> sunt nomina: [carmina]<sup>5</sup> cantare tibiis<sup>j</sup> ab Olympiodoro,<sup>j</sup> saltare a Calliphrone.<sup>6k</sup> At philosophiæ præceptorem habuit Lysim<sup>7l</sup> Tarentinum, Pythagoreum: cui quidem sic fuit deditus, ut adolescens tristem et severum senem omnibus æqualibus suis in<sup>8</sup> familiaritate anteposue-



Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag.—3 *Damo* Ms. Voss. 2. Deinde *Lampus* Ms. Leid. 1. Dan. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. [Sed *Δάμων* Atheniensis et inventor Lydiæ harmoniæ sive Mixolydiæ dicitur a Plutarcho de Musica p. 1136. s. edit. Reisk. vol. x. p. 667. et *Δάμπος* musicus, abstemius, *ὑδροπόρης*, nominatur ab Athenæo II. 6. pag. 44. D. ed. Casaub. De Lampro v. Fabricii B. Gr. lib. II. c. 15. 36. vol. II. p. 128. ed. Harl. inprimis Lessing. in vita Sophocl. p. 36-47. it. Guil. Leon. Mahne in diatriba de Aristoxeno §. 4. rec. in Thesaur. critico novo, tom. I. Lips. 1803. 8. p. 11. sq. De Dionysio autem Fabric. l. c. pag. 120.]—4 *Pervigilata* Ms. Voss. 1. quorum pervulgata carmina, cantare tibiis Ms. Ax.—5 *Carmina* quod [Bos. in ed. 2., ut Stav. in ed. 1. et 3. Tzschuck. (qui id omittendum censet in not. ed. 2.) et Wetz. uncis inclusit.] aberat a Ms. Dan. Leid. 1. 2. [et Ith. Brem. atque Hutten. id omiserunt.] Unci absunt ab Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Stav. 2. Patav. [Heus. Harl. Schmied. Heinr. neque ego spurium esse existimem.] Mox *Olimprodor* Ed. Med. Arg. *Olymprodor* Ed. Jens.—6 *Caliphron* Ms. Voss. 1. Ed. Arg. Par. Ald. *Calphrone* Ed. Jens. Med.—7 Ita Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. [Bos. Heus. Ith. Heinr. Brem. Schmied. Wetz. Stav. 1. 2. *Lysin* Stav. 3. Tzschuck. Harl.] Sed *Lysiam* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. (in quo est *Lysiam* Tur. *Pythagoreum*, Mag.) Etiam in Ms. Dan. scriptum fuerat *Lysiam*; sed alia postea manus deleverat literam a.—8 *In* abest ab Ed. Ald.

#### NOTE

<sup>g</sup> *A Dionysio*] Hic Lyristes Thebanus fuit valde peritus. Plutarchus libro qui inscribitur De Musica.

<sup>h</sup> *Quam Damon et Lamprus*] Damonis meminerunt Plato dialogo de rep. et Athenæus lib. XIV. 2. Huncque Lydiam harmoniam remissam excogitasse testatur Plutarchus libro supra citato; solebatque ebrios ac petulantibus homines harmonia sua ad modestiam reducere. Lamprus ab eodem Plutarcho ibidem inter eos qui recte movendis instrumentis Lyricis excelluerunt annumeratur; quamvis a Platone imperitus dicatur Musicus in Menexeno; qua in re non consentit Athenæus, lib. I. 16. et lib. XI. 2.

<sup>i</sup> *Carmina cantare tibiis*] Veteri suo

libro abesse *carmina*, testatur P. Daniel.

<sup>j</sup> *Ab Olympiodoro*] Viro in sua arte versatissimo; præter quem tamen, et ab Orthagora Epaminondam doctum fuisse testatur Athenæus lib. IV. cap. ultimo.

<sup>k</sup> *Saltare a Calliphrone*] Id nomen alibi mihi occurrisse non memini.

<sup>l</sup> *Philosophiæ professorem habuit Lysim*] Lærtius in vita Pythagoræ Lysiden vocat. Porro Lysis ille Epaminondam et Philippum simul Amyntæ filium philosophiam Pythagoricam docuit, quæ quidem ex Democriti philosophia prodiit; fuitque Epaminondas simul summus Philosophus et Imperator. Justin. lib. VI. 8.

rit:<sup>9</sup> neque prius eum a se dimiserit, quam in doctrinis tanto antecesserit<sup>10</sup> condiscipulos, ut facile intelligi posset, pari modo superaturum omnes in ceteris artibus.<sup>11</sup> Atque hæc ad nostram consuetudinem sunt levia, et potius contemnenda; at in Græcia utique olim magnæ laudi<sup>12</sup> erant. Postquam ephebus factus est, et palæstræ dare operam cœpit:<sup>c</sup> non tam magnitudini virium servivit, quam velocitati.<sup>d</sup> Illam enim ad athletarum<sup>13</sup> usum; hanc ad<sup>14</sup> belli existimabat utilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimum currendo et luctando,<sup>15</sup> ad eum finem,<sup>16</sup> quoad stans<sup>17</sup> complecti posset, atque contendere.<sup>n</sup> In armis<sup>18</sup> plurimum studii consumebat.

<sup>c</sup> Postquam pubertatem attigit, et gymniceis artibus exerceri orsus est.

<sup>d</sup> Non tam corroborandis viribus, quam celeritati applicuit.



—9 Composuerit Ms. Leid. 2.—10 Sic Ms. Ax. Boecl. Voss. 2. [Ed. Bos. 2. et seqq. atque, recte, ait Schmied. et ex usu linguæ perfectum ponitur præcedentibus particulis sic, ut hic, vel adeo, tantum, ubi non finitum tempus, sed res omnino ejusque vis spectatur.] Sed doctrinis t. antecessit Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Patav. Statim discipulis Ms. Voss. 1. sed supra notatum, discipulos. Dein facili Ed. Jens. Med. Arg.—11 In ceteris art. superat. Ed. Lamb. [in c. art. superat. omnes Ed. Wetz.]—12 Laudi aberat a Ms. Mendos. et in eodem libro diphthongo æ vocab. magnæ superscripta erat litera i. Mox post ephebus est factus Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Dein palestræ Ed. Ald.—13 Illam enim athlet. Ms. Voss. 2. Ax. [nec invenuste, ait Stav. ad ed. 3. quia Latini præpositiones in priore membro omittere soleant. Enimvero num h. l. omissio illa venusta fuisset, equidem dubito, et ille Græcismus a poetis potius adhibetur.] Illam ad athlet. Ed. Jens. Med. illam ad athlet. Ed. Arg.—14 Hanc belli Ed. Med.—15 Hæc et luctando aberant a Ms. Boecl.—16 Hæc ad eum finem aberant a Ms. Leid. 1. [ad eum fin. quoad est tam diu, quam.] Cic. Verrin. 1. 6. ‘usque ad eum finem, dum’ &c. idem Verrin. v. 29. ‘quem ad finem? dum cum imperio fuisti.’ Cic. pro Cœlio cap. 5.—17 Quoad stans. Recte. [Ed. Lamb. Bos. et rell.] quo adstans Ms. Ernst. Voss. 1. Bav. quod stans Ms. Boecl. Voss. 2. [cui lectioni favet Stav. in not. ad ed. 3.] quo astans Ms. Leid. 2. quod istas Ms. Ax.—18 In armis vero Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. [Ed. Wetz.] Hinc cap. 3. incipit in ed. Patav. Mox consumabant Ms. Voss. 2.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> Et palæstræ dare operam cœpit] Hoc erat in more positum apud Græcos, ut juvenus omnis maxime gymniceis artibus exerceretur, et in eo præsertim incumberet. In palæstra autem variis decertabant exercitiis, quorum præcipua refert Virg. Æncid.

lib. v. ‘Quique pedum cursu valet, et qui viribus audax Aut jaculo incedit melior levibusque sagittis.’

<sup>n</sup> Currendo et luctando, ad eum finem, quoad stans complecti posset, atque contendere] Hic locus obscurus, et varie a variis legitur. Quidam

3. Ad<sup>1</sup> hanc corporis firmitatem plurima<sup>2</sup> etiam animi bona accesserant. Erat enim modestus, prudens, gravis,<sup>3</sup> temporibus sapienter utens, peritus belli, fortis manu,<sup>4</sup> animo maximo: adeo veritatis diligens, ut ne<sup>5</sup> joco quidem mentiretur.<sup>6</sup> Idem continens, clemens, patiensque admirandum<sup>6</sup> in modum: non solum populi, sed etiam amicorum ferens injurias: inprimisque<sup>7</sup> commissa celans;<sup>p</sup> quod interdum non minus prodest, quam diserte dicere: studiosus audiendi:<sup>8</sup> ex hoc enim facillime disci arbitrabatur. Itaque cum in circulum venisset,<sup>9</sup> in quo aut de republica disputaretur,

//////////

<sup>1</sup> At hunc Ms. Voss. 1.—<sup>2</sup> Plura Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Heus. Ith. Heinr. Schmied. Stav. 3. Bipont. Tzschuck. Paufl. *plurima* Ed. Bos. 2. et rell.]—<sup>3</sup> *Gnavis* Ms. Ax.—<sup>4</sup> [Hæc est constans lectio librorum. Sed quod Cornel. animi bona nunc recenset, Harl. ad ed. 1. conjecerat *fortissimus, animo max.* (et assentitur Bergsträsser, nec plane improbat Tzschuck. ad ed. 2.) aut *forti animo, ingenio, aut consilio max.* Sed quoniam aliis illa conjectura videbatur audacior, ad ed. 2. noluit esse pertinax in defendenda sua suspicione. Brevis voce. *fortis manu* a librario quodam intrusa esse opinatur, idque malit accipere Tzschuck. sed tamen dubius est.]—<sup>5</sup> *Nec joc.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Mox *item cont.* Ed. Gebh. Keuch. et *clemens* Ed. Jens. Med. Arg.—<sup>6</sup> *Admirum in mod.* Ms. Voss. 2. *mirandum* Ms. Ax.—<sup>7</sup> *In primis* Ms. Leid. 2. Dan. Mox in Ed. Jens. Med. Arg. Ald. est *celans.* Mox a Ms. Ax. aberat τὸ *dicere.*—<sup>8</sup> *Audendi* Ed. Arg.—<sup>9</sup> *Aut philos.* Ed. Jens.

#### NOTÆ

legunt *currendo* (omissa voce, *luctando*) *ad eum finem, quod stans complecti posset atque contendere.* Sic legendum olim Freinshemius existimavit, nimirum: *Ad eum finem quod stans complecti posset atque contendere.* ‘Astans, inquit, esset coram factus, igitur non modo currere discebat; id enim nihil aliud quam eum in periculum perduxisset, deinde deseruisset. Sed etiam luctari, quod astans, et prope hostem positus eum complecti, atque cum eo contendere posset.’ Quod mihi non improbandum videtur: nam revera is sensus Nepotis esse debet, ut scilicet Epaminondas catenus curreret, et luctaretur, quatenus astans complecti posset adversarium atque cum illo contendere.

° *Ut ne joco quidem mentiretur*] Si-

mile quidpiam de Ptolemæo Arriano, de Juliano Mamertinus: de Attico idem Nepos in vita ejus. Ideo autem tanto eum odio mendacium habuisse credibile est, quod et natura et Philosophiæ præcepta illud ipsi instillarent. Super ea re vide Ælian. hist. anim. lib. III. 23.

<sup>p</sup> *Commissa celans*] Quod in Epaminonda non adeo mirandum puto: cum enim Pythagorica philosophia probe imbutus fuisset, quæ religiosissime silentium ac fidem præcipiebat, id facile de ipso crediderim.

<sup>9</sup> *Cum in circulum venisset*] Circulus vulgo dicitur cætus cœuntium ac confabulantium, qui veluti circulum faciunt et coronam. Vide Ovid. Metam. lib. XIII. ‘Consedere duces, et vulgi stante corona.’

aut de philosophia<sup>9</sup> sermo haberetur, nunquam inde prius discessit, quam ad finem sermo esset adductus.<sup>10</sup> Paupertatem adeo facile perpessus est,<sup>r</sup> ut de republ. nihil præter gloriam ceperit:<sup>11</sup> amicorum in se tuendo caruit<sup>12</sup> facultatibus:<sup>e</sup> fide ad alios sublevandos sæpe sic usus est, ut possit judicari,<sup>13</sup> omnia ei cum amicis fuisse communia. Nam cum aut civium suorum aliquis ab hostibus esset<sup>14</sup> captus, aut virgo amici nubilis propter paupertatem<sup>15</sup> collocari non posset; amicorum concilium<sup>16</sup> habebat, et quantum quisque daret, pro cujusque<sup>17</sup> facultatibus imperabat. Eamque summam cum fecerat,<sup>18</sup> priusquam acciperet pecuniam, adducebat: cum, qui quærebat,<sup>s</sup> ad eos, qui conferebant: eique ut ipsi numerarent, faciebat; ut ille, ad quem ea res perveniebat, sciret, quantum<sup>19</sup> cuique deberet.

4. Tentata<sup>r</sup> autem ejus est abstinentia a Diomedonte

<sup>e</sup> *Necessariorum opibus minime usus est, quibus se tueretur.*

//////////

Med.—10 Sic Ms. Dan. Mendos. Leid. 1. Ax. Sed *aductus* Ms. Voss. 2. *deductus* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Wetz.] *eductus* Ms. Leid. 2. Mox *adeo facile aberant* a Ms. Leid. 2.—11 *Ceperit* Ed. Med. Arg.—12 *Caruerit* Ms. Gif. Mendos. Dan. Leid. 2. Ax. [sed verum est  $\tau\delta$  *caruit*, h. e. more Græcorum *carere* voluit.]—13 *Judicari possit* Ms. Leid. 2.—14 *Fuisset captus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Wetz.]—15 *Quæ propter paup.* Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. Ed. Arg. Par. Mag. *quam pr. paup. collocare non posset* Ms. Voss. 1. Sav. Gif. Put. Ed. Jens. Med. Ald. etiam Ed. Long. *collocare* habet. [Heus. prisca lectio fuisse videtur: *aut virgo amici nubilis* (repete, *esset*), *quæ propt. paup. colloc. non posset*.]—16 *Consilium* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.—17 *Cujusque* aberat a Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Sed Heus. uncis inclusit. [at bene id tuetur Brem.]—18 *Fecerat*, [i. e. collegerat, comparaverat.] Sic Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Heus. [Stav. 3. Ith. Harl. Wetz. Tzschuck. 1. 2. Heur. Schmied. Recte: nam plusquamperfectum indicativi sequente imperfecto actionis celeritatem indicat. v. Tzschuck. Sed *faceret* Edd. rell.]—19 *Quibus et quantum* Ed. Ald. Lamb. Steph.

<sup>r</sup> *Temptata* Ms. Voss. 1. Mox  $\tau\delta$  *est* aberat a Ms. Voss. 2. Ax. Sed Ed.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Paupertatem adeo facile perpessus est*] Vide Ælian. Var. hist. lib. xi. 9. Justin. lib. vi. 8. Et Julium Front. lib. iv. 3. qui refert Epaminondam in supellectile sua præter alienum et

veru unum non habuisse; quod quidem admirandæ ejus abstinentiæ est exemplum.

<sup>s</sup> *Adducebat cum, qui quærebat*] Id est, procum, seu virginis sponsum.



Cyziceno.<sup>24</sup> Namque is rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat. Hic magno cum pondere auri Thebas venit; et Micythum<sup>3</sup> adolescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem: quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus<sup>4</sup> Epaminondam convenit, et causam adventus Diomedontis ostendit. At ille Diomedonte coram, 'Nihil,' inquit, 'opus pecunia est. Nam si ea rex<sup>5</sup> vult, quæ Thebanis sint<sup>6</sup> utilia, gratis facere sum paratus: sin autem contraria, non habet auri atque argenti satis. Namque orbis terrarum divitias accipere nolo pro patriæ caritate.<sup>7</sup> Te, qui<sup>8</sup> me incognitum tentasti, tuique similem existimasti, non miror: tibi que<sup>9</sup> ignosco: sed egredere propere, ne<sup>10</sup> alios corrumpas, cum me non potueris. Tu, Micythe,<sup>11</sup> argentum huic redde: nisi<sup>12</sup> id confestim facis, ego te<sup>13</sup> tradam magistratui.' Hunc Diomedon cum rogaret, ut tuto exire,<sup>14</sup> suaque, quæ attulisset, liceret efferre: 'Istud,'<sup>15</sup> inquit, 'faciam: neque tua causa, sed mea: ne, si tibi sit pecunia adempta,<sup>16</sup> aliquis

<sup>f</sup> Major enim est in me amor patriæ, quam ut vellem cum cum terrarum orbis divitiis commutare.



Long. ac Mag. [Wetz.] *tentata autem est ejus abstin.*—2 *Cyziceno* Ed. Jens. Med. Arg.—3 *Admihitte* Ms. Leid. 2. *Michitum* Ms. Dan. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. ubique. *Mythicum* et mox *Mythicus* Ed. Long.—4 *Michythus* Ms. Dan. et mox *Diomedonti.*—5 *Si rex ea* Ms. Ax. Dan.—6 *Sunt* Ms. Ax. Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—7 *Namque...caritate* absunt ab Ed. Ultraj.—8 *Tuque* Ms. Mendos. *tu quod* Ms. Dan. Ax. Ed. Heus. [Ith. *te quod* Ed. Schmied.] *tu qui* Ms. Boecl. Leid. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. [Harl. *te qui* Edd. rell. et tuetur Stav. ad ed. 3. quia sequitur *tibi que ignosco.*] *Mox temptasti* Ms. Voss. 1.—9 *Tibi* Ed. Jens. Med. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav.—10 *Neque alios* Ms. Voss. 1. Leid. 2.—11 *Micythe* abest ab Ed. Ald. Lamb. *Sed et tu Mychyte* Ms. Dan. *i tu Mythice* Ed. Long. Pat. *i tu Michite* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. *i tu Michyte* Ms. Ax. *tu [Micythe]* Ed. Heus. quem vid.—12 *Aut nisi* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.—13 *Ego trad. mag.* Ms. Boecl. Voss. 2. In Ms. Leid. 2. erat *magistratu*; [in dativo antiquo. v. Stav. ad ed. 1. et 3. qui *magistratibus* conjicit.]—14 *Exiret* Ms. Leid. 2. *exiret* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Long.—15 *Istud quidem inquit* Ms. Ax. [Eleganter. *Sed illud, inquit* Tzschuck. 1. 2.]—16 *Adempta* Ed. Jens.

#### NOTE

<sup>1</sup> *A Diomede Cyziceno*] Ex Cyzico ad eum summa paupertate laborantem quinquaginta auri talenta attulit a Jasono Thessalorum tyranno, qui rat. Vide Ælianum lib. xi. 9.



dicat, id ad me ereptum<sup>17</sup> pervenisse, quod delatum accipere noluissem.' A quo cum quæsisset,<sup>18</sup> quo se deduci vellet; et ille, Athenas, dixisset:<sup>19</sup> præsidium dedit, ut eo tuto<sup>20</sup> perveniret. Neque vero id satis habuit, sed etiam, ut inviolatus in navem ascenderet,<sup>21</sup> per Chabriam Atheniensem,<sup>22</sup> de quo supra mentionem fecimus, effecit.<sup>23</sup> Abstinentiæ erit hoc satis testimonium. Plurima quidem proferre<sup>24</sup> possemus; sed modus adhibendus est: quoniam uno hoc volumine vitam<sup>25</sup> excellentium virorum concludere<sup>26</sup> constituimus: quorum<sup>27</sup> separatim multis millibus versuum<sup>u</sup> complures scriptores ante nos explicarunt.

5. Fuit etiam<sup>1</sup> disertus, ut nemo Thebanus<sup>2</sup> ei par esset

//////////

Med. Arg. Par. Ald. Keuch. [Long. male.]—17 Sic Ms. Dan. [Ed. Lamb. Bos. 2. et recentt. atque *ad me* conjungi debet cum *pervenisse*.] Sed *id a me er.* Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. *id me er.* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Long. *ad id me er.* Ms. Voss. 1. *ad me. er.* (omisso τῶ id) Ed. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—18 *Quæsisset* Ed. Keuch. sed *quæsisset* etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Mox *deduci* etiam Ms. Dan. Ax. Boecl. Voss. 1. Leid. 1. [Ed. Bos. 2. et seqq. recte. Nam *deducere* est, de loco in alium locum ducere, et Stav. ad ed. 1. et 3. laudavit Cort. ad Sallust. B. Cat. cap. 55. nr. 2.] Sed *duci* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—19 *Diceret* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—20 *Ex tuto* Ms. Leid. 1. *tuto*, omisso τῶ *eo*, Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *eo* unciis inclusit Heus.—21 Sic Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. [et sic, vel *adscenderet* Ed. Long. Lamb. Bos. et recentt.] Sed *escenderet* Ms. Dan. *ostenderet* Ms. Ax.—22 *Atheniensem curavit* Ed. Lamb. Steph. Gebh. (omisso deinde τῶ *effecit*).—23 Sic Ms. Gif. Dan. Mendos. Ed. Sav. [Bos. et seqq.] Sed *procuravit* Ed. Long. Abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh.—24 *Proferre* aberat a Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.—25 *Vitam* Ms. Dan. Ax. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Keuch. Heus. Patav. [Harl. et ego id reposui. Sed *vitæ*, quomodo legitur in ceteris meis edd. acriter lateque h. l. defendit Stav. ad ed. 3.]—26 Ita Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *vir. complurimum concl.* Ms. Voss. 1. *virorum complurimum concl.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Statim *constituimus* Ms. Leid. 1. Abest ab Ed. Jens. Med. Ald.—27 *Quas* Ed. Long. Mag. Steph. Sed *quorum* Ms. Dan. Ed. Ald. [et rell.]

1 *Fuit etiam* Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Heus. [Harl. Ith. Schmieid. Bipont. Heintr. Paufl. et ego id revocavi. Atque Heusingero τὸ *et* (quod extat in rell. edd.) pro *etiam* suspectum est in hoc libello, quanquam haud negat, duo fortasse loca esse, VIII. 1. et XXV. 8. quibus *et* pro *etiam* adhuc hæreat, quorum vero, ait, fidem ipsa paucitas imminuit.] Statim *ne nemo* Ms. Leid. 2.—2 *Ex Thebanis* Ms. Ax. Boecl. *ei Thebanus* par Ms. Dan. Ed. Heus. [Wetz.] Atque *ei* post τὸ *Thebanus* aberat hic a Ms. Dan. Boecl. Voss. 2. Ed. Jens.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Multis millibus versuum*] Hic ver- libros metiri olim solebant, et in ulti-  
sus sunt lineæ; ex quarum numero ma cera ascribebant.

eloquentia: neque minus concinnus in brevitate respondendi, quam in perpetua oratione ornatus. Habuit obtrectatorem Meneclidam<sup>v</sup> quendam indidem<sup>4</sup> Thebis, et adversarium in administranda republ. satis exercitatum<sup>5</sup> in dicendo, ut Thebanum scilicet. Namque illi genti plus inest virium, quam ingenii. Is, quod in re militari florere Epaminondam videbat, hortari solebat Thebanos, ut pacem bello anteferrent, ne illius imperatoris opera desideraretur. Huic ille, ‘Fallis,’ inquit, ‘verbo cives<sup>6</sup> tuos, quod hos a bello avocas;<sup>7</sup> otii enim nomine servitutem concilias.<sup>8</sup> Nam paritur pax bello. Itaque, qui ea diutina volunt frui, bello exercitati esse debent. Quare si principes Græciæ esse vultis,<sup>9</sup> castris est vobis utendum, non palæstra.’<sup>5</sup> Idem ille Meneclidas<sup>10</sup> cum huic objiceret, quod liberos non haberet, neque uxorem duxisset;<sup>w</sup> maximeque insolentiam,<sup>11</sup> quod sibi Agamemnonis belli<sup>12</sup> gloriam videretur consecutus:

ε Quamobrem si Græciæ principatum postulatis, belli laboribus, non palæstricis ludis, vobis assuescendum est.

//////////

Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Heus. [Wetz.]—3 *Meneclidem* Ms. Dan. *Meneclidem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. ubique: *Meneclidem* Ms. Ax. *Meneclidam* Ed. Heus. [Harl. Tzschuck. 2. et sic rescripsi. *Meneclidam* Ed. Stav. 3. Tzschuck. 1.]—4 *Indidem* Ms. Voss. 2. Ed. Arg. Mox et *advers.* etiam Ms. Dan. Ax. Leid. 1. 2. Boecl. [Ed. Bos. 2. et seqq.] Sed copula abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Patav. Deinde in ante *administr.* aberat a Ms. Leid. 2.—5 *Exercitum* Ms. Voss. 2. [Forsan pro *exercitum*, ait Staver. ad edit. 3. sed *exercitatum* præfert, laudatque Oudendorp. ad Frontin. Strategem. lib. II. 1. num. 30.]—6 *Civis* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—7 *Evocus* Ms. Boecl. Mendos. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—8 *Concilians* Ed. Med. Arg.—9 *Vultis esse* Ms. Ax. Mox *nobis ut.* Ms. Voss. 1. Ed. Mag.—10 *Meneclides* Ms. Dan. *Meneclides* Ms. Voss. 2. *Menedemides* Ed. Long. *Meneclidas* Ed. Heus. [Stav. Harl. Tzschuck. 1. 2. et ego reddidi, nam mox sequitur *Meneclida* in vocativo, cujus primus casus in *as* exire debet. Vulgo *Meneclides*.]—11 *Maximeque insolentia* Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. *Maximamque esset insolentia* Ed. Par.—12 Ita Ms. Dan. Mendos. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Ultraj. [Bos. et seqq.]

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Habuit obtrectatorem Meneclidam*] De eo Plutarchus in Pelopida; huncque ait fuisse *δewότατον μὲν λέγειν, ἀκόλαστον δὲ καὶ κακοήθη τῶν τρόπων.*

<sup>w</sup> *Neque uxorem duxisset*] Contra censet Polyænus Strategem. lib. XI. ubi indicat Epaminondam uxorem

habuisse; et genuisse filium nomine Stesibrotum, quem jussit interfici, quod in bello adversus Lacedæmonios, se absente, suoque injussu, prælium commisisset. Plutarch. *περὶ πολυαλλήλων.*

at ille, ‘Desine,’ inquit, ‘Meneclida,<sup>13</sup> de uxore mihi exprobrare: nam nullius in ista re minus<sup>14</sup> uti consilio volo.’<sup>4</sup> Habebat enim Meneclidas<sup>15</sup> suspicionem adulterii.<sup>4</sup> ‘Quod autem me Agamemnonem æmulari putas; falleris.<sup>16</sup> Namque ille cum universa Græcia<sup>x</sup> vix decem annis unam cepit urbem: ego contra, ex<sup>17</sup> una urbe nostra, dieque uno,<sup>7</sup> totam Græciam, Lacedæmoniis fugatis, liberavi.’

6. Idem cum in conventum venisset Arcadum,<sup>1</sup> petens, ut societatem cum Thebanis et Argivis facerent; contraque<sup>2</sup> Callistratus<sup>2</sup> Atheniensium legatus, qui eloquentia omnes eo præstabat tempore, postularet, ut potius amicitiam<sup>3</sup>

<sup>4</sup> Nam tu is omnium es, ejus sententiam hoc in negotio minus probo.

<sup>5</sup> Meneclides namque suspicionem adulterii notabatur.



Sed bello Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav.—13 Sic etiam Ms. Dan. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Bos. 2. et seqq.] Sed *Meneclide* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. Patav. *Meneclides* Ed. Mag. *Menedemida* Ed. Long. *Meneclida* Ms. Dan. *Meneclida* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Menedide* Ed. Ald. *Meneclida* Ms. Ax.—14 Verba quam tuo, quæ hic adduntur post minus in Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav. aberant a Ms. Voss. 1. 2. Ax. Dan. Mendos. Leid. 1. Ed. Ultraj. [Bos. et rell.]—15 *Meneclidas* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Heus. [Stav. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. et sic rescripsi pro vulgato *Meneclides*:] *Meneclidas* Ms. Ax.—16 *Fallis* Ms. Mendos. Ed. Gebh. Kench. [Quod addit Fischer, ed. Heus. in eo fallitur: nam Heus. in textu dedit *falleris*: in nota vero, Schott. membr. *fallis*, ait, quod verbum alterum, *putas*, excludit.]—17 *Contra ea una u. n.* Ms. Gif. Dan. Mendos. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Gebh. Kench. [et Heus. qui *una urbe* interpretatur, cum civibus unius urbis nostra, sed graviter impugnat eum Staver. ad ed. 3. Tzschuck. tamen ad ed. 2. quia brevius est et concinnius, prætulit *una urbe nostra*, tanquam ablativos absolutos, eo sensu, cum una esset urbs nostra, nisi sonus offenderit: add. Stav. ad 2. ed. ibique Harl.]

1 *Archadum* Ms. Voss. 1.—2 *Contra* Ed. Jens. Med. Ald. Patav. Statim *Callistratus* Ms. Dan. et *Atheniens. ductor legatus* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.—3 *Amicitiam* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.

#### NOTE

<sup>x</sup> *Namque ille cum universa Græcia*  
Id notum est tum ex Homero, cum ex aliis omnibus antiquis scriptoribus, Agamemnonem cum omnibus Græciæ viribus et Principibus per decennium ad Trojam pugnasse; quod Calchas vates fore prædixerat ex passerum numero, quos serpens diglutiverat, ut Homerus refert Iliad. 11. Quos versus Latine vertit Cic. de Divinatione, lib. 11.

<sup>7</sup> *Ex una urbe nostra, dieque uno*] De pugna Lenctrica hic loquitur, in qua intra unum diem soli Thebani, duce Epaminonda, omnes Lacedæmoniorum vires frugerunt.

<sup>2</sup> *Contraque Callistratus*] Cujus orationem refert Xenoph. de reb. Græc. lib. vi. 4. quam habuit apud Lacedæmonios. Fuit item Callistratus nomen statuarii. Plin. lib. xxiv. 8.

sequerentur Atticorum; et in oratione sua multa<sup>4</sup> invecus esset in Thebanos<sup>a</sup> et Argivos, in eisque<sup>5</sup> hoc posuisset, animadvertere<sup>6</sup> debere Arcadas, quales utraque civitas cives procreasset,<sup>b</sup> ex quibus de ceteris possent judicare; Argivos enim fuisse Orestem<sup>7</sup> et Alcæonem,<sup>c</sup> matricidas; Thebis Œdipum natum,<sup>d</sup> qui, cum patrem suum interfecisset, ex matre liberis procreasset:<sup>8</sup> hic in respondendo Epaminondas, cum de ceteris perorasset,<sup>k</sup> postquam ad illa duo opprobria<sup>9</sup> pervenit, admirari se, dixit, stultitiam

<sup>k</sup> Cum ad cetera capita respondisset.

//////////

*amicitia* Ms. Voss. 2.—4 *Multa* aberat a Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. [Tò *multa* hoc loco sustinet adverbii vicem ex Græca ratione. Sic in Timol. cap. 5. ‘nonnulla invehi,’ notante Tzschuckio et antea Boecl. in ind. voc. *invehi*.]—5 *In eosque* Ms. Voss. 2.—6 *Animum advertere* Ms. Voss. 1. Mox *Arcadas* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Heus. [Stav. 3. Ith. Tzschuck. 1. 2. Heinr. Schmied. et ego sic rescripsi: *Arcades* Ed. Bos. et al.] *Archadas* Ms. Voss. 2. Ax. Statim *qualis...civis* Ms. Voss. 2. Etiam in Ed. Jens. Med. Par. est *civis*.—7 *Horestem* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Tum *Alcæonem* Ed. Arg. Par. Long. Mag. *Alcynconem* Ms. Leid. 2. *Alcineonē* Ed. Jens. Med. Dein *Œdippum* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2.—8 *Procreasse* Ms. Dan. [Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 3.] Sed *procreasset* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Ed. Long. Mag. Keuch. Heus. Stav. 2. Patav. [Harl. Tzschuck. et rell. recentt.] Statim *hic* etiam Ms. Leid. 2. Voss. 2. Sed *hinc* Ms. Voss. 1. *huic* Ms. Ax. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Patav. Scheffer. in Obs. misc. vol. 8. p. 432. conjecit *heic*.—9 *Obprobria* Ed. Jens. Med. Arg.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Multa invecus esset in Thebanos*] Eodem utitur loquendi modo, infra, ‘ac nonnulla inveherentur in Timoleonta:’ quod alibi rarius invenies.

<sup>b</sup> *Quales utraque civitas cives procreasset*] Hæc referuntur ad Orestem, et Clytæmnestram ejus matrem; ad Œdipum, Laium, et Jocastam.

<sup>c</sup> *Orestem et Alcæonem*] Orestes Agamemnonis et Clytæmnestræ filius, qui cruentam patris mortem ulturus, matrem interfecit; propter quod patricidium furis agitatus est, quibus non ante purgari potuit, quam ad aram Dianæ Tauricæ perpetratum scelus expiaverit. Alcæon vero Amphiarai et Eriphyles filius, qui pa-

riter matrem interfecit, quod illa monili aureo corrupta, Amphiarai maritum suum, qui in bello Thebano hiatu terræ absorptus est, prodidisset Polynici.

<sup>d</sup> *Thebis Œdipum natum, &c.*] Pater ejus Lains, quem nescius occidit, mater vero Jocasta Creontis Thebanorum regis filia, quam soluto Sphyngis ænigmate uxorem pariter nescius duxit, ex qua Etheoclem et Polynicem suscepit, qui de regno disceptantes mutuis se vulneribus confoderunt. Hæc sunt ipsiusmet verba apud Senecam, ‘occidi patrem, Sed matrem amavi, proh! loqui hymenæum pudet.’

rhetoris Attici, qui non animadverterit<sup>10</sup> innocentes illos natos; domi scelere admissio,<sup>11</sup> cum patria essent expulsi,<sup>12</sup> receptos esse ab Atheniensibus. Sed maxime ejus eloquentia eluxit Spartæ,<sup>1</sup> [legati ante pugnam Leuctricam]:<sup>13</sup> quo cum omnium sociorum convenissent legati, coram frequentissimo legionum<sup>14</sup> conventu, sic Lacedæmoniorum tyrannidem coarguit, ut non minus illa oratione opes eorum concusserit, quam Leuctrica pugna.<sup>e</sup> Tum enim perfecit, quod post apparuit, ut auxilio sociorum Lacedæmonii privarentur.

7. Fuisse patientem,<sup>1</sup> suorumque injurias ferentem civium, quod se patriæ irasci nefas esse duceret,<sup>f</sup> hæc sunt testimonia. Cum eum propter invidiam cives præficere exercitui<sup>2</sup> noluisent, duxque esset delectus belli imperitus;

<sup>1</sup> *At præsertim Lacedæmoni legatus suam facundiam exhibuit.*



[Stav. Tzschuck. 1. 2.]—10 *Animadverteret* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Stav. 2.—11 *Amissio* Ms. Voss. 2. [sed 'scelus admittere' pro *perpetrare* eleganter dici, ostendit Stav. ad ed. 3.]—12 *Pulsi* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Keuch. Patav. [Wetz.] Sed *expulsi* Ms. Dan. Boecl. Ax. Voss. 2. [Ed. Bos. et sqq. fere omnes.]—13 *Legati ante p. Leuctr.* erant in Ms. Dan. (in quo scriptum *Leuctrycam*,) Gif. Mendos. Ax. Boecl. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. Absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav. Unci absunt ab Ed. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith. Brem. Tzschuck. 2. Schmied. qui illa verba ad sensum et historiam necessaria esse judicat in Lex. Cornel. p. 42. Uncis tamen ea inclusa sunt in Ed. Bos. 2. Hens. et pluribus recentt.]—14 *Legionum* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Sed *legationum* Ms. Dan. Boecl. Voss. 2. Ax. [Edd. rell. recte.] *Mox si Laced.* Ms. Voss. 1. dein *Leuctrica* Ms. Voss. 2.

<sup>1</sup> *Fuisse autem pat.* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav. [Tzschuck. 1. in altera tamen edit. uti in Bos. et rell. omissum est τὸ αὐτῶν.]—2 *Exerc. præf.* Ed. Lamb. Patav. *præf.* omissio τῶν exercitῶν Ed. Jens. Med. Par. Ald. *Statim voluissent* Ed. Jens. Med. Arg.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Quam Leuctrica pugna*] De illa Diodorus lib. xv. Xenoph. de reb. Græc. lib. vi. Plutarchus in Pelopida. Pausanias in Bœoticis: in ea autem Cleombrotus Lacedæmoniorum rex cecidit, multaque prodigia et ostenta cladem illam antecesserunt. Cicero, Xenoph. Diodorus. Porro Leuctra vicus est Bœotiæ juxta Thespias urbem liberam, Heliconi proximam.

<sup>f</sup> *Quod se patriæ irasci nefas esse duceret*] Vide apud Val. Max. lib. iii. 7. patientiæ ejus exemplum, cujus hæc sunt verba: 'Siquidem Epaminondas, cum ei cives irati sternendarum in oppido viarum contumeliæ causa curam mandarent (erat enim illud ministerium apud eos sordidum), sine ulla cunctatione id recepit.'

cujus errore eo esset deducta<sup>3</sup> illa multitudo militum,<sup>m 4</sup> ut omnes de salute pertimescerent, quod locorum angustiis clausi ab hostibus obsidebantur: desiderari cœpta est Epaminondæ diligentia: erat enim ibi privatus numero militis.<sup>5</sup> A quo cum peterent<sup>6</sup> opem, nullam adhibuit memoriam contumeliæ, et exercitum obsidione liberatum, domum reduxit incolumem. Neque<sup>7</sup> vero hoc semel fecit, sed sæpius. Maxime autem fuit illustre, cum in<sup>8</sup> Peloponnesum exercitum duxisset adversus Lacedæmonios, haberetque collegas duos,<sup>9</sup> quorum alter erat Pelopidas,<sup>g</sup> vir fortis ac strenuus. Hic cum criminibus adversariorum omnes in invidiam venissent, ob eamque rem imperium his esset abrogatum,<sup>h</sup> atque in eorum locum alii prætores successissent;<sup>i</sup> Epaminondas populiscito<sup>12</sup> non paruit, idemque ut facerent, persuasit collegis, et bellum, quod susceperat, gessit. Namque animadvertibat, nisi<sup>13</sup> id fecisset, totum exercitum propter prætorum imprudentiam inscientiamque<sup>14</sup> belli periturum.

<sup>m</sup> Cujus imperitia in cas angustiis adductum esset numerosum illud agmen.

Long.—3 *Ded. esset* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. *essent ded.* Ed. Boecl.—4 Sic Ms. Gif. Dan. [Ed. Bos. 2. Stav. Hens. et seqq.] *Sed illa mil. mult.* Ed. Boecl. Bos. 1. *res illa militum* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav. *res militum* Ms. Ax. Boecl. Voss. 2. [quam lectionem probat Scheffer, et ait, eam nihil aliud significare, quam ipsos milites:] *illa multitudinem militum* Ms. Leid. 1.—5 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. v. Burmann. ad Phædr. fab. iv. 24. 16. *Sed militum* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—6 *Peterit* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—7 *Nec vero* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ax.—8 *Cum Pelop.* Ms. Boecl. Ax. Voss. 2.—9 Ita etiam Ed. Arg. Long. Mag. Lamb. [Bos. et seqq.] *Sed suos* Ed. Jens. Med. Arg. Mag.—11 *Successissent* Ed. Jens. Med.—12 Sic Ms. Gif. Dan. Ed. Ultraject. [Ed. Bos. 2. et seqq.] *Sed plebiscito* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *plebiscito* Ms. Voss. 2.—13 [Sic codd. Ed. Bos. 2. et seqq.] *Sed ubi* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—14 *Inscientiamque*

#### NOTE

<sup>g</sup> Quorum alter erat Pelopidas] Vide Plutarchum in Pelopida, et ipsum Nepotem postea.

<sup>h</sup> Ob eamque rem imperium his esset abrogatum] Non abrogatum, sed elapsum tempus imperii lege præfinitum scribit Plutarchus in Pelopida. Ambo enim, inquit, (de Epaminonda et

Pelopida loquitur,) cum rediissent, capitis accessit, quoniam non deposito magistratu primo futuro mense quo lex jubebat, quatuor item totos menses, præter legem eo functi essent; quibus et in Messenia, Arcadia, et Laconica commorati sunt.

Lex erat Thebis,<sup>1</sup> quæ morte mulctabat, si quis imperium diutius retinisset,<sup>15</sup> quam lege præfinitum foret. Hanc Epaminondas cum reipubl. conservandæ causa latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit; et quatuor<sup>16</sup> mensibus diutius, quam populus jusserat, gessit imperium.

8. Postquam domum reditum est, collegæ ejus<sup>1</sup> hoc crimine accusabantur: quibus ille permisit, ut omnem causam<sup>1</sup> in se transferrent,<sup>2</sup> suaque opera factum contenderent, ut legi non obedirent. Qua defensione illis periculo liberatis, nemo Epaminondam responsurum putabat, quod, quid<sup>2</sup> diceret, non haberet. At ille in judicium venit: nihil eorum negavit, quæ adversarii crimini dabant, omniaque, quæ collegæ dixerant,<sup>3</sup> confessus est; neque recusavit,<sup>4</sup> quo minus legis pœnam subiret; sed unum ab iis<sup>5</sup> petivit, ut in periculo<sup>6</sup> suo inscriberent:<sup>k</sup> EPAMINONDAS A THEBANIS MORTE MULCTATUS EST, QUOD<sup>7</sup> EOS COEGIT APUD LEUCTRA<sup>8</sup> SUPERARE LACEDÆMONIOS, QUOS ANTE SE

<sup>a</sup> *Ut omnem in se culpam rejicerent.*

//////////

Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. [conf. Cic. de N. D. 1. 1. et Ernest. clav. Cicer. voc. *inscientia.*].—15 *tenuisset* Ms. Dan.—16 *Quattuor* Ed. Med.

1 *Omnem ut caus.* Ed. Steph. Gebh. Keuch.—2 *Qui quid* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Mox *non habebat* Ed. Mag.—3 *Sic* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. Patav. Credo, melius. [Sic quoque Ed. Ith. Tzschuck. Harl. Bipont. Heinr. Wetz. Schmied. *dixerunt* Ed. Bos. Stav. Brem.].—4 *Renuntiavit* Ms. Boecl. Mox *pœnam legis* Ms. Ax.—5 *Ab his* Ms. Voss. 2. Ax. Leid. Ed. Jens. Med. Par. Lamb.—6 *Sic etiam* Ms. Gifan. Sav. [Thott.] Pnt. Mendos. et, quos Magius inspexit, omnes; Ed. Jens. Long. Lamb. [Bos. et seqq.] Sed *sepulchro* Ed. Ald. Mox *conscriberent* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. sed *inscriberent* Ms. Boecl. Sav. Ax. Leid. 1. 2. Voss. 2. [Ed. Bos. 2. et rell.].—7 *Quot* Ed. Ald.—8 *Leuctram*

#### NOTE

<sup>1</sup> *Lex erat Thebis*] Hujus legis meminit Alexander ab Alexandro lib. iv. 6. genialium dierum.

<sup>1</sup> *Collegæ ejus*] Reliquos duces huic legi paruisse testatur Plutarchus in Pelopida, præter Epaminondam ipsumque Pelopidam.

<sup>k</sup> *Ut in periculo suo inscriberent*] Hic locus varie legitur: Lambinus conjici-

cit legendum esse, *in cippo suo*; Memmius, *in scapulo*; Magius, *breviculo*; Longolius, *peristylio*; Aldus, *sepulchro*; alii, alio modo. Plutarchus et Ælianus *σῆλην* vocant, quod idem est ac *cippus*, vel, *titulus sepulcri*; adeo ut hic sit sensus, *Ut in periculo suo conscribant*; id est, *Ut in sepulcri titulo enarrent*.

IMPERATOREM NEMO BÆOTIORUM<sup>9</sup> AUSUS FUIT ASPICERE<sup>10</sup> IN ACIE;<sup>1</sup> QUODQUE UNO PRÆLIO NON SOLUM THEBAS AB INTERITU RETRAXIT,<sup>11</sup> SED ETIAM UNIVERSAM GRÆCIAM IN LIBERTATEM VINDICAVIT;<sup>12</sup> EOQUE RES UTRORUMQUE PERDUXIT, UT THEBANI SPARTAM OPUGNARENT, LACEDÆMONII SATIS HABERENT SI SALVI ESSE POSSENT: NEQUE PRIUS BELLARE DESTITIT,<sup>13</sup> QUAM, MESSENE CONSTITUTA,<sup>14m</sup> URBEM EORUM OBSIDIONE CLAUSIT. Hæc cum dixisset, risus omnium cum hilaritate coortus est; neque quisquam iudex ausus est de eo<sup>15</sup> ferre suffragium. Sic a iudicio capitis maxima discessit gloria.

9. Hic extremo tempore imperator apud Mantineam,<sup>n</sup> cum<sup>1</sup> acie instructa audacius instaret hostes,<sup>2</sup> cognitus a

Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. [male. Græc. enim Λεύκτρα, αἰ.] *Leuctrium* Ms. Voss. 1.—9 *Bæotiorum* Ms. Dau. [Dionys. Perieg. vers. 426. ἐπὶ Βοιωτῶν, &c. Horat. Epist. ii. 1. 244. 'Bæotum.... natum.'] *Bæotiorum* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. *Batonum* Ms. Voss. 1. *Bæticorum* Ms. Voss. 2.—10 *Inspicere* Ms. Voss. Mox *quodque* etiam Ms. Dan. Sed quoque Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. *aspicere* seu *rectius adspicere*. *In acie quoque uno*.—11 *Retraxit* etiam Ms. Ax. Voss. 1. 2. *Sed extraxit* Ed. quæd.—12 *Vendicavit* Ed. Jens. Med. Arg. male. Mox in Med. est *habere*.—13 *Destitit* Ms. Leid. 2. Mox *Messene* Ms. Voss. 1. 2. Dan. Ax. Leid. 2. Ed. Heus. [Stav. (qui multus est de illa urbe et scriptura),] 3. Harl. Bipont. Ith. Tzschuck. 1. 2. Schmied. Heinr. et sic rescripsi pro vulgato *Messane*:] *Messane* Ed. Par.—14 Sic etiam Ms. Ax. Voss. 2. [Ed. Long. Lamb. Bos. et seqq.] *Sed restituta* Ms. Gif. Dan. Leid. 1. 2. Voss. 1. Ed. Sav. *destitutu* Ms. Boecler. *constitutus* Ed. Par.—15 *De eo* erant in Ms. Voss. 1. 2. Boecl. Dan. Ax. [Ed. Bos. 2. et seqq.] *Sed absunt* ab ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.

1 *Cum cum* Ed. Arg.—2 *hostibus* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. [Tzschuck. Wetz.] *Sed hostes* Ed. Bos. [et seqq.] *Statim cognitum* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Ausus fuit aspicere in acie*] Hoc est, oculis rectis et irretortis; quasi ante Epaminondam solo aspectu Lacedæmonii Bæotios debellarent: quod et de Romanis testatur Cæsar lib. 1. de bello Gallico, his verbis; 'Sæpenu-mero cum iis congressos, ne vultum quidem, atque aciem oculorum ferre potuisse.' Flor. lib. xi, 18. 'Manci-

num assiduis cædibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem, aut vocem Numantini viri quisquam sustineret.'

<sup>m</sup> *Quam Messene constituta*] Messene, civitas Peloponnesi ad mare prope Panisum amnem, unde sinus Messeniacus.

<sup>n</sup> *Apud Mantineam*] Urbem Arcadiæ, de qua lege Diodor. xv, et Xe-



Lacedæmoniis, quod in unius perniciæ ejus,<sup>3</sup> patriæ sitam putabant salutem, universi in unum impetum fecerunt; neque prius abscesserunt,<sup>4</sup> quam, magna cæde facta,<sup>5</sup> multisque occisis, fortissime<sup>6</sup> ipsum Epaminondam pugnantem, sparo eminus percussum,<sup>o</sup> concidere viderunt. Hujus casu<sup>7</sup> aliquantum retardati sunt Bœotii:<sup>8</sup> neque tamen prius pugna excesserunt, quam repugnantes<sup>9</sup> profligarunt. At Epaminondas, cum animadverteret, mortiferum se vulnus accepisse, simulque, si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim emissurum;<sup>10</sup> usque eo retinuit, quoad renuntiatum est, vicisse Bœotios.<sup>p</sup> Id postquam audivit, ‘Satis,’ inquit, ‘vixi;<sup>11</sup> invictus enim morior.’ Tum, ferro extracto, confestim exanimatus est.

10. Hic uxorem nunquam duxit.<sup>q</sup> In quo cum reprehenderetur, [quod liberos non relinqueret,]<sup>t</sup> a Pelopida, qui

//////////

—3 *In ejus unius perniciæ* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. in un. perniciæ ejus Ed. Ald., ejus aberat a Ms. Voss. 2.—4 *Abscesserunt* Ms. Voss. 2.—5 *Facta* omittunt Mss. Boecl. Ax. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Brix. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Heusingerus verba *facta multisque occisis* tanquam spuria, atque a grammatico quodam verbis *magna cæde* superscripta inclusit uncis. [Tzschuck. ad ed. 2. suspicatur *magna cæde, multis occisis*, et refert illa verba ad Lacedæmonios, in Epaminondam acriter irruentes, et hominum strage viam quasi sibi parantes, etsi omnino utrimque cædem factam esse per se pateat. Stav. vero ad ed. 3. quod apud Diodor. Sic. xv. 87. legitur καὶ πολλῶν παρ’ ἀμφοτέροις ἀναειβέντων, haud male opinatur, a Cornelio scriptum fuisse vel, *magna cæde factu, multisque mutuo occisis*, vel, *mutua cæde multis occisis*.]—6 *Fortissime* erat in Ms. Leid. 1. [Ed. Bos. ac seqq. recte: Diodor. enim Sic. l. c. ἡρωϊκῶς, ait, ὑπὲρ τῆς νίκης ἀγωνισάμενος.] Abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Mox *pugn. pharo* Ms. Leid. 2.—7 Sic Ms. Voss. 2. Ax. Sed *causa* Ms. Leid. 2. Voss. 1. cū Ed. Jens. Med. Arg. Par. *causa* Ed. Long. Mag. Statim *aliquantulum* Ed. Arg. Long. Mag.—8 *Bœotii* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. ubique.—9 *Repugnantis* Ms. Voss. 1.—10 Ita Ms. Sav. Pnt. Gif. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ox. Ax. [Ed. Bos. 2. et seqq.] Sed *amissurum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. (quem v. ad Plant. p. 25. D.) Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—11 *nixi* Ms. Voss. 1. *viri* Ed. Hagu. [Conf. Ælian. H. V. xii. 3. ibique Periz. et Justin. vi. 8. ibique interpr. ac Stav. ad nostr. l. c.]

1 Ita, uncis tamen omissis, Ms. Boecl. Dan. Sav. Voss. 2. Leid. 2. Ax. Sed *repr. u. Pelopida, quod l. n. rel.* Ms. Leid. 1. Omittuntur hic verba *quod l. n. rel.*

#### NOTÆ

noph. de rebus Græc. vii.

<sup>o</sup> *Sparo eminus percussum* Sparus, inquit Servius, telum est rusticum, in modum pedis recurvum, quo frequenter Græci utebantur.

<sup>p</sup> *Usque eo retinuit, quoad renuntiatum est, vicisse Bœotios*] Vide Justin. lib. vi. 8.

<sup>q</sup> *Hic uxorem nunquam duxit*] De hoc supra diximus.

filium habebat<sup>2</sup> infamem; maleque eum in eo patriæ consulere diceret: ‘Vide,’ inquit, ‘ne tu<sup>3</sup> pejus consulas, qui talem ex te natum relicturus sis. Neque vero stirps mihi potest deesse; namque ex me natam relinquo pugnam Leucetricam, quæ non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit necesse est.’ Quo tempore, duce Pelopida, exules Thebas occuparunt,<sup>4</sup> et præsidium Lacedæmoniorum ex arce expulerunt,<sup>5</sup> Epaminondas, quam diu facta est cædes civium, domo<sup>5</sup> se tenuit; quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret:<sup>6</sup> namque omnem civilem victoriam funestam putabat. Idem, postquam apud Cadmeam<sup>7</sup> pugnari cum Lacedæmoniis cœpit,<sup>8</sup> in primis stetit. Hujus de virtutibus vitæque satis erit dictum, si hoc unum adjuuxero, quod nemo eat<sup>9</sup> inficias, Thebas et ante Epaminoudam natum, et post ejus<sup>10</sup> interitum,<sup>8</sup> perpetuo alieno paruisse imperio; contra<sup>11</sup> ea, quam diu ille præfuerit reipubl. caput



eaque dein post τὸ diceret inseruntur in Edd. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Unci absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. [Sed Heinrich. conjicit, probatque Tzschuck. ad ed. 2. *in quo quum reprehenderet Pelopidas et diceret.*]—2 *Habet* Ed. Lamb. Mox *male* Ms. Leid. 2.—3 *Ne in pejus* Ed. Stav. 2. [Harl.].—4 Sic etiam Ms. Leid. 2. Sed *occupaverunt* Ed. Steph. Gebh. Keuch.—5 Ita Mss. et Ox. Ed. Long. [Bos. 2. et plures seqq.] Sed *domi* Ed. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. [Wetz. et sic Corn. in Pelopida c. 4. init. et in Dione c. 9. nec improbant Heus. et Tzschuck. ad ed. 2.] et *retinuit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—6 *Neque....cruentare* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mox *putabat* aberat a Ms. Voss. 1. Boecl. Tnm *idemque* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Sed *idem* etiam Ms. Boecl. Ax.—7 *Achademiam* Ms. Boecl. Ax. Dan. Voss. 1. *Academiam* Ms. Sav. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Mantineam* Ms. Leid. 2. *Achademi* Ms. Voss. 2. *Cadmeiam* Ed. Long. ad *Cadmiam* Ed. Ald. Lamb. Patav. [ad *Cadmeam* suspicatus est Heus. et in textum recepit Tzsch. in ed. 2.]—8 *Cum Laced. pugnavit* Ms. Boecl. Ax. *pugnavit cum Laced.* Ms. Voss. 2. *pugnare cum Laced. cœpit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. [Tzschuck. 2. qui *pugnari* probaret, si sequeretur *cœptum est*, uti in priore sua ed. sed nescit, unde ediderat; at in nullo extat libro:] *cum Laced. pugnare* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Dan.—9 *It infic.* Ms. Leid. 1. 2.—10 *Post ejusdem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Keuch. Patav.—11 Ita Ms. Dan. Sav. Gif. Sed *cum ea* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Lamb.

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Ex arce expulerunt*] Scilicet, Cadmea, Thebarum arce. lege Xenoph. lib. ultimo de reb. Græc.

<sup>8</sup> *Et post ejus interitum*] Hac de re

fuisse<sup>12</sup> totius Græciæ: ex quo intelligi potest, unum hominem pluris, quam civitatem<sup>1</sup> fuisse.<sup>o 13</sup>

<sup>o</sup> *Plus unum hominem, quam urbem valuisse.*

Steph. cum eo Ed. Ald.—12 *Fuisset* Ed. Par. Long. Mag. Steph.—13 *Extrema hæc vita in Ed. Jens. Med. addita leguntur hæc verba: ‘Epaminundæ vita feliciter finit.’*

#### NOTE

<sup>1</sup> *Unum hominem pluris, quam civitatem fuisse*] Consulte Polybium lib. vi. de Thebanorum Rep. loquentem.

## XVI.

# PELOPIDAS.

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. In exilium eicitur. 2. Cum duodecim adolescentibus clam Thebas revertitur. 3. Interfectis tyrannis, libertatem patriæ restituit. 4. Reliquæ ejus expeditiones cum Epaminonda. 5. Prælio adversus Alexandrum Pleræum cadit.

---

PELOPIDAS Thebanus magis historicis,<sup>2</sup> quam vulgo, notus.<sup>a</sup> Cujus de virtutibus dubito,<sup>3</sup> quemadmodum exponam, quod vereor, ne,<sup>4</sup> si res explicare incipiam,<sup>5</sup> non vitam ejus enarrare, sed historiam videar scribere:<sup>5</sup> si tantummodo summas attigero, ne rudibus literarum Græcarum<sup>6</sup> minus lucide appareat, quantus fuerit ille vir. Itaque utrique rei occurram, quantum potero;<sup>7</sup> et medebor cum<sup>8</sup>

<sup>a</sup> *Si facta extendere aggrediar.*

//////////

1 *Pelopidæ vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 Ita Ms. Dan. Mendos. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2. et seqq. h. e. doctis, literatis, historiæ peritis.] Sed *historiis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Keuch. Bos. 1. Patav. *historicus* Ms. Ax.—3 *Dubito* aberat a Ms. Leid. 2.—4 *Ne* est in Ed. Lamb. [Bos. 2. plurimisque seqq. et requirit id h. l. elegantia formæ periodicæ. Heusingerus vero id rejecit post τὸ *incipiam* ediditque, *ne non vitam*; quod *ne* ante *non* facilius excidere potuerit.] Nam *ne* abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus.—5 *Scribere videar* Ms. Ax.—6 *Græc. literar. min. dilucide* Ms. Dan.—7 *Potuerō* Ms. Dan. Boecl. Voss. 2. Ax.—8 *Tum sat.* Ms. Ax.

### NOTÆ

\* *Magis historicis, quam vulgo, notus*] *pidæ* nomen minus in ore populorum Aliqui legunt, *historiis*; sed res eodem recidit. Ita ut sensus sit, Pelopidas nomen minus in ore populorum versari, quam in scriptorum monumentis.

satiatati tum ignorantiae lectorum. Phœbidas<sup>a</sup> Lacedæmonius,<sup>b</sup> cum exercitum Olynthum duceret,<sup>c</sup> iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quæ Cadmea<sup>10</sup> nominatur,<sup>d</sup> occupavit impulsu<sup>11</sup> perpaucorum<sup>e</sup> Thebanorum, qui adversariae factioni<sup>f</sup> quo facilius resisterent, Laconum rebus studebant: idque suo privato,<sup>12</sup> non publico fecit consilio.<sup>g</sup> Quo facto, eum Lacedæmonii ab exercitu removerunt pecuniaque mulctarunt:<sup>h</sup> neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt, quod, susceptis inimicitiiis, satius ducebant eos obsideri, quam liberari.<sup>i</sup> Nam post<sup>13</sup> Peloponnesium bellum Athenasque devictas, cum Thebanis sibi rem esse existimabant: et eos esse solos, qui adversus resistere audent. Hac mente amicis suis<sup>j</sup> summas potestates<sup>14</sup> dederunt, alteriusque<sup>15</sup> factionis principes<sup>k</sup> partim interfecerant,



Voss. 1. Dan. cum *sacietati* Ed. Jens. Arg.—9 *Phebidas* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Mox *Olyntum* Ed. Long.—10 *Cadmei* Ms. Voss. 1. *Cadmeia* Ed. Long.—11 *Impulsum* Ms. Boecl. Voss. 2. Statim *paucorum* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Boecl. Ax. *per paucorum* Ed. Jens. Med. Arg. Mox *adversarii* Ed. Long.—12 *Suæ privatae* Ms. Voss. 2.—13 *Post* abest ab Ed. Jens. Med. Statim *Peloponnesium* Ms. Voss. 1. Leid. 1. Dan. *Peloponnesum* Ed. Jens. Med. Arg.—14 *Summam potestatem* Ms. Voss. 2. Ax.—15 *Sic* Ms. Dan. Boecl. Leid. 2.

NOTE

<sup>b</sup> *Phœbidas Lacedæmonius*] De quo vide Diodorum lib. xv. et Xenoph. de reb. Græc. lib. v.

<sup>c</sup> *Olynthum duceret*] Urbs est inter Athon montem, et Pallenam urbem, ut tradit Suidas; hanc Thraciæ urbem maximam vocant Xenophon et Libanius.

<sup>d</sup> *Arcem oppidi, quæ Cadmea nominatur*] Ideo Cadmea, quia Cadmus Agenoris regis Phœnicum filius ædificaverat.

<sup>e</sup> *Impulsu perpaucorum*] Hos fuisse Archiam, Leontidem, et Philippum testatur Plutarchus, quos vocat *ἄνδρες ὀλιγαρχικοί, καὶ πλούσιοι, καὶ μέτριον οὐδὲν φρονούντες*.

<sup>f</sup> *Adversariae factioni*] In qua erant Ismenias, Pelopidas, Pherenicus, Androclides, et Epaminondas, quauquam

hic propter philosophiam et paupertatem minus timebatur.

<sup>g</sup> *Non publico fecit consilio*] Diodorus tamen lib. xv. auctor est, Ephoros clam mandasse ut Cadmeam occuparent.

<sup>h</sup> *Pecunia mulctarunt*] Decem myriadibus drachmarum, ut refert Plutarchus.

<sup>i</sup> *Quod, susceptis inimicitiiis, satius ducebant eos obsideri, quam liberari*] Hoc est, quod cum jam propter istud facinus inter se commotæ essent inimicitiae, satius ducebant Thebanos obsideri, quam liberari.

<sup>j</sup> *Amicis suis*] Id est, viris suæ potentiae fautoribus, de quibus mox.

<sup>k</sup> *Alteriusque factionis principes*] Nimirum Ismeniam, Androclidem, Pelopidam, ut supra, ex quibus Is-

alios in exilium ejecerant: in quibus Pelopidas hic, de quo scribere exorsi sumus, pulsus patria carebat.<sup>16</sup>

2. Hi omnes fere Athenas se contulerant,<sup>1</sup> non quo<sup>2</sup> sequerentur otium, sed, ut, quemque<sup>3</sup> ex proximo locum fors obtulisset,<sup>4</sup> eo patriam recuperare niterentur.<sup>b</sup> Itaque cum tempus est visum rei gerendæ, communiter cum his, qui Thebis idem sentiebant, diem delegerunt,<sup>5</sup> ad inimicos opprimendos civitatemque liberandam, eum, quo<sup>6</sup> maximi magistratus<sup>7</sup> simul consueverant<sup>8</sup> epulari.<sup>1</sup> Magnæ sæpe<sup>9</sup>

<sup>b</sup> *Verum ut quaecumque statim occasionem fortuna dedisset, ea domos suas recuperaturi uterentur.*

//////////

[Ed. Bos. 2. et seqq.] Sed *alterius* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebb. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—16 *Carebat* aberat a Ms. Voss. 1.

1 *Contulerunt* Ms. Voss. 1.—2 Sic Ms. Dan. Ax. Mendos. Ed. Ultraj. [Bos. Hens. et seqq.] Sed *ut sequer.* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav.—3 *Quaecumque* Ed. Lamb. [sed temere, iudice Tzschuckio. Mox *sors* Ms. Voss. 2. loco τὸν *fors*: quæ duo vocc. sæpius permutari, docet Arntzen. ad Vict. de V. illustr. cap. 13. nr. 1. V. Stav. ad ed. 3. Hensing. cujus not. conf. post *ut* interpunxit, uti jam Lambin. fecerat, et Fisch. in suo exemplo manu ita distinxit, *sed, ut, quemque, &c.* uterque igitur τὸν *ut* retulerunt non ad τὸν *obtulisset*, sed ad τὸν *niterentur*; tunc *quemque* significat *quaecumque*, et post *eo* subintelligendum est *loco*. Atque Hensingeri interpunctionem admiserunt in textu, partim pluribus defenderunt Tzschuck. 1. 2. Harl. Brem. Heinr. quos sum secutus. Contra Schmied. vulgatam interpunctionem *sed, ut quemque ex prox.* tuetur et consecutionem vocc. *ut quemque...obtulisset* magis Latinam esse pronuntiat.]—4 *Optulisset* Ed. Jens. Med. Tum *niteretur* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. —5 *Elegerunt* Ms. Voss. 2. [Sed *delegerunt* h. l. aptius est. V. Stav. ad ed. 3.] et paulo ante *idem sciebant* Ed. Mag.—6 *Eum, quo die* Ms. Ax. fortasse recte: [neque τὸν *die* supprimendum videtur Hensingero, quia veteres substantivum, ubi nobis supervacaneum videtur, iterare soleant, et laudavit Voss. de constructione cap. 55. atque Cortium ad Sallust. B. Cat. 51. 41. At Tzschuck. sine majore codicum consensu obtrudere nolit:] *cum quoque* Ms. Voss. 2. *eum quoque* Ms. Boecl.

#### NOTÆ

meniam capitis accusatum damnarunt, Androclidem dolo interficiendum curavit Leontidas. Sic Plutarchus, et Xenoph. de reb. Græc. lib. v. 8.

<sup>1</sup> *Diem delegerunt, ad inimicos opprimendos civitatemque liberandam, eum, quo maximi magistratus simul consueverant epulari*] Locus iste minus implicatus mihi videretur, si hoc ordine legeretur: *Ad inimicos opprimendos,*

*civitatemque liberandam, diem eum delegerunt quo maximi magistratus simul epulari consueverant.* Rem hanc fuse narrat Xenoph. de reb. Græc. lib. v. 14. atque eum diem fuisse, quo Veneris celebrabatur festum, quoque magistratus suum imperium deponere solebant. Vide ibidem reliquam hujus rei narrationem. Plutarchus idem refert, sed aliis circumstantiis.

res non ita magnis copiis sunt gestæ; sed profecto nunquam ab tam<sup>10</sup> tenui initio tantæ opes sunt profligatæ. Nam duodecim adolescentuli<sup>m</sup> coierunt ex his, qui exilio erant mulctati, cum omnino non essent amplius centum, qui tanto se offerrent periculo: qua paucitate percussa<sup>11</sup> est Lacedæmoniorum potentia. Hi enim non magis adversariorum factioni,<sup>12</sup> quam Spartanis,<sup>13</sup> eo tempore bellum intulerunt: qui principes erant totius Græciæ: quorum imperii<sup>14</sup> majestas,<sup>n</sup> neque ita multo post, Leuctrica pugna,<sup>15</sup> ab hoc initio percussa, concidit.<sup>16</sup> Illi igitur duodecim, quorum erat dux<sup>17</sup> Pelopidas, cum Athenis interdum existissent, ut vesperascente cœlo Thebas possent pervenire,<sup>c</sup>

<sup>c</sup> Cum de die Athenis profecti essent, ut recurrente nocte Thebas ingredi valerent.

//////////

cum quo Ed. Ald.—7 Sic Ms. Dan. Sav. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. [Et plurimæ vett. atque omnes Edd. post Bos. 2. Recte; atque, more Latini usitato, voc. magistratus in plurali numero de collegio, h. l. Polemarchorum, adhiberi, uberior docuit Stav.] Sed *maximus magistratus* Ms. Leid. 1. *magistratus*, omisso τῶν *maximi*, Ed. Lamb. Boecl. Bos. 1. *maxime magistratus* Ed. Keuch. [Sed in repetita Keuch. edit. Hafniæ 1776. recte editum est *maximi*.] Statim *similiter* Ms. Boecl.—8 *Consuerant* Ms. Leid. 2. Dan. *consuerat* Ms. Voss. 1. *cōvenerāt* Ed. Arg. Long. Mag.—9 *Spe* Ms. Leid. 2.—10 *Ab ten.* Ms. Voss. 2. *tam ab tenui* Ms. Dan.—11 *Percussa* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. 1. Bos. 1. solenni permutatione: [v. infra, xviii. 5. Sed rectius *percussa*, h. e. afflicta, Ed. Bos. 2. et seqq. v. Hensing. ad h. l. qui etiam in indice voc. *percellere* h. l. ita legere juhēt. Atque Stav. ad sect. 4. de vi verbi *percellere*, Burm. et Harl. ad Valer. Flacc. ii. 91.]—12 *Factionis* Ed. Jens. Med. Arg.—13 *Spartani* Ms. Voss. 2.—14 Sic Ms. Dan. Mendos. Ax. Boecl. Leid. 1. Voss. 1. 2. Ed. Sav. [Bos. et seqq.] Sed *imperiosa* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Kench. Patav. *imperio* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag.—15 Sic Ms. Dan. Ax. Boecl. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *post Leuctricam pugnam* Ms. Sav. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav.—16 Ita Ms. Dan. Ax. Mendos. Ed. Sav. [Ed. Bos. 2. et recentt. Recte. De potestate verbi *percussa* v. nr. 11. et compositum *concidit vim* intendit.] Sed *percussa cecidit* Ms. Voss. 2. *percussa cecidit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> Nam duodecim adolescentuli] De eorum numero cum Nepote consentit Plutarchus; at sex tantum exules fuisse cum Melone uno ex Thebanis exulibus, qui septimus erat, refert Xenoph. de rebus Græc. lib. v. 14.

<sup>n</sup> Quorum imperii majestas] Hæc

dicuntur ad ostentationem eximii Spartanorum Imperii super omnem Græciam: scribit enim Plutarchus in Pelopida, ante Leuctricam pugnam tantas Lacedæmoniorum vires fuisse, et tam firmis vinculis eorum imperium fuisse astrictum, ut vulgo

cum canibus venaticis exierunt, retia ferentes, vestitu agresti, quo minore suspitione facerent iter. Qui cum tempore ipso, quo studuerant, pervenissent, domum Charonis<sup>18°</sup> devenerunt, a quo et tempus et dies erat datus.

3. Hoc loco libet interponere, etsi sejunctum ab re posita est,<sup>1</sup> nimia fiducia quantæ calamitati<sup>2</sup> soleat esse.<sup>p</sup> Nam magistratum Thebanorum statim ad aures pervenit, exules in urbem devenisse.<sup>3</sup> Id illi, vino epulisque dediti,<sup>q</sup> usque eo<sup>4</sup> despexerunt, ut ne quærere quidem de tanta re laborarent. Accessit etiam, quod magis aperiret eorum dementiam. Allata est enim epistola Athenis ab \* Archia hierophante, Archiæ,<sup>5</sup> <sup>r</sup> qui tum maximum magistratum Thebis



Patav.—17 *Dux erat* Ms. Ax.—18 *Caronis* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Statim *devenierunt* etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed *deverterunt* Ed. Lamb. Keuch. e glossemate.

1 Sic Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. Leid. 2. [Ed. Bos. 2. Tzschuck. 1. Stav. 1. 2. 3. Brem. (quem vid.) Schmied.] Sed *a re posita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *a re proposita est* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Wetz.] *ab re proposita est* Ms. Dan. Ed. Heus. [Harl. Bipont. Ith. Heinr. Tzschuck. 2. Et equidem verius, saltem aptius esse putem. *Propositum* enim, h. e. ab initio positum, erat Cornelio, ostendere, quantus vir fuerit Pelopidas (cap. 1.) et quantas res non ita magnis copiis gesserit. Ab ea igitur re, antea proposita, alienum hoc interponit, nimiam fiduciam magnæ calamitati esse solere. Conf. Heusing. qui etiam monet, *ponere* h. l. non esse narrare, referre: quod ita *ponenda*, non *posita* dicendum fuisset. Sed quod *ponere* pro *proponere* etiam legitur, (v. interpr. ad Phædr. III. 14. 8.) equidem *re posita* loco suo removere non audeo; at interpretor, *antea posita, dictate re, vel de qua agitur.*]—2 *Quanta calliditate* Ms. Boecl. et Ax. a manu secunda; sed manus prima scripserat *calamitate.*—3 *Venisse* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.—4 *Usque despex.* Ms. Ax. Mox *re* omittit Ms. Voss. nescio, uter.—5 Ita Ed. Ald. (in qua tamen scriptum est *hierophonte,*) Lamb. [Bos. 2. in textu; in ed. tamen prima abest stellula, Stav. 1. 2. 3. Tzschuck. 1. 2.

#### NOTÆ

omnes existimarent, solvere illud aut frangere neminem unquam valiturum.

<sup>o</sup> *Domum Charonis*] In quibusdam editionibus legitur, *Coronis*; sed nihil muto, quia sic legitur apud Xenoph. lib. v. 14. jam sæpe citato; quem pariter unum ex conjuratis, sed minime a tyrannis suspectum ait: *διενυκτέρευσαν παρὰ Χάρωνι τινι.*

<sup>p</sup> *Nimia fiducia quantæ calamitati soleat esse*] Cui simillimum est istud Velleii Patere. lib. II. 118. 'Neminem

celerius opprimi, quam qui nihil timet; et frequentissimum initium esse calamitatis, securitatem.'

<sup>q</sup> *Illi, vino epulisque dediti*] Simile exemplum refert Livius lib. XXII. de Syracensis captis inter vini epularumque copiam. Sunt et præterea innumera ejusdem rei exempla.

<sup>r</sup> *Ab Archia hierophante, Archiæ*] Variè hic locus legitur, quibus tamen lectionibus prætermisissis, referam illud solum, quod mihi arridet magis. Certum est enim Plutarchum scrip-



obtinebat:<sup>6</sup> in qua omnia de profectioe exulum perscripta<sup>7</sup> erant. Quæ cum jam accubanti<sup>8</sup> in convivio esset data, sicut erat signata, sub pulvinum<sup>9</sup> subjiciens: ‘In crastinum,’ inquit, ‘differo res severas.’<sup>10</sup> At illi omnes, cum jam nox processisset,<sup>11</sup> vinolenti ab exulibus, duce Pelopida, sunt interfecti.<sup>4</sup> Quibus rebus confectis, vulgo ad arma libertatemque vocato, non solum, qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt,<sup>12</sup> præsidium Lacedæmoniorum ex arce pepulerunt,<sup>a</sup> patriam obsidione liberaverunt, auctores Cadmeæ occupandæ partim occiderunt, partim in exilium ejecerunt.<sup>13</sup>



Harl. Brem. Wetz.] Sed ab Archino uno Thisarchiæ Ms. Leid. 2. ab Archino uno Hexhisarchiæ Ms. Voss. 1. ab Archino hierophante uno ex his, Ms. Voss. 2. ab Archino uno ex his Archiæ Ms. Dan. Ax. Boecl. Mendos. Venet. ab Archino uno tysarchiæ Ed. Jens. Med. Arg. Par. ab Archia uno, Tysarchæ Codd. vett. apud Mag. ab Archia uno Tinarchiæ Ed. Long. Mag. ab Archia, hierophante, uni ex his, Archiæ Ed. Heus. [Bipont. Ith. Schmied. Panfl. quæ emendatio admodum probabilis esse videtur.]—6 *Obtenebat* Ms. Voss. 2. *optinebat* Ed. Jens. Med.—7 *Scripta* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Patav. [Sed *perscripta*, h. e. ordine et accurate pleneque scripta, Ed. Bos. et seqq. recte: v. Stav. ad maj. ed. et Harl.]—8 Ita ed. Long. [Bos. et rell.] Sed *cum jam occub.* Ms. Dan. *cum accub.* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. *cuidam accub.* Ms. Leid. 2.—9 Sic Ms. Dan. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. [Ed. Bos. et seqq. recte: v. Burm. ad Petron. Satyr. c. 74. p. 367. ed. 1. et Stav. ad ed. 3.] Sed *in pulvinum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Kench.—10 Ita etiam Ms. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. [Bos. Stav. 1. et rell. plurimæ.] Sed *serias* Ed. Stav. 2. 3. [Harl. Tzschuck. 1. et Schott. id melius habere libros editos, (sed quinam?) affirmat: sensu quidem eodem; sed *severas* h. l. plus est, Plutarch. in Pelop. c. 10. *εις αβριον τα σπουδαία*. V. Tzsch. ad ed. 2.]—11 [Cum jam non processissent Ms. Voss. 2. Ax. Statim vino pleni Ms. Ernst. e glossemate, puto. Mox in Ms. Ax. deerant verba, *duce Pelopida*.—12 *Concurrunt* Ed. Ald. Mox *liberant* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Patav. [Wetz.]—13 *Alios in ex. ejec.* Ms. Mag. *partim ex. ejec.* Ms. Bav. *part. in ex. venerunt* Ms. Leid. 2.

## NOTÆ

sisse, παρὰ Ἀρχίου τοῦ ἱεροφάντου, πρὸς Ἀρχίαν. Ergo ille Atheniensis, qui scripsit, nomen habuit Archias, qui Hierophantes, id est, Ædituns, seu sacrorum custodia præfectus erat; et ille, cui scribebatur, Archias etiam nuncupabatur; et summam Thebis potestatem tenebat. Vid. Xenoph. loco citato.

<sup>a</sup> ‘In crastinum,’ inquit, ‘differo res

*severas*’ Schottus mavult *serias*; quod fere eodem recidit.

<sup>4</sup> *Duce Pelopida, sunt interfecti*] Vide Xenophontem loco citato, qui hanc historiam fuse describit, sed alias adhibet circumstantias. Eandem etiam refert Plutarchus.

<sup>a</sup> *Præsidium Lacedæmoniorum ex arce pepulerunt*] Cadmea, quam cum occupassent, ut supra dictum est, Lacedæ-

4. Hoc tam turbido tempore, sicut supra docuimus,<sup>1</sup> Epaminondas, quoad cum<sup>2</sup> civibus dimicatum est, domi quietus fuit. Itaque hæc liberandarum Thebarum propria laus est Pelopidæ: ceteræ fere omnes communes cum Epaminonda. Namque in<sup>3</sup> Leuctrica pugna, imperatore Epaminonda, hic fuit dux<sup>4</sup> delectæ manus,<sup>v</sup> quæ prima phalangem prostravit Laconum: omnibus præterea periculis affuit: sicut Spartam cum oppugnavit, alterum tenuit cornu: quoque Messena<sup>5</sup> celerius restitueretur,<sup>d</sup> legatus in Persas est profectus.<sup>w</sup> Denique hæc fuit altera persona Thebis,<sup>x</sup> sed famen secunda, ita ut proxima esset Epaminondæ.<sup>6</sup>

5. Conflictatus autem est cum adversa fortuna. Nam et initio, sicut ostendimus, exul patria caruit; et cum Thesaliam<sup>1</sup> in potestatem Thebanorum cuperet redigere, legationisque jure satis tectum<sup>2</sup> se arbitraretur,<sup>y</sup> quod apud omnes gentes sanctum esse consuesset,<sup>3z</sup> a tyranno Alex-

<sup>d</sup> Et ut promptius Messena instauraretur.

<sup>e</sup> Adeo ut secundum ab Epaminonda locum teneret.

1 Sic etiam Ms. Voss. 1. Leid. 2. Sed diximus Ed. Mag. Steph. Gebh. Kench. male. Statim Epaminondas Ms. Leid. 2.—2 Cum aberat a Ms. Voss. 1.—3 [Sic Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 3. Ith. Tzschuck. 1. Brem. Wetz. Schmied.] in aberat a Ms. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Stav. 2. [Harl. Heinr. Bipont. Tzschuck. 2. Paufl. v. Oudend. ad Cæsar. B. G. II. 1. p. 87. b.] in unciis inclusit Heus.—4 Dux abest ab Ed. Jens. Med. Ald. Mox primam Ed. Mag.—5 Essent Ms. Leid. 2. Essena Ms. Voss. 1. Dan. Messena Ms. Voss. 2. Ax. in quo etiam est quo pro quoque.

1 Thesaliam Ms. Voss. 2.—2 Sic Ms. Dan. Sed tutum Ed. Long. Mag. Steph.—3 In Ms. Boecl. [et Voss. 2.] corrupte erat: quod apud eos gentes

#### NOTÆ

dæmonii, duce Phæbida, semper retinuerant valido præsidio.

<sup>v</sup> Hic fuit dux delectæ manus] Scilicet, cohortis trecentorum militum sibi mutuo amore amicitiae conjunctorum, qui una vincere, aut una perire semper parati erant: hæc etiam sacra cohors dicebatur, cujus anctor Gorgias fuit. Polyænus lib. II.

<sup>w</sup> Legatus in Persas est profectus] Ne scilicet legati a Lacedæmoniiis prius missi de societate cum Persis inenda, impedirent ne Messena diruta at-

que eversa instauraretur, atque incolis frequentaretur.

<sup>x</sup> Hac fuit altera persona Thebis] Hæc translatio a scena sumta est.

<sup>y</sup> Legationisque jure satis tectum se arbitraretur] Nihil de hac legatione Plutarchus. Diodorus vero lib. XV. scribit Pelopidam et Ismeniam cum Alexandro Pherarum tyranno occurrissent, temere et sine ulla ratione ab eo comprehensos esse, et in carcerem conjectos.

<sup>z</sup> Quod apud omnes gentes sanctum

andro Pheræ<sup>a</sup> simul cum Ismenia<sup>4</sup> comprehensus, in vincula<sup>5</sup> conjectus est. Hunc Epaminondas recuperavit, bello persequens Alexandrum.<sup>b</sup> Post id factum, nunquam is animo placari potuit in eum, a quo erat violatus. Itaque persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliæ proficiscerentur, tyrannosque ejus expellerent. Cujus belli cum ei summa<sup>6</sup> esset data, coque cum exercitu profectus esset, non dubitavit, simul ac<sup>7</sup> conspexit hostem, configere.<sup>c</sup> In quo prælio Alexandrum ut animadvertit, incensus ira equum in eum concitavit, proculque degressus<sup>8</sup> a suis, conjectu telorum confossus concidit.<sup>9</sup> Atque hoc secunda victoria accidit:<sup>f</sup> nam jam inclinatae erant tyrannorum copiae. Quo facto, omnes Thessaliæ civitates interfectum Pelopidam coronis aureis<sup>d</sup> et statuis æneis, liberosque ejus multo<sup>10</sup> agro donarunt.

*f* Idque inclinante in Thessalos belli fortuna evenit.

factum esse consuescit. Scriptum fuerat apud oes. In Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. est factum, pro sanctum.—4 Similiter cum hismenia Ms. Boecl. simul cum ii sine via Ms. Leid. 2. Atque Hismenia Ed. Jens. Med. Arg. his Menia Ms. Ax. Græce Ἰσμενίας dicitur.—5 Vincla Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Long.—6 Summa cum ei Ed. Lamb. [Wetz.]—7 Simulac Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mox configere Ms. Leid. 2.—8 Digressus Ms. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Keuch. Patav. ut Datam. c. 11. [Sed degressus Ed. Lamb. Bos. et rell. conf. Plutarch. in Pelop. c. 32. Stav. Tzschluck. &c.] Mox confosus Ms. Voss. 2.—9 Sic Ms. Dan. Ax. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2. Heus. Stav. 1. 2. 3. et plur. recent.] Sed cecidit Ed. Arg. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Harl. Tzsch. 1. 2.] Statim atque hæc Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Dein Thessaliæ Ms. Voss. 2.—10 Hæc duo vocc. æneis....multo aberant a Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Mox donaverunt Ed. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.

#### NOTÆ

esse consuescit] Quanta ubique gentium legatorum nomini habeatur veneratio, satis notum est. Unde Statius lib. II. 'Sanctum populis per sæcula nomen Legatum.' Et Cic. Verr. III. 'Legatorum jus divino humanoque vallatum præsidio.'

<sup>a</sup> Alexandro Pheræo] Pheræ, oppidum Thessaliæ; unde Pheræus.

<sup>b</sup> Bello persequens Alexandrum] Hunc exitum bellum illud habuit, ut tyrannus, impetratis triginta dierum indu-

ciis, Pelopidam liberaret. Plutarchus in Pelopida.

<sup>c</sup> Non dubitavit, simul ac conspexit hostem, configere] Licet Alexander haberet militum amplius viginti milia. Diodorus.

<sup>d</sup> Coronis aureis] Quæ etiam mortuis imponi solebant, ut scribit Cic. in oratione pro Flacco. Sic honoris ergo auream coronam castricio mortuo imponendam Pergameno decrevisse.

## XVII.

# AGESILAUS.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Cum fratris filio de honore regni contendit. 2. Pactas cum Tisapherne inducias religiose servat. 3. Phrygiam depopulatur. Ephesi hyemat, et militem exercet. Alio se iturum simulat, semper in Asia victor. 4. Domum revocatur. Bœotios vincit, iisque parcit. 5. Bello circa Corinthum victor, miseratur eadē Græcorum. 6. Ad pugnam Leutricam ire recusat. Spartam servat singulari commento. 7. Patriam sublevat pecunia. 8. Ejus corporis et vitæ ratio. In portu Menelai morbo decedit.

---

AGESILAUS, Lacedæmonius, cum a ceteris scriptoribus, tum eximie a Xenophonte Socratico<sup>2a</sup> collaudatus est: eo enim usus est familiarissime.<sup>b</sup> Hic<sup>3</sup> primum de regno cum Leotychnide,<sup>4c</sup> fratris filio, habuit contentionem. Mos est enim a

1 *Agesilai vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 *Socratico* Ms. Voss. 1. 2. Statim *collatus* pro *collaudatus* Ed. Long.—3 Sic rescribe. In ipsa ed. Boecl. Bos. Stav. 1. est *hinc* vitiose.—4 *Leotychnide* Ms. Leid. 2. Ed. Ald. *Leutychnide* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. [et ita eum constanter vocat Herodotus lib. vi. 65. 71. 72. in primis viii. c. 131. de stemmate illius, (ubi v. Valcken.)

### NOTÆ

<sup>a</sup> *A Xenophonte Socratico*] Socratis auditore: una enim cum Platone Socratem audivit, ejus meminit Gellius lib. xiv. 3. et Cicero Epist lib. v. 12. ad Luceium, et de Oratore lib. ii. Fuerunt et alii ejusdem nominis viri egregii, de quibus vide Suidam.

<sup>b</sup> *Eo enim usus est familiarissime*]

Dubium est, uter altero familiariter usus sit; mihi vero id potius ad Agesilaum, quam ad Xenophontem referri videtur.

<sup>c</sup> *Cum Leotychnide*] Idem ipsi nomen affingitur a Xenophonte in Agesilao.

majoribus Lacedæmoniis traditus, ut duos haberent semper reges, nomine magis quam imperio, ex duabus familiis Procli<sup>5</sup> et Eurysthenis,<sup>d</sup> qui principes ex progenie Herculis Spartæ<sup>6</sup> reges fuerunt. Harum<sup>7</sup> ex altera in alterius familiarum locum fieri non licebat:<sup>a e</sup> itaque<sup>8</sup> utraque<sup>9</sup> suum retinebat ordinem. Primum ratio habebatur,<sup>10</sup> qui maximus natus esset ex liberis ejus, qui regnans decessisset: sin is virilem sexum non reliquisset, tum deligebatur,<sup>11</sup> qui proximus esset propinquitate. Mortuus erat Agis rex, frater Agesilai: filium reliquerat Leotychidem,<sup>12 f</sup> quem ille natum<sup>13</sup> non agnorat: eundem moriens suum esse dixerat. Is de honore regni cum Agesilao suo patruo<sup>14</sup> contendit; neque id, quod

<sup>a</sup> *Fas non erat quenquam ex altera familia alterius familiarum vices occupare.*



ac IX. c. 91. et sic nomen scribere jussit Oudendorp. ad Frontin. Strateg. I. 11. sect. 7. p. 138.]—5 Ita etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. [Ed. Long. Bos. 2. Stav. Heus. Ith. Brem. Bipont. Heinr. Paufl.] Sed *Procli* Ms. Voss. 2. *Proclis* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. [Tzschuck. Harl. Wetz. Schmied.] Mox *Eurysthenis* Ms. Leid. 2. Dan. *Eristhenis* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—6 *Sparthæ* Ms. Dan.—7 *Horum* (scil. Procli et Eurysth.) Ms. Mendos. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Heusing. [Ith. Schmied. Bipont. Heinr. Tzschuck. 2. qui cum Heusing. illam lectionem late defendit. Sed *harum*, scil. familiarum, Ed. Bos. Stav. Harl. Brem. Wetz. Tzschuck. 1. Paufl.]—8 *Ita* Ms. Voss. 1. [et h. l. propter seq. *τὸ utraque* suavius.]—9 Sic Ms. Boecl. Leid. 1. Ed. Ultraj. [Bos. 2. Heus. et rell. recent.] Sed *uterque* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1.—10 Sic Ms. Dan. Leid. 1. Ax. Sed *primum ideo habebatur* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. *primus in eo habebatur* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Patav.—11 *Tunc deligebatur* Ms. Voss. 1. Leid. 2. [Ed. Wetz.] *tunc diligebatur* Ms. Ax. Voss. 2. Ed. Med. Arg. Boecl. *tum delig.* Ed. Mag. Long. Kench. Stav. 1. 2. 3. [Heus. Ith. Harl. Tzschuck. Heinr. *tunc eligeb.* Ed. Bos. 1. 2. Ith. nam *deligitur*, qui ex pluribus, sed idoneis; *eligitur*, qui ex promiscua multitudine legitur.] *Tum dilegebatur* Ed. Lamb. [*tum diligeb.* Ed. Schmied. Paufl.]—12 *Leotychidem* Ms. Voss. 1. Leid. 2. *Leontychiden* Ed. Ald. *Leutychidē* Ed. Jens. Med. Arg. Par. [v. ad cap. 1.]—13 *Ita* Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. 2. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. (in quo est *trauum*) Arg. Par. Long. [Bos. et seqq.] Sed *vivens* Mss. et ed. Mag. *vivus* Ed. Ald.

NOTÆ

<sup>d</sup> *Procli et Eurysthenis*] Hi ambo erant ex Heraclidarum familia, quorum successionis Catalogum ab Hercule enumerat Pausanias. De his etiam quædam a Cicer. lib. II. de divinatione scribuntur.

<sup>e</sup> *Fieri non licebat*] Qui enim ex

Proclidarum familia erat, non poterat Rex fieri in locum ejus, qui ex Eurysthenidarum familia esset; et vice versa.

<sup>f</sup> *Filium reliquerat Leotychidem*] De quo mox diximus.

petivit, consecutus est.<sup>15</sup> Nam, Lysandro suffragante,<sup>8</sup> homine,<sup>16</sup> ut ostendimus supra, factioso, et his<sup>17</sup> temporibus potente, Agesilaus antelatus est.

2. Hic, simulatque<sup>1</sup> imperii potitus est, persuasit Lacedæmoniis, ut exercitum emitterent in Asiam, bellumque regi facerent: docens, satius esse in Asia, quam in Europa dimicari.<sup>2</sup> Namque fama exierat,<sup>3</sup> Artaxerxem comparare classes,<sup>4</sup> pedestresque exercitus, quos in Græciam mitteret. Data potestate, tanta celeritate usus est, ut prius in Asiam cum copiis<sup>5</sup> pervenerit, quam regii satrapæ eum scirent profectum. Quo factum est, ut omnes imparatos<sup>6</sup> imprudentesque offenderet. Id ut cognovit Tissaphernes,<sup>7<sup>h</sup></sup> qui summum imperium tum inter præfectos habebat regios, inducias a Lacone petivit,<sup>1</sup> simulans, se dare operam, ut

Lamb. Steph. Gebh. Keuch.—14 *Patruo suo* Ms. Ax.—15 *Est abcrat a* Ms. Voss. 1. Dein a vocc. *Nam Lysandro* incipit cap. 2. in ed. Patav.—16 *Lys. homine suffr. homine* Ms. Voss. 2.—17 *Iis* Ms. Voss. 1. Mox divisim *ante latus* Ed. Jens. Med.

1 *Simulac* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Statim *imperio* Ms. Ax. Boecl. Ed. Long. sed *imperii* Ms. Dan. Ed. Par. Ald. Lamb. et rell.—2 Ita Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ax. [Ed. Bos. 2. Stav. Tzschuck. Harl. Brem. Wetz.] Sed *dimicare* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Heus. [Ith. Heinr. Schmied. Paufl.]—3 *Erat* Ms. Mendos. Ed. Ultraject. *famam exire* Ed. Ald.—4 *Classis* Ms. Boecl. Voss. 1. Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2. 3. [Hari.] Sed *classem* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat. [Tzschuck.] *classes* Ms. Dan. Heus. [Ith. Brem. Schmied.] Statim *pedestrisque exerc.* Ms. Boecl. Leid. 2. [Ed. Bos. 2. Stav. Harl.] Sed *pedestresque exerc.* Ms. Voss. 1. Ed. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. Heus. [et rell. recc.] *pedestrisque* Ed. Lamb.—5 *Hæc cum copiis* aberant a Ms. Ax. Statim *perveniret* etiam Ms. Ax. [Ed. Bos. Stav. 1. 2. Brem. Harl.] Sed *pervenerit* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Mediol. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lambin. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Heusing. [Stav. 3. Ith. Wetz. Tzschuck. 1. 2. Schmied. Heinr. Paufl. idque h. l. melius esse videtur: accedit quoque major codd. veterumque edd. auctoritas.]—6 *Omnes imperatores imparatos* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Sed rectius abest *imperatorum* ab Ms. Dan. [et Ed. Bos. ac seqq.]—7 *Tisaph.* Ed. Jens. Med. Arg. ubique.

## NOTE

<sup>8</sup> *Lysandro suffragante*] Lysander ille, de quo jam supra, Agesilaum puerum amaverat, teste Plutarcho in Lysandro et Agesilao.

<sup>h</sup> *Id ut cognovit Tissaphernes*] Ille, Cyrum minorem apud Artaxerxem fratrem criminando, causa fuit ejus

belli quod postea inter fratres exarsit: occisus est tandem ejusdem Artaxerxis jussu, quod adversus Agesilaum rem proditorie gerere videretur. Vide Xenoph. de rebus Græciæ lib. III. 11.

<sup>1</sup> *Inducias a Lacone petivit*] Id est,

Lacedæmoniis cum rege conveniret;<sup>b</sup> re autem vera, ad copias comparandas: easque impetravit trimestres.<sup>9</sup> Juravit autem uterque, se sine dolo inducias conservaturum: in qua pactione summa fide mansit Agesilaus: contra ea Tissaphernes nihil aliud, quam bellum comparavit. Id etsi sentiebat Laco,<sup>10</sup> tamen jusjurandum servabat, multumque in eo se consequi<sup>11</sup> dicebat, quod Tissaphernes perjurio suo et homines suis rebus abalienaret, et Deos sibi iratos redderet; se autem, servata religione,<sup>12</sup> confirmare exercitum,<sup>c</sup> cum animadverteret, Deorum numen<sup>13</sup> facere secum,<sup>d</sup> hominesque sibi conciliari<sup>14</sup> amiciores, quod his<sup>15</sup> studere consuessent, quos conservare fidem<sup>16</sup> viderent.

3. Postquam induciarum præteriit<sup>1</sup> dies, barbarus non dubitans, quod ipsius erant plurima domicilia in Caria,<sup>j</sup> et ea regio his<sup>2</sup> temporibus multo putabatur locupletissima,

<sup>b</sup> Ut Lacedæmonios cum rege conciliaret.

<sup>c</sup> Se vero, non violato sacramento, suos milites corroborare.

<sup>d</sup> Deos sibi esse adjutores.



Mox in Ed. Jens. Med. est *Licone*.—8 *Lacedæmonii...convenirent* Ms. Voss. 1. Leid. 2. [At Stav. ad ed. 3. late docet, non recte dici homines *cum aliquo convenire*, pro pacisci, consentire; sed vel rem dici, vel de re convenire inter homines, vel sæpe etiam Nominativum rei subintelligi.]—9 *Trimestris* Ms. Dan. *trimestris* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mox *indutias* Ed. Lamb. et *Tisaphernes* Ed. Long.—10 *Loco* Ms. Voss. 2.—11 *Consequi se* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. Patav. [Wetz. Ith.]—12 *Confirmata relig.* Ms. Voss. 1. sed in marg. 'al. *conservata*.' [et *conservata* Ed. Paufl.] Mox *animadverter*. aberat a Ms. Voss. 2.—13 *Unius nomen* Ms. Boecl. Voss. 2. *unius numen* Ms. Ax. [*Deorum numen* est vel periphrasis pro *Deos*, vel *Deorum potestas, auxilium, aspiciunt*.]—14 Ita Ms. Dan. Leid. 2. [Ed. Bos. cum plurimis.] Sed *conciliare* Ms. Leid. 1. Ax. Boecl. Voss. 1. 2. (sed in Voss. 1. supra notatum erat *conciliari*.) Ed. Gebh. [Wetz. ut pari constructione procedat cum *confirmare*.] Statim *amitiores* Ed. Jens. Med. Arg. *amicitiores* Ms. Ax.—15 *Iis* Ed. Mag. Sed *his* etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2.—16 *Confirmare fid.* Ms. Voss. 2. tum *videret* Ed. Arg.

1 *Præteriit* Ed. Jens. Med.—2 *Iis tempor.* Ms. Voss. 1.—3 *Hostis* Ed. Jens.

#### NOTÆ

ab Agesilao. De iisdem induciis, proditorie a Tissapherne factis, loquitur Xenoph. lib. III. 8.

<sup>j</sup> *Plurima domicilia in Caria*] Diodorus refert lib. XIV. in ejusmodi domi-

ciliis seu castellis hortos fuisse amœnissimos, omnibusque rebus ad voluptatem et delicias comparatis instructos.

eo potissimum hostes<sup>3</sup> impetum facturos; omnes suas copias eo contraxerat. At Agesilaus in Phrygiam se convertit, eamque prius depopulatus est, quam Tissaphernes usquam se moveret. Magna præda militibus locupletatis, Ephesum hyematum exercitum reduxit;<sup>k</sup> atque ibi, officinis<sup>4</sup> armorum institutis, magna industria bellum apparavit,<sup>5</sup> et quo studiosius armarentur, insigniusque<sup>6</sup> ornarentur, præmia proposuit,<sup>1</sup> quibus donarentur, quorum egregia in ea re fuisset industria. Fecit idem in exercitationum generibus, ut, qui ceteris præstitissent, eos magnis<sup>7</sup> afficeret muneribus. His igitur rebus effecit, ut et ornatissimum et exercitatissimum haberet exercitum.<sup>8m</sup> Huic cum tempus esset visum, copias extrahere ex hybernaculis; vidit, si, quo esset iter facturum, palam pronuntiasset, hostes<sup>9</sup> non credituros, aliasque regiones præsiidiis<sup>10</sup> occupaturos, nec dubituros, aliud<sup>11</sup> esse facturum, ac pronuntiasset. Itaque cum ille Sardes<sup>12</sup> iturum se<sup>13</sup> dixisset, Tissaphernes eandem Cariam defendendam putavit. In quo<sup>14</sup> cum eum opinio fefellisset,

//////////

Med. Arg.—4 *Efficinis* Ms. Leid. 2.—5 Ita etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sav. Put. Gif. [v. not. Stav. ad ed. maj. Ed. Bos. cum seqq.] Sed *apparuit* Ms. Ax. *paravit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph.—6 *Insignius* Ms. Boecl. Voss. 2. *insignibusque* Ms. Dan. Mox *premia* Ed. Jens. Med. Dein *egregia pro egregia* Ms. Voss. 2.—7 *Eos magis* Ms. Boecl. Voss. 2. quod Scheffero melius videtur.—8 *Haberet exercitum et exercitatissimum* Ms. Leid. 2. In ed. Ald. τὸ et ante *ornat.* deest.—9 *Hostis* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. —10 Ita Ms. Dan. Leid. 1. [Ed. Bos. et seqq.] Sed abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. Mox in Ms. Ax. erat *neque pro nec.*—11 *Eum aliud* Ms. Ax.—12 *Sardeis* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [*Sardes* Ed. Wetz. Paufl. Schmied.] *Sardis* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Bos. Heus. et rell. plur.]—13 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. 2. Stav. et seqq. recentt.] Sed *se iturum* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.—14 *In eo* Ms. Voss. 1.—15 *Magni erat* Ms.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Ephesum hyematum exercitum reduxit*] Quia exta sacrificanti parum læta fuerant, et victimæ sine fibris etiam extiterant, ideo longius non progressus est. Sic refert Diodorus lib. xiv. Adde quod id etiam factum est, quia ipsi equitatus deficiebat, cujus defectu barbaris impar esse videbatur. Xenoph. de reb.

Græc. lib. iii.

<sup>1</sup> *Præmia proposuit*] De hac re Xenoph. ibidem.

<sup>m</sup> *Ut et ornatissimum et exercitatissimum haberet exercitum*] Id est, exercitum omnibus instrumentis bellicis optime instructum, et milites in omni exercitationum genere apprime versatos.



victumque se vidisset consilio, sero suis præsidio profectus est.<sup>a</sup> Nam cum illo venisset, jam Agesilaus, multis locis expugnatis, magna<sup>15</sup> erat præda potitus. Laco autem, cum videret, hostes equitatu superare, nunquam in campo sui fecit potestatem,<sup>c</sup> et his locis manum conseruit, quibus plus pedestres copiæ valerent. Pepulit ergo, quotiescumque<sup>16</sup> congressus est, multo majores adversariorum copias; et sic in Asia versatus est, ut omnium opinione victor duceretur.<sup>17</sup>

4. Hic cum jam animo<sup>1</sup> meditaretur proficisci in Persas, et ipsum regem adoriri, nuntius ei domo venit ephorum missu,<sup>2</sup> bellum Athenienses et Bœotios<sup>3</sup> indixisse Lacedæmoniis; quare venire ne dubitaret.<sup>4</sup> In hoc non minus ejus<sup>5</sup> pietas suspicienda est, quam virtus bellica: qui cum victori<sup>6</sup> præesset exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi, tanta modestia dicto audiens fuit jussis absentium magistratuum,<sup>7f</sup> ut si privatus in comitio<sup>o</sup>

<sup>c</sup> Nusquam in patenti loco suas copias explicuit.

<sup>f</sup> Tam modeste absentium magistratuum mandatis obtemperavit.



Voss. 2.—16 Quotiescumque Ms. Voss. 1. 2. Ed. Med. Arg. Long.]—17 Diceretur Ed. Ald.

1 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. et seqq.] Sed ab Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Patav. abest *τὸ jam*.—2 Ita glossa Ms. Dan. et Ed. Ultraject. in marg. [Ed. Bos. 2. Staver. Heus. et fere omnes seqq.] Sed ephorum jussu Ms. Dan. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Patav. [Brem.] pro ephorum jussu Ms. Leid. 2.—3 Et Bœotios bellum indix. Ms. Ax. Voss. 2. In Ms. Voss. 1. erat *Boëtios*. In Ed. Jens. Med. est *boëtios*.—4 Sic Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Heus. [Tzschuck. Stav. 3. Ith. Harl. Schmied. Panfl. Sed non dubitaret Ed. Bos. et reliq. edd. antiq. ac recc.]—5 Ejus aberat a Ms. Boecl. et Ax. [uncis id inclusum habent Ed. Bos. 2. Hcus. Stav. Harl. Bipont. quia illarum editores anteed. in hoc interpretantur de Agesilao.] Sed unci absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. [Tzsch. Ith. Wetz. Brem. Schmied. Heindr. Panfl. In hoc tum explicandum est in hoc facto, hac in re.] Mox suscipiendæ Ms. Mendos. Ed. Arg.—6 Victor Ed. Ald.—7 Magistratuum Ed. Jens.—8 Tant.

#### NOTE

<sup>a</sup> Sero suis præsidio profectus est] Quarto scilicet die postquam in Lydiam ingressus erat, et jam populatus erat Agesilaus. Sic refert Xenoph. lib. III 11.

<sup>o</sup> In comitio] Id est, in loco ubi comitia habebantur. Quo etiam vocabulo in eodem sensu utitur Cic. in Oratione pro Sextio, et in Verrem. Agesilao autem missam fuisse scyta-

esset Spartæ : cujus exemplum utinam imperatores nostri<sup>p</sup> sequi voluissent ! Sed illuc redeamus. Agesilaus opulentissimo regno præposuit bonam existimationem ; multoque gloriosius duxit, si institutis patriæ paruisset, quam si bello superasset Asiam. Hac igitur mente Hellespontum copias trajecit, tantaque usus est celeritate,<sup>8</sup> ut, quod iter Xerxes anno vertente<sup>q</sup> confecerat,<sup>s</sup> hic transierit triginta diebus. Cum jam haud ita longe<sup>9</sup> abesset a Peloponneso, obsistere ei conati sunt Athenienses et Bœotii,<sup>10</sup> ceterique eorum socii,<sup>r</sup> apud Coroneam :<sup>5</sup> quos omnes gravi prælio vicit. Hujus victoriæ vel maxima fuit laus, quod cum plerique ex fuga se in templum Minervæ<sup>t</sup> conjecissent,<sup>11</sup> quærereturque ab eo, quid his fieri vellet ;<sup>12</sup> etsi aliquot vulnera acceperat eo prælio, et iratus videbatur omnibus, qui adversus arma tulerant ; tamen antetulit iræ<sup>13</sup> religionem, et eos vetuit violari. Neque vero<sup>14</sup> hoc solum in Græcia fecit, ut templa Deorum sancta haberet ; sed etiam apud barbaros summa religione omnia simulacra arasque conservavit. Itaque prædicabat, mirari se, non sacrilegorum numero haberi, qui supplicibus eorum nocuissent ; aut non

<sup>8</sup> *Ut, quam viam anni spatio Xerxes emensus fuerat.*



*celer. usus est* Ms. Ax. Paulo ante *Asiam super.* Ed. Lamb.—9 *Ita* Ms. Dan. Leid. 1. Boecl. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *ita aut longe* Ms. Voss. 2. Ax. *haud longe* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch.—10 *Bœotii* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg.—11 *Conjecisset* Ms. Ax.—12 *Vellet fieri* Ms. Leid. 2.—13 *Ire* Ed. Jens. Med. Arg.—14 *Ita etiam* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. [Ed. Bos. et sqq.] Sed *τὸ vero* abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.

#### NOTÆ

len, qua semper in revocandis suis ducibus utebantur Lacedæmonii, testis est Xenoph. lib. iv. 4. Porro de scytala, vide supra in Pausania.

<sup>p</sup> *Cujus exemplum utinam Imperatores nostri*] Hæc in Julium Cæsarem dici videntur, qui, invito etiam Senatu, exercitum retinuit, nec Romam armis positis redire voluit.

<sup>q</sup> *Ut quod iter Xerxes unno vertente*]

Cum nimirum bellum Græciæ intulit stipatus decies septies centenis armorum millibus.

<sup>r</sup> *Ceterique eorum socii*] Scilicet Eubœenses, Locri, Argivi, Corinthii, et quidam alii, ut Xenoph. refert de reb. Græc. lib. iv.

<sup>5</sup> *Apud Coroneam*] Bœotix urbem.

<sup>t</sup> *In templum Minervæ*] Cognomento Itonix, teste Pausania in Laconicis.

gravioribus pœnis affici, qui religionem minuerent,<sup>15</sup> quam qui fana spoliarent.

5. Post hoc prælium, collatum est omne bellum<sup>1</sup> circa Corinthum, ideoque Corinthium<sup>2</sup> est<sup>3</sup> appellatum. Hic cum una<sup>4</sup> pugna decem millia hostium, Agesilao duce, cecidissent,<sup>5</sup> eoque facto opes adversariorum debilitatæ viderentur; tantum<sup>6</sup> abfuit ab insolentia gloriæ, ut commiseratus sit fortunam Græciæ, quod tam multi a se victi vitio adversariorum<sup>u</sup> concidissent: namque illa multitudine, si sana mens esset, Græciæ supplicium Persas dare potuisset.<sup>7</sup> Idem cum adversarios intra mœnia compulisset, et, ut Corinthum oppugnaret, multi hortarentur; negavit, id suæ virtuti convenire: se enim eum esse,<sup>8</sup> dixit, qui ad officium peccantes redire cogeret, non qui urbes nobilissimas expugnaret Græciæ. ‘Nam si,’ inquit, ‘eos<sup>9</sup> extinguere voluerimus, qui nobiscum adversus barbaros steterunt,<sup>10</sup> nosmetipsi nos expugnaverimus,<sup>11</sup> illis quiescentibus: quo facto, sine negotio, cum voluerint, nos oppriment.’

6. Interim accidit illa calamitas apud Leuctra<sup>1</sup> v Lacedæmoniiis: quo ne proficisceretur,<sup>2</sup> cum a plerisque ad exeun-

<sup>A</sup> Per hanc enim multitudinem, si Græci saperent, Persas supplicio affici potuisse.

—15 *Minuerint* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. *minueret....spoliaret* Ms. Ax. *Phana pro fana* Ed. Jens. Med. Arg. Long.

1 *Coll. omne b. est* Ms. Ax.—2 *Corinthum* Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. add. not. [Stav. ad ed. 3. malit *Corinthiacum*. Græcis quidem est usitatum Κορινθιακός sed utramque formam horum gentilium promiscue, etiam in libris Græcis, sæpe occurrere, annotavit Tzschuck. ad ed. 2.]—3 [*Est* omittitur in Ed. Bos. et Wetz.]—4 *Una aberat a* Ms. Voss. 1.—5 *Reciderunt* Ms. Leid. 2.—6 *Tamen* Ed. Gebh. *Statim afruit* Ed. Lamb. Gebh. Keuch.—7 *Potuisset* Ed. Long.—8 *Eum dixit* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. *Mox peccantibus* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—9 *Eos* abest ab Ed. Gebh. Keuch.—10 Ms. Boecl. [Voss. 2. Ax.] *steterint*.—11 *Expugnamus* Ms. Leid. 2.

1 *Leuctram* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. [Sed ἐς Λεύκτρα (Leuctra,) Thucyd. v. 54.]—2 *Proficiscerentur* Ed. Gebh.—3 Ms.

## NOTE

<sup>u</sup> *Vitio adversariorum*] Id est, pertiucia et culpa ceterorum Græcorum, qui adversus Lacedæmonios fœdus pepigerant.

<sup>v</sup> *Interim accidit illa calamitas apud*

*Leuctra*] De illa ingenti pugna, quæ Thebanos inter et Spartanos commissa est apud Leuctra, loquitur hic Nepos; in qua ultimi magna interneccione victi sunt, ut supra diximus.

dum premeretur, ut si de exitu divinaret,<sup>3</sup> exire noluit.<sup>4</sup> Idem, cum Epaminondas Spartam oppugnaret, essetque sine muris oppidum,<sup>w</sup> talem se imperatorem præbuit, ut eo tempore omnibus apparuerit, nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisse.<sup>k</sup> In quo quidem discrimine celeritas ejus consilii saluti fuit universis. Nam cum quidam adolescentuli, hostium adventu perterriti,<sup>4</sup> ad Thebanos transfugere vellent, et locum<sup>5</sup> extra urbem editum cepissent; Agesilaus, qui perniciosissimum fore videret, si animadversum esset, quenquam ad hostes transfugere conari, cum suis eo venit,<sup>6</sup> atque, ut si bono animo fecissent, laudavit consilium eorum, quod eum locum occupassent, et se id quoque<sup>7</sup> fieri debere animadvertisse. Sic adolescentulos, simulata laudatione, recuperavit,<sup>x</sup> et adjunctis de suis comitibus locum tutum reliquit. Namque illi, aucto numero eorum, qui expertes erant consilii, commovere se non sunt ausi, eoque libentius, quod latere arbitrabantur, quæ cogitarant.<sup>8</sup>

<sup>i</sup> *Quem in locum ne pergerent, quasi eventum præsentiret, pluribus ad proficiscendum illum urgentibus, proficisci recusavit.*

<sup>k</sup> *Si non ille vixisset, Lacedæmonem perituram fuisse.*

//////////

Boecl. *ut si de exercitu divin.* ed. Ultraj. *ut si de exitu dimicaret.* Sed editam lectionem tuentur verba Diodori lib. xv. 54. 55. ὕστερον δὲ διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων ἔδοξεν οὐκ ἀνθρωπίνην ἀπόφασιν, ἀλλὰ θεῶν τινα χρησµὸν εἰρηκέναι. —4 *Perteriti* Ed. Jens. Med.—5 *Et eum locum* Ms. Voss. 2. Ax. *Mox cepissent* Ed. Jens. Med. Arg.—6 *Convenit pro eo venit* Ed. Jens. Med. Par. Ald.—7 *Se quoque id* Ed. Patav. certe numerosius. [Et Breimi unice probat, quoniam quoque a se dependeat. Schmied. interpungit *et se, id quoque....debere, animadv.* Tzschuck. ad ed. 2. post quoque distinguendum putat, ita ut id utramque partem respiciat. Riclef. quoque glossema esse censet.] Tum *debere* abest ab ed. Mag.—8 *Cogitaverant* Ms. Voss. 1. Ax. *cogitarunt* Ms. Voss. 2.

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Essetque sine muris oppidum*] Omnes olim Græciæ urbes sine muris fuisse testatur Thucydides in Proœmio: at vero inter ceteras Spartam sine mœnibus fuisse ex eo constat, quod ex præcepto Lycurgi, viri fortitudine sua pro mœnibus essent: unde Ovid. *Metamorph.* x. ait: ‘Cum Deus Eurotam, immunitamque frequentat Sparten.’ Hanc tamen muris fuisse circumdatam docet Livius,

lib. iv. 5. et 8. Decad. iv. Quia tandem Spartani armis diffisi, urbem suam murorum præsidio clauserunt. Just. lib. xiv. 15.

<sup>x</sup> *Simulata laudatione, recuperavit*] Hoc loquendi modo jam supra usus est Nepos in Pelopida; scilicet, ‘hunc Epaminondas recuperavit bello;’ quauquam verbum illud rarius de persona dicitur.

7. Sine dubio<sup>1</sup> post Leuctricam pugnam Lacedæmonii se nunquam refecerunt,<sup>1y</sup> neque pristinum imperium recuperarunt: cum interim Agesilaus non destitit, quibuscumque rebus posset, patriam juvare. Nam cum præcipue Lacedæmonii indigerent pecunia; ille omnibus, qui a rege defecerant, præsidio fuit.<sup>2 2</sup> A quibus magna donatus pecunia, patriam sublevavit. Atque in hoc illud inprimis fuit admirabile;<sup>3</sup> cum maxima munera ei ab regibus, et dynastis, civitatibusque conferrentur, nihil unquam [in] domum<sup>4</sup> suam contulit, nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit.<sup>a</sup> Domo eadem fuit contentus, qua Eurysthenes,<sup>5</sup>

<sup>1</sup> Spartani se nunquam restituerunt.

1 Si non dubio Ms. Ax. et *Leuctricam* Ms. Voss. 2.—2 *Fuit aberat* a Ms. Ax.—3 *Amirabile* Ms. Voss. 2. *Dein conferrentur* Ms. Voss. 1.—4 *Quod nihil nunquam domum* Ms. Boecl. Voss. 2. [et comprobavit Scheffer. quia more Græcorum duplex negatio validius neget:] *quod nihil unquam d.* Ms. Ax. [Ed. Wetz. et placuit Heusing.] *nihil unquam dom.* Ms. Leid. 1. Voss. 1. [Ed. Schmied.] *nihil u. in dom.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Paufl. qui exemplis veterum, etiam Cornelii vii. 3. vi. 3. allatis docet, voc. *domus*, si per adjectivum, h. l. *suam*, aut per substantivum in Genitivo curatius designetur, præponi solere præpositionem. Atque Stav. ad ed. 3. laudat locum Cornelii in Attico cap. 22. ‘ut....ex domo in domum videretur migrare.’ et Cicer. lib. i. Acad. Quæstion. ‘remigrare in domum veterem e nova.’ Harles. coniecit et uberius exposuit: ‘admirabile, quod, cum....conferrentur, nihil,’ &c. Hensing, vero et Tzschuck. atque Fischer. in suo exempl. post *admirabile* punctum posuerunt, et Cum majore litera initiali scripserunt, (atque, si τὸ quod omiseris, hæc interpunctio concisæ et minutæ Nepotis orationi erit aptior,) τὸ in autem cum aliis VV. DD. incluserunt uncis.]—5 *Eurysthenes* Ms. Leid. 2. *Heristenes*

## NOTÆ

<sup>y</sup> *Se nunquam refecerunt*] Id translatum est ab iis, qui a deliquio aut gravi morbo vires reparant. Sic Salust. ‘Quo et ceterorum animos reficeret.’ Et infra in Hamilcare idem Nepos: ‘Si paululum modo res essent refectæ.’

<sup>2</sup> *Ille omnibus, qui a rege defecerant, præsidio fuit*] Tacho inprimis qui Ægypti, et Mausolo qui Cariæ rex erat; a quibus etiam maxima dona accepit. Xenoph. in Agesilaus.

<sup>a</sup> *Nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit*] Hoc veluti summum moderationis exemplum proponitur;

arguiturque Principum ac populorum vanitas, qui post victorias secundasque res, solent sibi cultum opulentiorum circumdare, ac victu lautiore uti. Simile quidpiam refert auctor noster infra in Attico. Et Justinus lib. xlv. 2. ‘Viriathi,’ inquit, ‘ea virtus continentiaque fuit, ut cum Consulares exercitus frequenter vicerit, tantis rebus gestis, non armorum, non vestis cultum, non denique victum mutaverit: quo primum bellare cepit, perseveraverit, ut quivis gregarius miles ipso Imperatore opulentior videretur.’

progenitor<sup>b</sup> majorum suorum, fuerat usus : quam qui intrarat,<sup>6</sup> nullum signum libidinis, nullum luxuriæ videre poterat : contra,<sup>7</sup> plurima patientiæ atque abstinentiæ.<sup>c</sup> Sic enim erat instructa,<sup>8</sup> ut nulla in re differret a cuiusvis<sup>9</sup> inopis atque privati.

8. Atque hic tantus vir, ut naturam faultricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est<sup>d</sup> in corpore fingendo. Nam et statura fuit humili, et corpore exiguo,<sup>1</sup> et claudus altero pede. Quæ res etiam nonnullam afferebat deformitatem : atque ignoti faciem ejus cum intuerentur, contemnebant ;<sup>2</sup> qui autem virtutes<sup>3</sup> noverant, non poterant admirari satis. Quod ei usu venit, cum annorum octoginta<sup>4</sup> subsidio Tacho<sup>5</sup> in Ægyptum ivisset,<sup>f</sup> et in

Ms. Voss. 1. *Eristhenes* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—6 *Intravit* Ms. Ax.—7 *Contra ea plur.* Ms. Leid. 2. Ax. Sav. Gif. Put. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Heus. [Schmied. Ith. Heinr. Sed Tzschuck. offendit in ea sonus similis.]—8 *Sic enim structa* Ms. Ax. Boecl. Voss. 2. *Sic en. instructa* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—9 *Cuius* Ms. Boecl. Ax. [Ed. Bos. Stav. Harl. Paufl.] Sed a *cuiusvis* Ed. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heusing. Patav. [Ith. Tzschuck. 1. 2. Wetz. Schmied. Brem. Heinr.] *ut in re nulla differret a cuiusvis in.* Ms. Leid. 2. *ut in re nulla differret cuiusvis in.* Ms. Voss. 1. *ut nulla in re differret cuiusvis in.* Ms. Voss. 2. Ed. Long. et *cuiusvis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.

1 *In corpore exiguo* Ms. Dan. Mendos. Boecl. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. *in corpore exiguo* Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Mag. [in qua ommissa quoque sunt verba *fingendo. Nam ...corpore*, uti in Long. et in antiquioribus codd. opinor, atque editt. memoratis : namque haud omnino curate annotarunt interpretes var. lect. de lect. Ms. Leid. et Ed. Ultraject.] In Ms. Leid. 2. et Voss. 1. pro *nactus est* erat *habuit*.—2 *Contemnebant* Ms. Leid. 1.—3 *Sic* Ms. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Ultraject. [Bos. 2. et fere omnes seqq.] Sed *virtutem* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Wetz.]—4 *Octuaginta* Ms. Leid. 2.—5 *Sic* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Stav. 2. 3. Heus. [Tzschuck.

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Qua Eurysthenes, progenitor*] Qui fuit Aristodemi filius, et Proclis frater ; de quo paulo supra in eodem Agesilao.

<sup>c</sup> *Contra, plurima patientiæ atque abstinentiæ*] Vide Plutarch. in Agesilao, qui de ejus frugalitate in victu cultuque corporis plurima verba facit.

<sup>d</sup> *Sic maleficam nactus est*] Nam et statura fuit humili, et exiguo corpore, ita ut vere erga eum natura difficilis

dici possit. Quemadmodum Ovid. epistola Sapphus : ‘ Si mihi difficilis formam natura negavit, Ingenio formæ damna rependo meæ.’

<sup>e</sup> *Atque ignoti faciem ejus cum intuerentur, contemnebant*] Siquidem vulgus eos tantum magnarum rerum capaces existimat, quos eximia specie instructos videt : digna enim est imperii forma.

<sup>f</sup> *Subsidio Tacho in Ægyptum ivisset*] Nectanebo, non Tacho, suppetias tu-

acta cum suis accubisset,<sup>m</sup> sine ullo tecto; stratumque haberet tale, ut terra tecta esset stramentis, neque huc amplius quam pellis esset injecta:<sup>s</sup> eodemque comites omnes accubuissent, vestitu humili, atque obsoleto, ut eorum ornatus non modo in his regem neminem significaret, sed hominis non beatissimi<sup>6</sup> suspicionem præberet.<sup>n</sup> Hujus de adventu fama cum ad regios esset perlata,<sup>h</sup> celeriter munera<sup>7</sup> eo cujusque generis sunt allata. His,<sup>8</sup> quærentibus Agesilaum, vix fides facta est, unum esse ex his, qui tum<sup>9</sup> accubabant. Qui cum regis verbis, quæ attulerant, dedissent, ille præter vitulina, et hujusmodi genera obsonii,<sup>10</sup> quæ præsens tempus desiderabat, nihil accepit; unguenta, coronas,<sup>11</sup> secundamque mensam servis dispertiit;<sup>o</sup> cetera<sup>12</sup> referri jussit. Quo facto eum barbari magis etiam<sup>13</sup> con-

<sup>m</sup> Et in littore cum suis sedisset.

<sup>n</sup> Sed hominem non valde fortunatum se exhiberet.

<sup>o</sup> Et secunda fercula famulis distribuit.

1. 2. Harl. Bipont. Ith. Wetz. Schmied. pro vulgato *Thaco*, quod etiam retinuit Brem.] *Taco* Ms. Leid. 2. v. Kühn. et Perizon. ad Æl. V. H. v. 1. *Mox isset* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Hens. [Stav. 3. Tzschuck. Ith. Heinr. Schmied.] *Tum astha* pro *acta* Ms. Leid. 2.—6 *homines non beatissimi* Ms. Voss. 1. sed supra scriptum erat *hominis*. Sed *homines non beatissimos* Ms. Boecl. Voss. 2. [quod probat Scheffer. et esse subintelligit, sed Hensingero recte dissentiente:] *Mendos*. Ax. Ed. Ultraject.—7 *Munera* aberat a Ms. Ax.—8 *Iis quær*. Ed. Lamb.—9 *Qui cum* Ms. Voss. 1. *Mox attulerant* Ms. Voss. 1.—10 *Opsonii* Ed. Lamb. [Hens. Tzschuck. Brem. Wetz. Schmied.] *Mox desideradat* Ed. Jens.—11 *Cerenos* Ms. Voss. 2. sed in marg. *coronas*.—12 *Ceteraque* Ed. Par. Ald. Lamb.—13 *Etiam magis* Ms. Voss. 2. Ax. A Ms. Leid. 2. aberat *τὸ etiam*. *Statim contempserunt* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. In his quoque mox legitur *sump-*

## NOTÆ

lisse ait Polyænus lib. II. in Agesilao. Sed Athenæus lib. XIV. et Plutarchus in Agesilao cum Nepote conveniunt.

<sup>s</sup> Neque huc amplius quam pellis esset injecta] De Tuberone Stoico simile aliquid narrat Cic. pro Muræna.

<sup>h</sup> Cum ad regios esset perlata] Id est, cum ad regis Ægypti ministros pervenisset.

<sup>i</sup> Coronas] Ægyptios Agesilao in Ægyptum proficiscenti inter alia munera Papyrum coronariam misisse re-

fert Athenæus lib. XV. 6. Hocque idem esse conjicio, quod per Coronas intelligit Nepos; nam Coronæ ejusmodi fiebant ex gramine quodam quod βύβλον Græci vocant, unde Charta seu Papyrus conficiebatur. Præterea Plin. ait lib. XIII. 11. Papyri florem ad Deos coronandos usui fuisse. Adde quod Coronarum frequens usus fuit in conviviis apud veteres, quas primo ex rosis, deinde ex Nardi folio contexebant, et unguentis

temserunt, quod eum ignorantia bonarum rerum illa potissimum sumsisse arbitrabantur. Hic cum ex Ægypto reverteretur, donatus a rege Nectanabe<sup>14</sup> ducentis viginti talentis, quæ ille muneri populo suo daret; venissetque in portum, qui Menelai vocatur,<sup>k</sup> jacens inter Cyrenas<sup>l</sup> et Ægyptum; in morbum implicatus<sup>15</sup> decessit. Ibi eum amici, quo Spartam<sup>16</sup> facilius perferre possent, quod mel non habebant, cera circumfuderunt;<sup>m</sup> atque ita domum retulerunt.<sup>17</sup><sup>n</sup>



sisse.—14 *Onabide* Ms. Boecl. Voss. 2. *Nabide* Ms. Voss. 1. *Natonabile* Ms. Leid. 2. *Notonabide* Ms. Ax. *Nathabide* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. *Nectanebe* Ed. Patav. [Wetz.] *Nectanabide* Ed. Hens. [Tzschuck. 2. Ith. Schmied. Panfl.]—15 *Implicatus* Ed. Lamb.—16 *Spartham* Ms. Voss. 1. ubique.—17 *Rettul.* Ed. Jens. Med. Arg.

## NOTE

pretiosissimis aspergebant. Qua de re vide Carol. Passchalius in opere Coronario.

<sup>j</sup> *Donatus a rege Nectanabe*] Polyæmus, *Nectanebo*, loco paulo supra laudato. Nam *Nectanebus*, *Nectanabis*, et *Nectanebis* inveniuntur.

<sup>k</sup> *Venissetque in portum, qui Menelai vocatur*] De quo portu vide Strab. lib. I.

<sup>l</sup> *Jacens inter Cyrenas*] Quod de Libya Cyrenaica intelligendum est. Cyrenæ autem insigne Libyæ oppidum: vulgo, *Coréna*.

<sup>m</sup> *Quod mel non habebant, cera cir-*

*cumfuderunt*] Contra Diodorus scribit Agesilai corpus in melle Spartam deportatum esse; nam antiquitus cadavera quæ servari vellent, melle condiebant. Persarum tamen mos fuit non melle, sed cera circumlinire, teste Herodoto lib. I. et Cic. in Tuscul.

<sup>n</sup> *Atque ita domum retulerunt*] Leges præcipiebant apud Lacedæmonios, ut suorum regum corpora defuncta domum reducerent: de ceteris vero ducibus non sic jubebatur. Turneb. lib. xxvi. 33.



## XVIII.

# EUMENES.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Ejus officia apud reges Macedonum. 2. Cappadociam sortitur provinciam. Carus Perdiccæ est et fidus. 3. A Perdicca oppositus Europæis adversariis, deviis itineribus milites suos fallit, ut, contra quos ducerentur, resciscere non possent. 4. Vincit Craterum et Neoptolemum. 5. Absens capitis damnatur. Obsessus in castello Nora callide se suosque liberat. 6. Olympiadi liberisque Alexandri bene consulit. 7. Bellum parat adversus Antigonum nomine Alexandri. 8. Antigoni victor, cogitur a militibus, copias hyematum dividere. Antigonus in hybernaculis hostem vult aggredi. 9. Consilio callido Antigoni refrænât impetum. 10. Victor, Antigono victo, a suis traditur. 11. Impatiens supplicium expostulat. 12. Fame fatigatus, jugulatur a custodibus. 13. Extincto Eumene, præfecti usurpant nomen regis.

---

**EUMENES**, Cardianus.<sup>a</sup> Hujus si virtuti par data esset fortuna, non ille quidem major,<sup>2</sup> sed multo illustrior, atque etiam honoratior; quod magnos homines<sup>3</sup> virtute metimur, non fortuna.<sup>4b</sup> Nam cum ætas ejus incidisset<sup>5</sup> in ea tem-

1 *Eumenis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 Sic etiam Ms. Mendos. Ed. Long. Mag. Sav. [Bos. et seqq.] Sed *major fuisset* Ed. Lamb. Steph. Tale additamentum desiderari hic, videbatur mihi.—3 *homines evasisset, virt.* Ed. Long.—4 Ita Ms. Mendos. Boecl. [Ed. Bos. Stav. Heus. et seqq. Recte: Nepos enim suam hic interponit sententiam. *Metiri* autem, ut Græc. μετρεῖν,

### NOTÆ

<sup>a</sup> *Eumenes, Cardianus*] Quidam *Sardianus*, sed male; nam ex Cardia urbe Thraciæ oriundus erat Eumenes, in cujus gratiam immunem a tributis

fecisse Philippum scribit Alexander Myndius.

<sup>b</sup> *Quod magnos homines virtute metimur, non fortuna*] Proprie enim homi-

pora, quibus Macedones florent;<sup>c</sup> multum ei detraxit inter hos<sup>6</sup> viventi, quod alienæ erat civitatis :<sup>a d</sup> neque aliud huic defuit, quam generosa stirps. Etsi<sup>7</sup> ille domestico summo genere erat,<sup>b e</sup> tamen Macedones eum sibi aliquando anteponi indigne ferebant; neque<sup>8</sup> tamen non patiebantur. Vincebat enim omnes<sup>9</sup> cura, vigilantia, patientia, calliditate, et celeritate ingenii. Hic peradolescens ad amicitiam accessit Philippi,<sup>f</sup> Amyntæ<sup>10</sup> filii, brevique tempore in iu-

<sup>a</sup> Quia alienigena erat, ipsum inter illos degentem valde depressit.

<sup>b</sup> Hic quamquam ex summa familia ortus erat.

h. l. idem est ac æstimare.] Sed virtute metiuntur, non fortuna Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Par. Ald. virtute metiunt, non f. Ed. Med. Arg. nempe scriptum erat metiunt. id neglexerunt operæ: virt. metiuntur, non fortuna, prudentes Ed. Long. Mag. Lamb. Steph.—5 cecidisset Ms. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. Stav. 1. 2. Brem. qui id accuratius dictum putat, quod notionem casus et eventus fortuiti includat: neque tamen desunt exempla ejusdem significationis τοῦ incidere. Nam] incidisset Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Hens. Patav. [Stav. 3. Harl. et rell. fere omnes. Quare reduxi incidisset. Cicer. Orat. cap. 12. s. sect. 39. ‘quorum ætas cum in eorum tempora, quos nominavi, incidisset.’] Mox florent Ed. Gebh.—6 Inter eos Ms. Voss. 1. Mendos. Ed. Mag. Gebh. Keuch. Patav. Sed absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. [inter hos Ed. Bos. et seqq.]—7 Tametsi enim ille Ed. Lamb. Stav. :ia interpunxit stirps: etsi ille....erat. Tamen Maced. [Tzschuck. tamen ad min. ed. periodus hiulea videtur; enim quoque offendit iteratum tamen post neque.]—8 Næque Ed. Jens. Med.—9 Omnis Ed. Jens. Med. Arg. Par.—10 Amynthæ Ms. Voss.

## NOTÆ

nes magni majoresve sola virtute dicuntur; at fortuna illustriores atque honoratioris: hinc Q. Curtius lib. ix. 54. ‘Sed fortuna, quæ rebus famam pretiumque constituit, hoc quoque militiæ probrum vertit in gloriam.’

<sup>c</sup> Quibus Macedones florent] Vixit namque tempore Philippi Macedonum regis, et Alexandri Magni, qui res maximas gesserunt.

<sup>d</sup> Quod alienæ erat civitatis] Alienigenis enim non tanta tribuitur fides et favor, quantus civibus et propinquis. Unde apud Curtium lib. viii. 8. de Callisthene loquentem sic scribitur: ‘Quem, si Macedo esset, tecum introduxissem, dignissimum te discipulo magistrum. Nunc Olynthio non idem juris est.’

<sup>e</sup> Neque aliud huic defuit, quam generosa stirps. Etsi ille domestico summo genere erat] Hæc duo sibi parum coherere videntur. Quomodo enim defuit illi stirps generosa, si ille domestico summo genere erat? Itaque hæc paulo clarius explicanda sunt: et hic sensus mihi esse videtur; nimirum, Eumeneum reipsa ex parentibus summiæ sortis et nobilitatis ortum esse, sed parum magnanimis et belli facinoribus celebrandis.

<sup>f</sup> Hic peradolescens ad amicitiam accessit Philippi] Vix ille siquidem 23. ætatis annum attigerat, cum in Philippi Macedonis amicitiam et familiaritatem venit. Cum enim ipsum Philippus inter reliquos juvenes decertantem luctantemque conspexis-

timam pervenit familiaritatem. Fulgebat enim jam in adolescentulo indoles virtutis.<sup>5</sup> Itaque cum habuit ad manum scribæ loco:<sup>b</sup> quod multo apud Graios honorificentius est,<sup>11</sup> quam apud Romanos. Nam apud nos, revera sicut sunt, mercenarii scribæ existimantur:<sup>i</sup> at apud illos contrario<sup>12</sup> nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco, et fide, et industria cognita; quod necesse est omnium consiliorum eum esse<sup>13</sup> participem. Hunc locum tenuit amicitia apud Philippum annos septem. Illo interfecto, eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim.<sup>14</sup><sup>j</sup> Novissimo tempore præfuit etiam alteræ<sup>15</sup> equitum alæ, quæ hetærice<sup>16</sup> appellabatur.<sup>c,k</sup> Utrique autem in consilio<sup>17</sup> semper affuit,<sup>l</sup> et omnium rerum habitus est particeps.<sup>18</sup>

<sup>c</sup> *Quæ socialis dicebatur.*

1.—11 *Honorif. quam* Ms. Ax. in quo mox erat *namque ap. nos.* [Dein *mercenarii* Ed. Ald.]—12 *Sic* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. *Sed e contrario* Ms. Leid. [Ed. Lamb. v. Heus. et Stav. ad ed. 3.]—13 *esse eum* Ms. Ax.—14 *Tredecim* Ms. Voss. 1. 2.—15 *Sic* Ms. Gif. Mendos. Boecl. Voss. 2. Leid. 2. [Thott. Ed. Bos. 2. Stav. Heus. Harl. Ith. Heintr. Bipont. Tzschuck.] *Sed alteri* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Wetz. Brem. Schmied.]—16 *Etherice* Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. *heterice* Ed. Bos. 1. *Eretrice* Ed. Long. *etarice* Ed. Ald.—17 *Consilio* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *et in consilio* Ed. Lamb.—18 *Participes* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2.

#### NOTÆ

set, sibi assumsit ejus fortitudine et solertia delectatus, ut refert Plutarchus. Deinde Philippo mortuo eum simili benevolentia sibi devinxit Alexander Magnus.

<sup>g</sup> *Fulgebat enim jam in adolescentulo indoles virtutis* Quemadmodum ex fructuum præludio futuram arboris bonitatem cognoscimus; ita ex puerili indole virtutem plenioris ætatis præsumimus: unde Paterculus lib. II. 94. ‘Ut per id quod agebat quantus evasurus esset, eluceret.’ Et Claud. lib. de Laudib. Stilichon. ‘mens ardua semper A puero, teneisque etiam fulgebat in annis.’

<sup>h</sup> *Scribæ loco* Scribæ ejusmodi tales  
*Delph. et Var. Clus.*

erant tunc temporis, quales fere hodie sunt Cancellarii; unde fit ut Plutarchus eum non scribam simpliciter, sed Principem seu Præfectum scribarum vocet.

<sup>i</sup> *Mercenarii scribæ existimantur* Ii sunt, quos abusive hodie secretarios Magistratum appellamus, quique revera serviles sunt ministri, et serviliter suis dominis addicti.

<sup>j</sup> *Eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim* Cujus et filius tutor etiam postea datus est, ut videbitur infra.

<sup>k</sup> *Quæ hetærice appellabatur* A voce Græca *ἑταιρικῆ*, quæ socialis est; atque ita vocabatur ala equitum hono-

*Nep.*

R

2. Alexandro Babylone<sup>1</sup> mortuo, cum regna singulis familiaribus dispartirentur,<sup>2m</sup> et summa rerum tradita esset tuenda eidem, cui Alexander moriens annulum<sup>3</sup> suum dederat,<sup>n</sup> Perdicæ; ex quo omnes conjecerant,<sup>4</sup> eum regnum ei commendasse,<sup>5o</sup> quoad liberi ejus in suam tutelam pervenissent: (aberant<sup>6</sup> enim Craterus et Antipater,<sup>p</sup> qui antecedere hunc videbantur: mortuus erat Hephæstio,<sup>7q</sup> quem unum<sup>8</sup> Alexander, quod facile intelligi posset, plurimi<sup>9</sup>

1 Babilone Ed. Arg.—2 Dispartirentur Ms. Leid. dispertirentur Ms. Ax. Ed. Steph. Gebh. Keuch. [Wetz.] dispartiretur Ed. Jens. Med. Par. [dispartirentur Ed. Lamb. Long. Bos. Hensing. et plurr. rell. Sic resacrare, detractare, &c. V. supra ad vii. 6.]—3 Anulum Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Par. Long. Mox idem cod. eademque edd. Perdicæ.—4 Conjecerunt Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—5 Commisisse vel commendasse Ms. Leid. 1. Mendos. Voss. 1. Ed. Sav. In Ms. Ax. erat regnum ei quoad commisisse liberi ejus. Statim quod ad Ms. Voss. 2.—6 Aberat Ed. Ox. Lond. Mox Crateros Ms. Leid. 2. Cratheros Ms. Voss. 1. Crathères Ms. Ax. Cratherus Ed. Jens. Arg. Gratherus Ed. Med.—7 Ephesio Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Arg. ephesio Ed. Jens. Med.—8 Sic et Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed vivum Ed. Par. Ald. Lamb. numerum Ed. Jens. Med.—9 Plurimum Ms. Mendos. Ed. Ultraj.—

## NOTÆ

ris causa apud Macedones, ab amicitia et sodalitate regia. Sic Arrian. de reb. Alex. Mag. lib. vi. 18.

<sup>1</sup> *Utrique autem in consilio semper affuit*] Quoniam et in reb. politicis et bellicis plurimum valuit.

<sup>m</sup> *Cum regna singulis familiaribus dispartirentur*] Hoc notum est ex omnibus historicis, præsertimque ex Q. Curtio, Justino, Orosio, Arriano, multisque aliis, cum sacris, tum profanis.

<sup>n</sup> *Cui Alexander moriens annulum suum dederat*] Scilicet, Perdicæ, ut dicitur paulo infra. Vide Just. lib. xii. 15. Q. Curt. lib. x. 5. Deinde locus ille posset aliquatenus effici clarior, si immutato paulisper ordine sic legeretur: *Et summa rerum tradita esset tuenda eidem Perdicæ, cui Alexander moriens annulum suum dederat.*

<sup>o</sup> *Enum regnum ei commendasse*] Alexandrum Magnum regnum Macedonum Perdicæ commendasse ex eo liquet,

quod antiquitus per transmissionem sigilli videbatur fieri transmissio hæreditatis; quod Casaub. ad Suetonium notat, putatque id causæ fuisse, cur Tiberio morienti Caius annulum ademerit. Quod quidem secundum juris privati analogiam factum fuisse apparet: nam ut videtur tutius patrimonii jus tradi, traditis clavibus ædium; ita et possessio regni tradi quoque videbatur, tradito Principum sigillo.

<sup>p</sup> *Aberant enim Craterus et Antipater*] Craterus qui, ut ait Curtius, erat Regi carus in pancis. Antipater vero Iolai filius, qui inter præcipuos Alexandri duces et successores annumeratur.

<sup>q</sup> *Mortuus erat Hephæstio*] Qui carissimus Alexandro fuit; et ob cujus mortem, quæ morbo evenit ad Ecbatana, incredibili affectus dolore multa regi indecora fecisse dicitur. Ælianus, Var. Hist. lib. xii. 7. refert Alexandrum Achillis monumentum

fecerat:) hoc tempore data est Eumeni Cappadocia,<sup>1</sup> sive<sup>10</sup> potius dicta;<sup>2</sup> nam tum in hostium erat potestate.<sup>3</sup> Hunc sibi Perdiccas adjunxerat magno studio, quod in homine fidem et industriam magnam videbat: non dubitans, si<sup>11</sup> eum pellexisset,<sup>4</sup> magno usui fore sibi in his rebus, quas apparabat. Cogitabat enim, quod fere omnes in magnis imperiis concupiscunt, omnium partes<sup>12</sup> corripere atque complecti.<sup>13</sup> Neque vero hoc ille solus fecit;<sup>14</sup> sed ceteri quoque<sup>15</sup> omnes, qui Alexandri fuerant amici. Primus Leonnatus<sup>16</sup> Macedoniam præoccupare destinaverat.<sup>17</sup> Is multis magnis<sup>18</sup> pollicitationibus persuadere Eumeni studuit, ut Perdiccam desereret, ac secum faceret societatem. Cum perducere eum<sup>19</sup> non posset, interficere conatus est: et fecisset, nisi ille clam noctu<sup>20</sup> ex præsidiis ejus effugisset.

3. Interim conflata sunt illa bella,<sup>21</sup> quæ ad internecionem<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Seu potius assignata.

<sup>2</sup> Si hunc sibi sociasset.

//////////

10 Sine Ms. Voss. 1. Mox *hostium potestate* Ms. Voss. 2. Statim *nunc* Ms. Voss. 2.—11 *Ni eum* Ms. Voss. 1.—12 *Omnium partis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—13 *amplecti* Ed. Mag. Gebh. Sed *complecti* etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax.—14 Sic Ms. Voss. 1. Ed. Stav. 2. 3. Hens. [Harl. et rell. recc.] Parum abest Ms. Boecler. Voss. 2. Ax. *nec vero hæc ille sol. fecit. Sed neque vero hoc solus fecit* Ed. Ald. Steph. Gebh. Kench. Bos. *neque vero hoc tempore solus fecit* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—15 *Quæque* Ms. Voss. 2. Mox *fuerunt* Ms. Leid. 2.—16 *Leonnatus* Ms. Voss. 2. *Leonatus* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—17 *Prædestinavit* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. *prædestinaverat* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long.—18 *Magnisque* Ms. Voss. 1. Leid. 2. [Ed. Long. Lamb. Wetz.]—19 *Eum perd.* Ed. Lamb.—20 *Noctu* aberat a Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Mediol. Par. Ald. Lamb.

1 Ita etiam Ms. Voss. 1. Leid. 2. [Ed. Bos. et sqq.] Sed *interceptionem* Ms. Boecl. Voss. 2. *internicionem* Ed. Jens. Med. *internitionem* Ed. Long.

#### NOTE

coronasse, Hephæstionem Patrocli; ut ostenderet ita se carum Alexandro, ut Patroclus Achilli olim fuit.

<sup>1</sup> *Data est Eumeni Cappadocia*] Cappadociam cum Paphlagonia ei datam fuisse scribit Just. lib. XIII. quæ sunt regiones ad mare Ponticum vergentes et finitimæ.

<sup>2</sup> *Nam tum in hostium erat potestate*] Hanc enim Ariarathes Rex tunc te-

nebat, nec Imperio Macedonico tunc suberat.

<sup>3</sup> *Primus Leonnatus*] Hic Euni filius Pellæ natus, cui obtigerat Phrygia, quæ Hellespontum attingit; fueratque ex Alexandri corporis custodibus.

<sup>4</sup> *Conflata sunt illa bella, &c.*] De his bellis, quæ sane atrocissima fuerunt, et Imperium Macedonicum in mille

post Alexandri mortem gesta sunt, omnesque concurrerunt<sup>2</sup> ad Perdiccam opprimendum :<sup>v</sup> quem etsi infirmum videbat, quod unus omnibus resistere cogebatur; tamen amicum non deseruit, neque salutis, quam fidei, fuit cupidior. Præfecerat eum Perdiccas ei parti Asiæ, quæ inter Taurum montem jacet atque Hellespontum,<sup>w</sup> et<sup>3</sup> illum unum opposuerat Europæis adversariis.<sup>x</sup> Ipse Ægyptum oppugnatum adversus Ptolemæum<sup>4 y</sup> erat profectus. Eumenes cum neque magnas copias neque firmas haberet, quod<sup>5</sup> inexercitatæ, et non multo ante erant contractæ, adventare autem dicebantur, Hellespontumque transisse<sup>6</sup> Antipater<sup>7</sup> et Craterus magno cum exercitu Macedonum, viri cum claritate tum usu belli præstantes; (Macedones vero milites ea tunc<sup>8</sup> erant fama, qua nunc Romani feruntur; etenim semper habiti sunt fortissimi, qui summam<sup>9</sup> imperii potirentur :<sup>z</sup>) Eumenes<sup>10</sup> intelligebat, si copiæ suæ cognosset,<sup>11</sup> adversus



*interinitōnem* Ed. Arg.—2 *Concurrunt* Ed. Par. Ald. Mox *Perdicam* Ms. Voss. 1. Ed. Long.—3 *Ellespontum ut ill.* Ms. Voss. 2. Mox *unum apposuerat* Ms. Voss. 2. Statim *Europis adv.* Ms. Leid. 2.—4 *Ptolom.* Ed. Bos. 1.—5 *Et inexerc.* Ms. Boecl. Ax.—6 *Transcurrisse* Ed. Ald. Lamb. *transiisse* Ed. Steph. Gebh. Keuch. [et sic meum exempl. Long. non, *transcurr.* ut Bosius in nota scripserat.]—7 *Antypater* Ed. Jens. Med. tum *Crateros* Ms. Voss. 1. *Cratheros* Ms. Voss. 2. *Graterus* Ed. Med. sic quoque in cap. seq. init.—8 *Tum* Ms. Ax.—9 Sic codd. a Bosio citati, ac Put. Voss. 1. Leid. 2. [Ed. Long. Lamb. Bos. et seqq.] Sed *summa imp.* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Ed. Mag. Steph.—10 *Eumenes igitur* Ed. Lamb. Statim *intellegebat* Ms. Voss. 1.—11 Sic Ms. Boecl. Mendos. [Ed. Bos. Heus. Stav. 1. 3. et seqq. recentt.] Sed *cognoscerent* Ms. Ax. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Long. Mag. Lamb. Steph.

#### NOTE

partes sciderunt, lege Curt. lib. x. Jnst. et alios.

<sup>v</sup> *Omnesque concurrerunt ad Perdiccam opprimendum*] Invidia, scilicet, commoti, quod ab Alexandro sigillum accipiens, jus quoque et dominium in eos accepisse videretur. Craterus autem et Antipater primi fuerunt, qui in eum arma movere, quos postea secutus est Antigonus.

<sup>w</sup> *Ei parti Asiæ, quæ inter Taurum montem jacet atque Hellespontum*] Capadociam et Bithyniam fuisse existi-

mo, quæ revera Hellespontum et montem Taurum interjacent.

<sup>x</sup> *Europæis adversariis*] Cratero scilicet et Antipatro, de quibus mox, multisque aliis.

<sup>y</sup> *Adversus Ptolemæum*] Lagi filium, qui ex gregario milite inter duces et successores Alexandri habitus est, atque illo mortuo Ægyptum occupavit; a quo postea omnes Ægypti Reges Ptolemæi dicti sunt.

<sup>z</sup> *Qui summam imperii potirentur*] Pro, summa Imperii: nam id secu-

quos ducerentur,<sup>a</sup> non modo non ituras, sed simul cum nuntio dilapsuras. Itaque hoc ejus fuit prudentissimum consilium,<sup>12</sup> ut deviis<sup>13</sup> itineribus milites duceret, in quibus vera<sup>14</sup> audire non possent, et his persuaderet,<sup>15</sup> se contra quosdam barbaros proficisci. Itaque tenuit hoc propositum, et prius in aciem exercitum eduxit, præliumque commisit,<sup>16</sup> quam milites sui scirent, cum quibus arma conferrent. Effecit etiam illud locorum præoccupatione,<sup>b</sup> ut<sup>17</sup> equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo erat deterior.

4. Quorum acerrimo concursu cum magnam partem diei esset pugnatum,<sup>1</sup> cadit Craterus dux, et Neoptolemus,<sup>2</sup> qui secundum locum imperii tenebat.<sup>c</sup> Cum hoc concurrat ipse<sup>3</sup> Eumenes. Qui cum inter se complexi<sup>4</sup> in terram ex equis decidissent, ut facile intelligi posset inimica mente contendisse, animoque magis etiam pugnasse, quam corpore; non prius distracti sunt, quam alterum anima reliquerit.<sup>f</sup><sup>e</sup> Ab

*f Non ante avulsi sunt, quam alter vitam amiserit.*

\*\*\*\*\*

Gebh. Kench. Stav. 2. Patav.—12 *Consilium* aberat a Ms. Boecl. Ax. [sed ob τὸ *consilium* sequitur ut: illo autem omisso, scribendum erat *quod*, Heusing. bene annotante et docente.] In Ms. Ax. etiam erat *præstantissimum* pro *prudentissimum*.—13 *Devii* Ed. Jens. Med.—14 *Vestra* Ed. Jens. Med.—15 *Perfunderet* Ms. Leid. 2.—16 *Plurimumque commisit* Ms. Voss. 2. *præliumque emisit* Ed. Lamb.—17 *Et equit.* Ms. Voss. 2. Ax.

1 *Oppugnatum* Ms. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. De varia lect. τὸν *Craterus* v. ad cap. 3.—2 *Neoptolemus* Ms. Voss. 1. *Neprolemus* Ms. Voss. 2.—3 *Ipsè* aberat a Ms. Boecl. Ax.—

#### NOTÆ

dum veterem loquendi modum in accusativo casu ponitur.

<sup>a</sup> *Adversus quos ducerentur*] Sedulo milites suos celare studuit se adversus Craterum proficisci, quia intelligebat, id si rescirent, confestim elapsuros, ut infra dicitur.

<sup>b</sup> *Effecit etiam illud locorum præoccupatione*] Id est, ut posset prius loca ad pugnandum sibi idonea occupare.

<sup>c</sup> *Et Neoptolemus, qui secundum locum imperii tenebat*] Neoptolemus ille

sinistro cornu præerat, teste Diodoro lib. XXVIII.

<sup>d</sup> *Qui cum inter se complexi in terram decidissent*] Vide Plutarchum in Eumene, a quo lepide hæc monomachia describitur.

<sup>e</sup> *Quam alterum anima reliquerit*] Scilicet, Neoptolemus, qui, teste Plutarcho, et Diodoro, poplite saucius valide diuque Eumeni integro restitit; sed denique, accepto in collo vulnerere, succubuit.

hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur, neque<sup>5</sup> eo magis ex prælio excessit, sed acrius hostes institit.<sup>6</sup> Hic equitibus profligatis, interfecto duce Cratero, multis præterea, et maxime nobilibus captis, pedester<sup>7</sup> exercitus, quod in ea loca erat deductus, ut, invito Eumene, elabi non posset, pacem ab eo petiit:<sup>8</sup> quam cum impetrasset, in fide non mansit, et se, simul ac<sup>9</sup> potuit, ad Antipatrum recepit. Eumenes Craterum ex acie semivivum<sup>10</sup> elatum recreare studuit. Cum id non posset,<sup>11</sup> pro hominis dignitate, proque pristina amicitia; namque illo usus erat, Alexandro vivo, familiariter; amplo funere<sup>12</sup> extulit, ossaque in Macedoniam uxori ejus ac liberis remisit.

5. Hæc dum apud Hellespontum<sup>1</sup> geruntur, Perdiccas apud flumen Nilum interficitur<sup>f</sup> a Seleuco et Antigono;<sup>g</sup> rerumque<sup>2</sup> summa ad Antipatrum defertur. Hic, qui deseruerant,<sup>3</sup><sup>h</sup> exercitu suffragium ferente, capitis absentes



4 *Compressi* Ms. Voss. 2.—5 *Nec* Ms. Boecl. Ax. Voss. 2.—6 *Hostis inst.* Ms. Gif. Mendos. [Ed. Bos. 2. Heus. Stav. Harl. Ith. Heinr. Schmied. *Instare hostes*, (quomodo habent Edd. Wetz. et Brem.) erit, docente Stav. ad ed. maj. stare in, vel contra hostes.] Sed *hostibus inst.* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. [Jens.] Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Tzschuck.] ut xv. 9. ubi similis varietas: *instituit* Ed. Ox. operarum errore.—7 Sic Ms. Voss. 2. Leid. 1. [Ed. Bos. Stav. Heus. Harl. Tzschuck. et seqq.] Sed *pedestris* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *pedestres exerc.* Ed. Ald. tum *que* Ed. Jens. *qui* Ed. Ald. loco *quod*.—8 *Petit* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Patav.—9 *Simulac* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—10 *Semivivum* aberat a Ms. Voss. 2. Sed *semianimum* Ms. Ax.—11 Sic quoque Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Long.] Lamb. [Bos. Heus. Stav. et seqq.] Sed *potuisset* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Mox *Alexander* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—12 *Munere* Ms. Gif. Mendos. Voss. 1.

1 *Hellespunctum* Ms. Voss. 1. Mox *Perdiccas* Ms. Voss. 1. Ed. Long. tum *Nilum flumen* Ms. Ax. et *Seleuco* Ms. Voss. 2.—2 *Verumque* Ms. Voss. 1.—

#### NOTE

<sup>f</sup> *Perdiccas apud flumen Nilum interficitur*] Vix Ægyptum ingressus erat Perdiccas, cum per seditionem obtruncatur. Vide Diodorum lib. xviii. De ejus tamen morte variæ sunt auctorum opiniones. Vide eundem Diodor. eodem lib. cap. 36.

<sup>g</sup> *A Seleuco et Antigono*] Seleucus, Antiochi filius, Philopator dictus, qui

mortuo Alexandro Syria et Babylone potitus est: sic Cedrenus, Arrianus, Diodorus, et alii. Antigonus vero, Philippi Regis spurcius, qui in Asia Minore diu dominatus est.

<sup>h</sup> *Hic, qui deseruerant*] Id est, omnes illi, qui apud flumen Nilum ab Antipatri partibus non steterant.



damnantur: in his Eumenes. Hac ille percussus<sup>4</sup> plaga non succubuit, neque eo secius bellum administravit; sed exiles res animi magnitudinem, etsi non frangebant, tamen minuebant.<sup>5</sup> Hunc persequens<sup>6</sup> Antigonus, cum omni genere copiarum abundaret, sæpe in itineribus vexabatur: neque unquam ad manum accedere licebat, nisi his locis, quibus pauci possent<sup>7</sup> multis resistere. Sed extremo tempore, cum consilio capi non posset, multitudine circumventus<sup>8</sup> est. Hinc<sup>9</sup> tamen, multis suis amissis, se expedit, et in castellum Phrygiæ, quod Nora<sup>10</sup> appellatur, confugit.<sup>1</sup> In quo cum<sup>11</sup> circumscederetur, et vereretur, ne uno loco manens equos militares perderet, quod spatium non esset agitandi; callidum fuit ejus inventum, quemadmodum stans jumentum calefieri<sup>12</sup> exerckerique posset, quo libentius et cibo uteretur, et a corporis motu<sup>13</sup> non removeretur. Substringebat caput loro<sup>14</sup> altius, quam ut prioribus pedibus plane terram posset attingere;<sup>15</sup> deinde post verberibus<sup>16</sup> cogebat exultare,<sup>k</sup> et calces remittere: qui motus non mi-



3 *Deseruerunt* Ms. Voss. 2. Ed. Long. Mag. Stav. 2.—4 *Percussus* Ed. Lamb. Brouckhus. ad Propert. 1. 1. 13. [Ed. Brem. atque Tzschuck. malit *percussus*, quod rem inopinam, subitum ictum, vel acrem commotionem indicet, et propter sequens *non succubuit* aptius videatur. Vid. xvi. 2. n. 16.]—5 Sic Ms. Ax. Boecler. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Brem. et ego codd. auctoritate motus reposui pro vulgato *imminuebant*:] *non minuebant* Ed. Jens. Med. Arg. Long.—6 *Ipsè sequens* Ms. Voss. 2. [Mox *neque usquam*, quia sequatur *nisi his locis*, legere malint Bremi et Tzschuck.]—7 *Posset* Ms. Voss. 2. *multis possent pauci* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Patav. *quibus pauci multis possent* Ms. Ax. [Ed. Wetz.]—8 *Circuitus* Ms. Voss. 1.—9 *Huic* Ed. Jens. Med.—10 *Hora* Ms. Long. Ed. Arg. Par. *hora* Ed. Jens. Med.—11 *Quo circ.* Ed. Jens. Med. *Mox spacium* Ed. Jens. Med. Arg. Mag. ubique.—12 *Cōcalefieri* Ms. Voss. 1.—13 *Victu* Ms. Leid. 2.—14 *Loco* Ed. Jens. Med.—15 *Posset terram attingere* Ms. Ax.—16 *Posterioribus* Ms. Sav. Leid. 2.

## NOTE

<sup>1</sup> *Et in castellum Phrygiæ, quod Nora appellatur, confugit* Noram in Cappadociæ ac Lycaoniæ finibus esse scribit Plutarchus: at vero juxta Taurum montem locat Strabo lib. xii. et sua ætate Neroassam appellari dicit.

<sup>j</sup> *Substringebat caput loro* Meminit ejus industriæ Front. Strateg. lib. iv.

his verbis: 'Certis quotidie horis ita suspendebat, ut posterioribus pedibus innixi, prioribus allevatis, cum naturalem appetunt consuetudinem, ad sudorem usque crura jactarent.'

<sup>k</sup> *Deinde post verberibus cogebat exultare* Parisiensis editio habet, *posterioribus*, pro *post verberibus*; quod magis Frontini verbis mox citatis con-

nus sudorem excutiebat, quam si in spatio decurreret.<sup>17</sup> Quo factum est, quod omnibus mirabile est visum, ut jumenta æque<sup>18</sup> nitida ex castello educeret,<sup>8</sup> cum complures menses in obsidione fuisset, ac si in campestribus ea locis habuisset. In hac conclusione,<sup>19</sup> quotiescumque<sup>20</sup> voluit, apparatus<sup>21</sup> et munitiones Antigoni alias incendit, alias disjecit. Tenuit autem se uno loco, quamdiu fuit hyems. Sed quod castrum subsidia habere non poterat, et ver appropinquabat;<sup>22</sup> simulata deditio,<sup>m</sup> dum de conditionibus tractat, præfectis<sup>23</sup> Antigoni imposuit, seque ac suos omnes<sup>24</sup> extraxit incolumes.

<sup>8</sup> *Ut equos tam comtos ex arce exprimeret.*

Voss. 1. in marg. *verberibus*, omisso τῶ post Ms. Ax.—17 *Decurrerent* Ms. Boecl. Ax.—18 *Æque jumenta* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag.—19 *Ac si....conclusionē* absunt ab Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. [In ed. Lamb. et Patav. legitur *in campestribus et planis ea locis habuisset. Quotiescunque voluit*, &c. Lambin. in notis alteram lection. *in h. concl.* (quam ille et Magius et Steph. in textu omiserunt,) attulit et interpretatus est. Fischer. *τὰ et planis* haud dubie e glossemate orta esse judicat.] Sed *cum complures menses....apparatum* etiam Ms. Mendos. Ven. Ed. Long. Atque *in hac conclusione* etiam Ms. Leid. 1. 2. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. [Ed. Long. Bos. Heus. et seqq.] Sed *ea conclus.* Ms. Mendos. Ed. Gebh. Keuch.—20 *Quotiescunque* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Statim *noluit* Ed. Jens. Med.—21 *Et apparatus* Ed. Jens. Med. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Brem.]—22 *Sic* Ms. Voss. 2. Ax. Boecl. Sed *sed castrum subsidia hab. n. p. et v.* Ms. Ernst. *quod castra subsidio habere n. pot. et v.* Ms. Mendos. Gif. *quod castrum subsidia hab. n. p., ver* Ms. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. [Heus. Ith.] *quod castra subsidio vel sub divo h. n. pot., ver* Ms. Leid. 1. *quod castra sub divo hab. n. poterat.* Ver Ms. Sav. Ed. Gebh. Keuch. Patav. [quam lectionem veram esse judicat, beneque explicat Kapp. in Opusc. Harles. p. 463. sq.] Etiam in Ms. Leid. 2. Voss. 1. erat *sub divo*: et in priore quoque *ad ver*: [forsan debuit scribere *ac vel at.*] Ms. Put. *quod castrum subsidium*, &c. [Sed *hyems, quod castrum subsidia hab. non poterat, donec ver appropinquabat. Simulata tunc deditio* Ed. Long. *hiems. Quod castrum subsid. h. non pot., ver appropinquabat: sim. ded.* Ed. Heus. Ith. Bipont. Tzschuck. 1. Sic quoque Stav. in ed. 3. et Paufl. nisi ut cum Bosio τῶ *ver* præponerent *et*. Sed Schmied. dedit *hiems*; *quod castrum subs. h. non poterat, cum ver approp.* Ego vero cum Tzschuck. in ed. 2. Bremio et Wetz. recepi ex cod. Ernst. *sed, quod facere etiam voluisse Bosium, ex ejus nota colligo*: (nam in textu editum erat, *hiems: quod castrum....et ver approp.*) atque interpunxi et dedi, *hiems. Sed quod....et ver adprop.*—23 *Præfectus* Ms. Leid. 2.—24 *Omnis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. omnis Ed. Ald. Statim *traxit* Ms. Voss. 1.

#### NOTE

forme videtur.

<sup>1</sup> *In hac conclusione*] Id est, quandiu hoc in castello conclusus est.

<sup>m</sup> *Simulata deditio*] Paulo aliter Plutarchus; ait enim, Antigono Noram obsidente, Antipatrum obiisse,

6. Ad hunc Olympias,<sup>n</sup> mater quæ fuerat Alexandri, cum literas et nuntios misisset in Asiam, consultum, utrum repetitum Macedoniam veniret,<sup>1</sup> (nam tum in Epiro habitabat,) et<sup>2</sup> eas res occuparet; huic ille primum suâsit, ne se moveret, et expectaret, quoad Alexandri filius<sup>o</sup> regnum adipisceretur: sin aliqua cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium injuriarum oblivisceretur,<sup>3</sup> et in neminem acerbiore uteretur imperio. Horum nihil ea fecit.<sup>4</sup> Nam et in Macedoniam profecta est, et ibi crudelissime se gessit.<sup>p</sup> Petiit<sup>5</sup> autem ab Eumene absente, ne pateretur Philippi domus et familiæ inimicissimos stirpem quoque interimere,<sup>6</sup> ferretque opem liberis Alexandri. Quam



1 Sic Ms. Voss. 2. Mendos. Ven. Ed. Lamb. [Bos. Heus. et seqq. recent.] Sed *utr. rep. in Macedoniam veniret* Ms. Ax. Mendos. Voss. 1. Leid. 2. Sav. *utrum rep. iveret Macedoniam* Ed. Ultraj. Gebh. Keuch. *utr. repetitum in Mac. ven.* Ms. Boecl. *utrum repetitum in Maced. ven.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. [Stav. ad ed. 2. conjecit, et ad ed. 3. uberius ex historia reposuit, *repetita*, i. e. revocata in Macedoniam. Olympias enim, quæ Neoptolemi, Epirotarum regis, erat filia, et fœmina magni animi, nec rei militaris imperita, a Polysperchonte ex Epiro, in quam propter inimicitias cum Antipatro, tutore Alexandri Aegi, confugerat, consentiente senatu amicorum, in Macedoniam revocata erat, antequam has literas ad Eumenem mitteret. Conf. Diodor. Sic. xviii. 49. 58. et 65. Nunquam autem forsân revocata fuisset Olympias, nisi Macedones jam genuissent sub tyrannide Eurydicæ, uxoris Aridæi, sub nomine mariti omnia pro lubitu agentis. V. Justin. xiv. 5. et plura apud Stav.]—2 *Ut eas* Ms. Leid. 2. [*eas res interpretatur Heusing. illud imperium. Tzschuck. cjus (scil. Macedonia) res h. e. imperium.*]—3 *Oblivisceretur omnium injur.* Ms. Voss. 1. Mox *imp. uter.* Ed. Lamb.—4 *Illa nihili fecit* Ms. Ax.—5 *Petiit* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. *petiit* Ed. Long. Mag. Patav. Paulo post *ac famil.* Ms. Ax.—6 Sic Ms. Mendos. Ven. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed *amicissimos interimere* Ms. Ernst. Ed. Long. *amicissimus interimere* Ed. Mag. *inimicissimos interimere*

## NOTE

qui, Justino teste, lib. xiv. 2. auxilia Eumeni miserat, atque aliam ob causam obsidionem hanc solutam fuisse.

<sup>n</sup> *Olympias*] Neoptolemi, Molossorum regis, filia, quæ Myrtale prius appellata est, quam Philippus Macedo uxorem habuit; ex qua Alexander Magnum progeniit. Vide Justin. lib. ix. 7.

<sup>o</sup> *Quoad Alexandri filius*] Quem Alexander ex Roxane genuerat;

quemque alii Philippum, alii Herculem, alii vero, idque probabilius, ex patris nomine Alexandrum appellatum fuisse scribunt; ut testatur Pausanias in Atticis et Bœoticis, et Diodorus xix.

<sup>p</sup> *Et ibi crudelissime se gessit*] Quia, ut refert Just. lib. xiiii. 6. muliebri potius iracundia, quam regio animo se gerens, multas virorum illustrium cædes edidit.

veniam si sibi<sup>7</sup> daret,<sup>h</sup> quam primum exercitus pararet, quos sibi subsidio adduceret:<sup>8</sup> id quo facilius faceret, se omnibus præfectis, qui in officio manebant, misisse literas,<sup>9</sup> ut ei parerent, ejusque consiliis uterentur. His rebus<sup>9</sup> Eumenes permotus satius duxit,<sup>10</sup> si ita tulisset fortuna, perire bene meritis<sup>11</sup> referentem gratiam, quam ingratum vivere.

7. Itaque copias contraxit, bellum adversus<sup>1</sup> Antigonum comparavit. Quod una erant Macedones complures nobiles, in his Peucestes,<sup>2</sup> qui corporis custos fuerat Alexandri, tum autem obtinebat Persidem, et Antigenes,<sup>3</sup> cujus sub imperio phalanx erat Macedonum; invidiam verens, (quam tamen<sup>4</sup> effugere non potuit,) si potius ipse alienigena<sup>5</sup> summi imperii potiretur, quam alii Macedonum, quorum<sup>6</sup> ibi erat multitudo; in principiis<sup>t</sup> nomine Alexandri

<sup>h</sup> Quod si concederet.

\*\*\*\*\*

Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. *interire* etiam Ms. Ax.—7 *Sibi* abest a Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—8 *Adducere* Ed. Jens. Med. Mox *manebat* Ms. Voss. 2.—9 Sic Ms. Mendos. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. Ax. *Sed his verbis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—10 *Dixit* Ed. Hacq.—11 *Meritus* Ms. Voss. 2. *meritum* Ms. Ax. *benemeritis* Ed. Jens. Med. Par.

1 *Adversum* Ed. Gebh. Keuch.—2 *Peucestes* Ms. Voss. 1. *Pencrestis* Ms. Voss. 2. *Peucstas fuit* Ed. Long. *Peucestes fuit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mox *optin.* Ed. Jens. Med. Arg.—3 *Antigenes* Ms. Mendos. *et Antigenes* Ed. Mag. Pat. [Tzschuck. Brem. et sic rescripsi: τὸ et omiserunt Bos. et alii.] *Sed Antigonem* Ms. Leid. 2. *Antigenus* Ms. Voss. 2. *et Teutamus* Ed. Lamb. *et Antigonus* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Steph. Gebh. Keuch.—4 *Tamon* Ed. Jens. *Tamō* Ed. Med.—5 *Alienigenas* Ed. Jens. Med. Arg.—6 *Quorum* aberat a Ms. Leid. 2.

#### NOTÆ

<sup>9</sup> *Misisse literas*] Lege Diodorum lib. xviii. et Plutarchum in Eumene, apud quos harum literarum formulas et argumenta invenias.

<sup>7</sup> *In his Peucestes*] Hic primum Clypeigerulus, postea factus est unus ex septem Alexandri custodibus post victum Porum. Arrianus lib. vi.

<sup>5</sup> *Et Antigenes*] Hunc Phalangis Macedonicæ ducem scribit Polyænus lib. iv. quemadmodum et Nepos; secundumque Imperii gradum obtinebat.

<sup>4</sup> *In principiis*] Certum est principia in hoc loco designare loca quædam in castris, quo principes ac duces conveniebant deliberaturi; non definitur autem utrum in medio vel in extremo castrorum essent; tamen Polyænus medium locum occupare inuere videtur, ἐν μέσῳ στρατοπέδῳ. Eo sensu apud Just. lib. ii. 5. scriptum legimus; ‘Ordines quoque nemo nisi sexagenarius duxit; ut si principia castrorum cerneret, Senatam te alienjus prisca reip. videre diceret.’

statuit tabernaculum,<sup>7</sup> u in eoque sellam auream<sup>8</sup> cum sceptro ac diademate jussit poni, eoque<sup>9</sup> omnes quotidie convenire,<sup>v</sup> ut ibi de summis rebus consilia caperentur; credens miuore se invidia fore, si specie imperii nominisque simulatione Alexandri bellum videretur administrare. Quod et fecit.<sup>10</sup> Nam cum non ad Eumenis principia, sed ad regia conveniretur, atque ibi de rebus deliberaretur, quodammodo latebat; cum tamen per eum unum gererentur omnia.

8. Hic in Parætacis<sup>1</sup> w cum Antigono confligit, non acie instructa, sed in itinere; eumque male acceptum in Mediam hyematum coëgit redire. Ipse in finitima regione Persidis hyematum copias divisit, non ut voluit, sed ut militum cogebat voluntas.<sup>2</sup> Namque illa phalanx<sup>x</sup> Alexandri Magui,<sup>3</sup> quæ Asiam peragrarat,<sup>4</sup> deviceratque Persas, inveterata cum gloria tum etiam<sup>5</sup> licentia, non parere se duci-



—7 *Tabern. statuit* Ms. Voss. 1. *Alexandri nomine tab. statuit* Ms. Ax.—  
 8 *Aream* Ed. Jens. Med. Ald. Mag. *Mox sceptro ut diad.* Ed. Med.—9 *Atque omn.* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag.—10 [*Quod effecit* coniecit pluribusque bene explicuit Heusing. probavitque Tzschuck. et in textum recepit Schmied. h. e. finem assecutus est, ut Macedones principes ejus mandatis, tanquam ab Alexandro datis, parerent. Sed Stav. graviter increpans Heusingerum, *rd fecit* h. l. more Corneliano idem esse contendit ac *effecit.*]

1 Sic Ms. Gif. Dan. Ed. Ultraj. Lamb. [Bos. et rell. recentt.] Sed *hic impar* Ms. Ernst. *hic in Parætacis* Ms. Leid. 2. *hic impar atatis* Ms. Ax. Voss. 1. 2. Sav. Put. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—2 Ita Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ax. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *sed ut mil. cgebant vol.* Ms. Voss. 2. *sed mil. cog. vol.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Patav. mil. *id cog. vol.* Ed. Gebh. Kench. [*sed mil. it cog. vol.* Ed. Long. at *rd it* vitiose editum esse videtur pro *ut*: atque *sed mil. ut cog. vol.* Ed. Lamb.]—3 *Al. magis* Ms. Voss. 2.—4 Sic Ms. Voss. 1. Leid. 2. [Ed. Long. Lamb. Bos. et rell. recentt.] Sed *peragraverat* Ed. Mag. Steph. Gebh. Kench. Statim *devigaretque* Ms. Voss. 2.—5 *Tum glor. tum et* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Ed. Mag.—

#### NOTÆ

Sic Tacitus, sic Florus, sic Valer. Max. sic Frontinus, multique alii scriptores.

<sup>u</sup> *Nomine Alexandri statuit tabernaculum.*] Ut non suo nomine bellum movere videretur, sed regio, sicque se ab omni affectatæ tyrannidis suspitione expediret.

<sup>v</sup> *Eoque omnes quotidie convenire.*] Ne si dedignarentur ad Enmenem tanquam ad alienigenam accedere,

ipse quoque non erubesceret ante ipsorum tentoria conspici, qui dux exercitus esset.

<sup>w</sup> *Hic in Parætacis.*] Stephano Παραιτάκη, πόλις Μηδίας. Ptolemæo Παραιτάκην Mediae accensurum. Tamen ex Nepotis verbis conijcere est, locum hunc non in Media, sed Mediam inter et Persidem situm esse, quia Antigonom in Mediam redire coëgit.

<sup>x</sup> *Namque illa phalanx.*] De phalan-

bus,<sup>6</sup> sed imperare postulabat; ut nunc veterani faciunt nostri.<sup>7</sup> Itaque periculum est, ne faciant, quod illi fecerunt sua intemperantia nimiaque licentia, ut omnia perdant, neque minus eos, cum quibus steterint, quam adversus quos fecerint.<sup>8</sup> Quod si quis illorum veteranorum legat facta, paria horum cognoscat; neque rem ullam,<sup>9</sup> nisi tempus, interesse iudicet. Sed ad illos revertar. Hyberna sumserant<sup>10</sup> non ad usum belli, sed ad ipsorum luxuriam, longeque inter se discesserant.<sup>11</sup> Hoc Antigonus cum comperisset, intelligeretque, se parem non esse paratis adversariis; statuit aliquid sibi consilii novi<sup>12</sup> esse capiendum. Duæ erant viæ, qua ex Medis, ubi ille hyemabat, ad adversariorum hybernacula<sup>13</sup> posset perveniri: quarum brevior per loca deserta, quæ nemo incolebat propter aquæ inopiam, ceterum dierum erat<sup>14</sup> fere decem; illa autem, qua omnes commeabant, altero tanto longiorem habebat anfractum,<sup>k</sup> sed erat copiosa, omniumque rerum abundans. Hac si proficisceretur,<sup>14</sup> intelligebat, prius adversarios rescituros de suo adventu, quam ipse<sup>15</sup> tertiam partem confecisset itineris:<sup>16</sup> sin per loca sola contenderet,<sup>l</sup> sperabat, se imprudentem hostem oppressurum. Ad hanc rem con-

<sup>i</sup> *Quam contra quos pugnaverint.*

<sup>k</sup> *Duplo majorem habebat circuitum.*

<sup>l</sup> *Sin per locorum solitudinem incederet.*

6 *Omnibus ducibus* Ms. Voss. 2.—7 *Nostris* [scil. Romani]. Sic Ms. Mendos. Ed. Ultraj. Ahest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Lamb. Patav. Sed Heusing. [et Bipont.] incluserunt uncis; [at invito Stav. ad ed. 3.]—8 *Nullam* Ms. Voss. 2.—9 *Sumserat* Ed. Med. Arg. *sumpserat* Ed. Long. Mag.—10 *Discesserant* Ms. Voss. 1. 2. *disscenserant* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—11 *Novi consilii* Ed. Lamb. *consilii*, omisso τῶν *novi*, Ed. Ald.—12 *Ad hyb. adv.* Ms. Ernst. [nexus quidem molliore; sed exemplis similem syllabarum geminationem Heusing. et Stav. vindicant.]—13 *Erant* Ms. Ax.—14 Ita etiam Ms. Ax. [uniceque probat Heusing.] Sed *hanc si proficiscerentur* Ms. Boecl. *hac si proficiscerentur* Ms. Voss. 2.—15 *Quam ille* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—16 Sic Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Ald. Par. Lamb. Bos. et seqq.] Sed *itineris sui* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. *Statim quod si pro sin* Ed. Long. *si* Ed.

## NOTE

ge illa mox dictum est.

<sup>y</sup> *Ut nunc veterani faciunt nostri*  
Hic caput veteranorum sui temporis

arrogantiam, in quam etiam Cic. acriter invehitur Philipp. 1. 6. et multis aliis in locis.

ficiendam, imperavit,<sup>17</sup> quam plurimos utres<sup>18</sup> atque etiam culleos comparari; post hæc<sup>19</sup> pabulum; præterea cibaria cocta dierum decem,<sup>20</sup> utque quam minime fieret ignis in castris. Iter,<sup>21</sup> quod habebat, omnes celat. Sic paratus, qua constituerat, proficiscitur.

9. Dimidium fere spatium confecerat, cum ex fumo castrorum ejus suspicio allata<sup>1</sup> est ad Eumenem,<sup>2</sup> hostem appropinquare. Conveniunt duces; quæritur,<sup>3</sup> quid opus sit facto. Intelligebant<sup>3</sup> omnes, tam celeriter copias ipso- rum contrahi non posse, quam Antigonus affuturus videbatur. Hic omnibus titubantibus,<sup>4</sup> et de rebus summis desperantibus, Eumenes ait, si celeritatem velint adhibere, et imperata facere, quod ante non fecerint, se rem expediturum. Nam, quod<sup>4</sup> diebus quinque hostis transisse<sup>5</sup> posset, se effecturum, ut non minus totidem dierum spatio retardaretur: quare circumirent,<sup>6</sup> suas quisque copias<sup>6</sup>



Mag.—17 *Imperat* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh.—18 *Vires* Ed. Jens. Med. Mox *culleos* Ed. Par. Ald. Long. Mag. [Heusingero verba, atque etiam culleos comparari, suspecta videbantur, quoniam satis esset imperavit quam plur. utres, nec satis constet, quæ culleorum et utrum differentia fuerit. Enimvero quod cullei fuisse dicuntur utribus capaciores; illa verba prudentiam Antigoni, ac majorem ejus curam et aquæ abundantiam ad illius inopiam per loca deserta sublevandam declarant.]—19 *Post hoc* Ms. Voss. 2. Ax. Mox *præterea* aberat a Ms. Boecl.—20 Ita Ms. Boecl. Ed. Long. [Bos. 2. Heus. et plur. seqq.] Sed *decem dierum* Ms. Voss. 2. Ed. Ald. Lamb. Bos. 1. [Ith.] Statim ut Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ax. [Ed. Brem. qui τὸ que post ut in longa nota damnat: at ignis intelligi debet de ignibus nocturnis, qui in castris fieri solebant. Hiuc imperavit, ut quam minime fieret ignis in castris.]—21 *Item* Ms. Voss. 2. *iterque* Ed. Par. Ald. Lamb. [Tum Tzschuck. ad ed. 2. conjicit quod agebat; quia iter habere insolens sit locutio.] Mox *celat* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.

1 *Allata* Ms. Voss. 2.—2 *Quærere* Ms. Ax. Voss. 1. sed in hoc supra notatum erat *quæritur*.—3 *Intellegebant* Ms. Voss. 1.—4 *Quot diebus* Ms. Voss. 1.—5 Ita etiam Ms. Leid. 2. Sed *transire* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuchl. Patav.—6 *Suasque quisque* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Suspicio allata est ad Eumenem*] Nimirum a Barbaris, qui non fumum, sed ignium fulgorem videntes, teste Plutarcho, ex summitate collium circumjacentium camelis cursoribus nuntium Eumeni et Peucestæ attulerunt, ut refert Diodorus; Plutar- chus vero soli Peucestæ, quippe qui

propior esset hostibus.

<sup>2</sup> *Hic omnibus titubantibus*] Id est, trepidantibus. Nonius, titubare trepidare est.

<sup>6</sup> *Quare circumirent*] Sua hyberna circummeundo milites suos congregarent.

contraheret. Ad Antigoni autem refrænandum<sup>7</sup> impetum, tale capit consilium. Certos<sup>8</sup> mittit homines ad infimos montes,<sup>m</sup> qui obvii erant<sup>9</sup> itineri adversariorum: hisque præcipit,<sup>10</sup> ut prima nocte,<sup>n</sup> quam latissime possint, ignes<sup>11</sup> faciant quam maximos, atque hos secunda vigilia minuant, tertia perexiguos reddant; et assimulata castrorum consuetudine<sup>o</sup> suspicionem injiciant hostibus, his<sup>12</sup> locis esse castra, ac de eorum adventu prænuntiatum;<sup>13</sup> idemque postera nocte faciant.<sup>p</sup> Quibus imperatum erat,<sup>14</sup> diligenter præceptum curant. Antigonus, tenebris obortis, ignes<sup>15</sup> conspicatur; credit de suo adventu esse auditum, et adversarios illuc suas contraxisse copias. Mutat consilium, et, quoniam imprudentes<sup>16</sup> adoriri non posset, flectit iter suum, et illum anfractum longiorem copiosæ viæ capit, ibique diem unum opperitur, ad lassitudinem sedandam militum, ac reficienda jumenta, quo integriore exercitu decerneret.<sup>q</sup>

10. Hic<sup>1</sup> Eumenes callidum imperatorem vicit consilio,<sup>2</sup> <sup>d</sup>

- <sup>m</sup> *Fidos relinquit milites ad montium radices.*      <sup>n</sup> *Ut prima vigilia.*  
<sup>o</sup> *Et observato castrorum usu.*      <sup>p</sup> *Pariterque quarta vigilia agant.*  
<sup>q</sup> *Ut alacrioribus copiis decertaret.*



Patav. Statim *contrah. cop.* Ms. Voss. 2. Ax. propius certe ad rationem Nepotis. [Secus sentit Tzschuck.]—7 *Referendum* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med.—8 *Fidos certos* Ms. Ax. e glossemate. Nam librarii glossis glossemata junxere: v. ad Cic. orat. post red. ad Quirit. 1. extr. Mox *ad infirmos m.* Ed. Med.—9 *Eant* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Keuch. Patav.—10 Sic Ed. Lamb. Steph. Gebh. [Tzsch. Wetz. Brem. Schmied.] nam præcedit et sequitur præsens; [ideoque recepi pro, *præcepit*, quod est in aliis.]—11 *Ignis* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mox *reddant, ut* Ed. Patav.—12 *In his* Ed. Lamb.—13 *Pernuntiatum* Ms. Leid. 2. *esse prænuntiat.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Steph. Lamb. (sic meum quidem utrumque exemplum: Fischer. tamen ex Lamb. ed. notat *prænunt. esse*.) Gebh. Boecl. Keuch. Hens. [Ith. Bipont. Wetz. Schmied.] Statim *idem sine que* Ms. Ax. *Dein faciet* Ed. Arg. *Idemque...facient* Ed. Long.—14 *Erat abest* ab Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag.—15 *Ignis* Ms. Voss. 2. Ed. Med. Long. *Ignis* Ed. Par. Lamb.—16 *Imprudentem* Ms. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. [*imprudenteis* Ed. Lamb.]

1 [Sic *Eum.* conjiciebat Heusing. neque tamen, quod Nepoti familiare est hic, n. adverbium, textum mutare ausus est. Sed sic in textum recepit et

NOTÆ

- <sup>c</sup> *Assimulata castrorum consuetudine*] ejusmodi castrensia exhibendo.  
 Ignes scilicet accendendo, rumores <sup>d</sup> *Vicit consilio*] Idem sentit Plu-  
 et strepitum excitando, et cetera tarchus.



celeritatemque impedivit ejus: neque tamen multum profecit. Nam invidia ducum, cum quibus erāt, perfidiaque [militum]<sup>e</sup> Macedonum veteranorum, cum superior praelio discessisset,<sup>f</sup> Antigono est deditus, cum exercitus ei ter<sup>g</sup> ante, separatis temporibus, jurasset, se eum defensurum, nec<sup>4</sup> unquam deserturum. Sed tanta fuit<sup>5</sup> nonnullorum virtutis obtrectatio, ut fidem amittere mallent,<sup>6</sup> quam eum non prodere.<sup>7</sup> Atque hunc Antigonus, cum ei fuisset infestissimus,<sup>7</sup> conservasset, si per suos esset licitum, quod ab nullo se plus adjuvari posse intelligebat<sup>8</sup> in his rebus, quas impendere jam apparebat omnibus. Imminebant<sup>9</sup> enim Seleucus, Lysimachus, Ptolemæus,<sup>h</sup> opibus jam valentes, cum quibus ei de summis rebus erat dimicandum. Sed non passi sunt hi,<sup>10</sup> qui circa erant: quod videbant, Eumene recepto, omnes præ illo parvi futuros. Ipse autem Antigonus adeo erat incensus, ut, nisi magna spe maximarum rerum, leniri non posset.

<sup>r</sup> *Quamvis eum maxime odisset.*

//////////

late defendit Brem.]—2 *Consilio* aberat a Ms. Mendos.—3 *Militum* aberat a Ms. Mendos. Boecl. Leid. 1. Ax. [Ed. Heibr.] Erat in Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Unci absunt ab Ed. Long. Lamb. Mag. Bos. 1. Steph. Gebh. Keuch. Stav. 2. Patav. [Harl. Ith. Wetz. Schmied.]—4 *Neque* Ms. Ax.—5 *Fuit* aberat a Ms. Ax. Voss. 2. Statim *non nullorum* Ed. Jens. Med. Arg. ubique.—6 *Nolent* Ms. Leid. 2.—7 *Perdere* Ms. Voss. 1. 2. Mendos. Boecl. [Ed. Bos. Wetz.] Sed *prodere* [h. e. destituere, hostibus tradere, adeoque etiam *perdere*; v. Heusing. et Stav.] Edd. nostri omnes, [et recentt.]—8 *Intelleg.* Ms. Voss. 1. *intelligat* Ed. Arg. Statim *in iis reb.* Ms. Voss. 1.—9 *Imminebat* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mox *Ptolemæus* Ms. Leid. 2. *Ptholomæus* Ms. Voss. 1.—10 *ii* Ms. Voss. 1. *Dein omnis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Statim *pro illo* Ms. Leid. 2.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Perfidiaque* [militum] Ad hanc proditionem impulsos fuisse milites Justinus scribit lib. xiv. et Plutarchus in Eumene, ut uxores et liberos suos, et quæ in prælio amiserant, ab Antigono recipere.

<sup>f</sup> *Cum superior praelio discessisset*] Immo Antigonum superiorem fuisse scribit Just. eodem lib. xiv. 3. cujus hæc verba sunt: ‘Ad postremum cum Antigonum venire cum exercitu

nuntiatum esset, compellit eos in aciem descendere. Ibi dum ducis imperia contemnuunt, hostium virtute superantur.’

<sup>g</sup> *Cum exercitus ei ter, &c.*] Quater, Justinus, ut patet ex his illius verbis: ‘Quater intra hunc annum in mea verba jurejurando obstricti estis:’ lib. xiv. 4.

<sup>h</sup> *Imminebant enim Seleucus, Lysimachus, Ptolemæus*] Seleucus Babylonæ

11. Itaque, cum eum in custodiam dedisset, et præfectus<sup>1</sup> custodum quæsisset, quemadmodum servari vellet? ut acerrimum, inquit, leonem;<sup>2</sup> aut ferocissimum elephantum. Nondum<sup>3</sup> enim statuerat, conservaret<sup>4</sup> eum, nec ne. Veniebat autem ad Eumenem utrumque genus hominum,<sup>5</sup> et qui propter odium fructum oculis ex ejus casu capere vellent,<sup>6</sup> et qui propter veterem amicitiam colloqui consolarique cuperent; multi etiam, qui ejus formam cognoscere studebant, qualis esset, quem tamdiu, tamque valde<sup>7</sup> timuissent, cujus in pernicie positam spem habuissent victoriæ. At Eumenes, cum diutius in vinculis esset, ait Onomarcho,<sup>8</sup> penes quem summa imperii erat custodia, se mirari, quare jam tertium diem sic teneretur: non enim hoc convenire Antigoni prudentiæ, ut sic deuteretur<sup>9</sup> victo: quin<sup>10</sup> aut interfici, aut missum fieri juberet. Hic cum ferocius Onomarcho loqui videretur, 'Quid? tu,' inquit, 'animo si isto eras, cur non in<sup>11</sup> prælio cecidisti<sup>10</sup> potius, quam in potestatem inimici venires?' Huic Eumenes, 'Utinam quidem istud evenisset!' inquit:<sup>11</sup> 'sed eo

<sup>1</sup> Conveniebat vero Eumenem duplex hominum genus.

<sup>2</sup> Et qui præ odio ex illius infortunio oculos voluptate pascerent.

<sup>3</sup> Ut sic abuteretur.



1 *Dedisset præfectus* Ed. Jens. Med. [Tum quemadm. eum serv. suspicabatur Schmied.]—2 *Leonem, inquit* Ms. Voss. 2. Statim aut ut fer. Ed. Patav.—3 *Nundum* Ms. Leid. 2.—4 *Servaret eum* novissime edidit Boeclerus; sed *conservaret* (scil. *utrum conserv.*) Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Lamb. Steph. Heus. [Harl. Brem. Tzschuck. et ego, quia *conservare* melius a *servare* distinguitur, id reddidi: *conservare eum* minus Latine Ed. Par. Ald. Long. Mag.] *eum conservaret* Ed. Gebh. Keuch. Deinde *utriusque gen.* Ms. Voss. 2.—5 *Tamdiu valdeque* Ms. Leid. 2.—6 *Honomarcho* Ms. Leid. 2. *onomarcho* Ms. Voss. 1.—7 *Ita* Ms. Ax. Voss. 1. Leid. 2. Gif. Put. Sav. Ed. Jens. Ald. Long. Gebh. Keuch. [Bos. 2. Heus. et rell. recent.] *sic se uteretur* Ms. Voss. 2. Ed. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. [ut sic uteretur malit Ernst.]—8 *Quando aut* Ms. Ax. *cum aut* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Postea *quod* inquit aberat a Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2.—9 *Non prælio* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh.—10 *Sic etiam* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Sed *concidisti* Ms. Voss. 2. Ax. *occidisti* Ed. Keuch.—11 *Inquit* inculcavit Lamb. Sed abest [a Ms. Leid. Voss. 1. 2. et hanc ellipsin frequentem esse Phædro aliisque auctoribus, docet Stav. ad ed. maj.] ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag.

#### NOTE

præfectus. Lysimachus Thraciam occupaverat cum regionibus finitimis. Ptolemæus Ægyptum invaserat, de quo jam supra.

non accidit, quod nunquam cum fortiore sum congressus. Non enim cum quoquam arma contuli, quin is<sup>12</sup> mihi succubuerit. Non enim virtute hostium, sed amicorum perfidia decidi.<sup>1</sup> Neque id falsum.\*<sup>13</sup> Nam et dignitate fuit honesta,<sup>2</sup> et viribus ad laborem ferendum firmis,<sup>14</sup> neque tam magno corpore, quam figura venusta.

12. De hoc Antigonus cum solus constituere non auderet, ad consilium retulit.<sup>1</sup> Hic, cum plerique omnes<sup>1</sup> primo perturbati<sup>2</sup> admirarentur, non jam de eo sumtum esse supplicium, a quo tot annos adeo essent male habiti, ut sæpe ad desperationem forent adducti, quique maximos duces interfecisset; denique in quo uno esset tantum,<sup>3</sup>

\* Nam et decoram speciem habuit.

3 Qui tandem unus tantum valeret.

Uncis incluserunt Heusinger. [Bipont. Tzschuck.]—12 *His mihi* Ed. Jens. Med. Arg.—13 Asteriscus abest ab Edd. nostris omnibus. Addiderunt eum Bos. Stav. [Harl. Bipont. Heindr. Schmied.] Sed Heusinger. verba *neque id falsum...venusta* tanquam aliena, nec satis Latina uncis coercuit. [Brem. verba, *Nam et dignitate...venusta*, ex duobus glossematibus orta opinatus uncis seclusit. Tzschuckio ad ed. 1. garruli ea esse librarii, et ad ed. 2. ea male adjecta varias ob rationes videntur, aut, si nihil excidit, melius locum sortiri supra post *victoriæ*. Audaciorem et amplissime ornatam conjecturam Claudii Civilis, h. e. Withofii, in Novis obs. miscell. tom. 1. p. 154. sqq. propositam, jam protulit Stav. ad ed. min. sed conferes ibid. not. atque leniorem interpretationem Harl. et Kapp. quorum posterior nihil mutandum, et τὸ *nam* h. l. non esse conjunctionem causalem, sed inservire transitioni censuit. Vonck in Specimine critico in varios auctores, Trajecti ad Rh. 1744. 8. p. 79. *dignitatem* notare scribit, corporis staturam et formæ pulchritudinem, et locum ipsum hac transpositione, *nam et viribus ad laborem firmis, et dignitate fuit honesta, neque tam* [aut cum Harl. si emendare velis, *neque tamen tam*] magno corpore, sanari posse, acute suspicatur. Sed Heinsii suspitionem ad Vell. Paterc. II. 29. *dignitate oris vel formæ fuit honesta* jam rejecit Claud. Civilis l. c.]—14 *Ad labor. ferend. firmus* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.

1 *Rettulit* Ed. Jens. Med. Arg.—2 Sic Ms. Voss. 2. [Ed. Lamb. Bos. Stav. (qui ad ed. 1. tuetur hanc lect. ad ed. autem 3. dubitat, an ita scripserit auctor,) Heus. (qui tamen in not. favet lectioni *hic cum primo perturbati adm.* et fidem Staver. facit dubiam in annotata Voss. cod. lectione; sed Stav. ad ed. 3. se bene defendit; at ipse dubitat, an integra ista Nepotis narratio non sit mutilata; nam suspecta illi sunt *primo, denique, postremo*. Sed occurrunt illi dubitationi Tzschuck. Harl. atque Brem.) Ith. Brem. (nisi ut per errorem typotheatæ editum sit *hi quum pler. omn.*) Wetz. Schmied.] Sed *hic cum omnes vel pr. pert.* Ed. Ald. Long. Mag. Patav. *hic cum omnes pr. perturb.* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. [Sed *plerique omnes* sunt non omnes, maxima pars. Est Atticum loquendi genus, *πλέοιες πάντες*: atque Bos. in ind. laudat A. Gellii Noct. Attic. VIII. 12. Priscian. lib. XVIII.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Sed amicorum perfidiam decidi*] Id <sup>1</sup> *Plerique omnes*] Hellenismus est. est, de mea fortuna dejectus sum.

*Delph. et Var. Clas.*

*Nep.*

S

ut, quoad ille viveret, ipsi securi esse non possent; interfecto, nihil habituri negotii essent: postremo, si illi redderet salutem, quærebant, quibus amicis esset usus? sese enim cum Eumene apud eum non futuros. Hic,<sup>3</sup> cognita consilii voluntate, tamen usque ad septimum diem deliberandi sibi spatium reliquit. Tum autem, cum jam<sup>4</sup> vereretur, ne qua seditio exercitus oriretur, vetuit ad eum quenquam<sup>5</sup> admitti, et quotidianum victum amoveri<sup>6</sup> jussit. Nam negabat, se ei vim allaturum,<sup>k</sup> qui aliquando fuisset amicus. Hic tamen non amplius, quam triduum, fame fatigatus, cum castra moverentur, insciente Antigono, jugulatus est a custodibus.

13. Sic Eumenes annorum quinque et quadraginta, cum ab anno vicesimo, [uti supra ostendimus,]<sup>1</sup> septem annos Philippo apparuisset,<sup>2</sup> et tredecim apud Alexandrum eundem locum obtinisset, in his unum<sup>3</sup> equitum alæ præfuisset, post autem Alexandri Magni mortem, imperator exercitus duxisset, summosque duces partim repulisset, partim interfecisset, captus non Antigoni virtute, sed Macedonum perjurio, talem habuit exitum vitæ. In<sup>4</sup> quo

<sup>2</sup> Septem annos cum Philippo fuisset.

//////////

Donat. ad Ter. Andr. 1. 1. 28. et Serv. ad Æn. 1.]—3 [Hac cognita suspicatur Heusing. sed præter necessitatem.]—4 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ax. [Ed. Bos. et seqq.] Sed jam abest ab Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.—5 Quenquam ad eum Ms. Leid. 2.—6 Removeri Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. moveri Ms. Leid. 2.

1 Uti...ostendimus. Absunt unci ab Ed. Arg. (in qua est ostendimus.) Long. Lamb. Steph. Gebh. Bos. 1. Heus. (in quibus est ut, etiam in Mag. Keuch.) [Ith. Wetz. Tzsch. 1. 2. Schmied.] ut supra Ed. Jens. Med. Par. Ald. [Stav. in ed. 3. verba cum ab anno...partim interfecisset nuncius inclusit.]—2 Paruisset Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Arg. Long. Statim tredecim Ms. Leid. 2. Voss. 2. et tresdecim Ms. Voss. 1. tum optin. Ed. Jens. Med.—3 Unum Ms. Leid. 1. 2. Voss. 2. [idque post Bosium pro vulgari lectione uni, probavit Heus. in not. quia Eumenes novissimo tempore præfuit equitatu, atque unum tantum, ut videtur, annum: atque in textum id receperunt Ith. Brem. Tzschuck. in ed. 2. atque Heinr. quos sum secutus.]—4 In quo [h. e. quod ad hunc attinet]. Sic Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Long. Bos. Stav. et rell. recq.] Sed de quo Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Nam negabat, se ei vim allaturum] illud inter crudelitatis exempla requasi vim inferre non fuisset inedia ferri debet.  
et fame hominem necare; immo sane

quanta fuerit omnium opinio eorum, qui post Alexandrum Magnum reges sunt appellati,<sup>5</sup> ex hoc facillime<sup>6</sup> potest judicari, quod nemo Eumene vivo rex appellatus est,<sup>1</sup> sed præfectus; iidem<sup>7</sup> post hujus occasum<sup>7</sup> statim regium ornatum nomenque sumserunt: neque, quod initio prædicarunt,<sup>8</sup> se Alexandri liberis regnum servare, id præstare<sup>9</sup> voluerunt; et, uno propugnatore sublato, quid sentirent, aperuerunt.<sup>10</sup> Hujus sceleris<sup>11</sup> principes fuerunt Antigonus,<sup>12</sup> Ptolemæus, Seleucus, Lysimachus, Cassander.<sup>13</sup> Antigonus autem Eumenem mortuum propinquis ejus sepeliendum tradidit. Hi militari honesto<sup>14</sup> funere, comitante toto exercitu, humaverunt: ossaque ejus in Cappadociam ad matrem atque uxorem<sup>m</sup> liberosque ejus deportanda curarunt.



5 Sic omnes edd. etiam Bos. 2. præter Staver. et Harl. in quibus, nescio quare, omissum est τὸ sunt.]—6 Facile Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—7 Sed post h. o. Ms. Leid. 1. eidem p. h. o. Ms. Voss. 2. Ax. idem p. h. o. Ed. Ald. Mox regnum orn. Ed. Jens. Med.—8 Prædicarunt Ed. Lamb. [probatque Wetzel. in not.]-9 Id præstare [suavius, ad ingratum sonum, serrare, præstare, evitandum, in Ed. Lamb. Bos. et seqq.] Sed id abest a Ms. Boecl. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—10 Aperuerunt Ms. Voss. 1. 2.—11 Sceleris Ed. Arg. Statim participes Ms. Mendos. Voss. 1. sed in marg. 'al. principes.'—12 Antigonus aberat a Ms. Boecl. Axen.—13 Cassandrus Ms. Voss. 2. Ax. Casander Ed. Jens. Med. Arg. ubique.—14 Sic etiam Ms. Voss. 2. [Ed. Bos. Heus. Stav. Harl. Ith. Heinr. Schmied. Paufl. atque Heusing. ac Stav. docuerunt, sæpius dno adjectiva uni substantivo sine copula apponi.] Sed ei milit. honestoque Ed. Jens. Med. qui cum milit. honestoque Ed. Ald. Lamb. Patav. [Wetz.] hi milit. honestoque Ed. Arg. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. [Tzschuck. Brem.]

## NOTÆ

<sup>1</sup> Quod nemo Eumene vivo rex appellatus est] Hoc non Eumenis, sed verrecundiæ causa fecisse scribit Just. lib. xv.

<sup>m</sup> Ad matrem atque uxorem] Uxor

ejus Barsine natione Persica, filia Artabazi; ex qua filium nomine Herculem susceperat Alexander, ut refert Q. Curtius, lib. x.

## XIX.

# PHOCION.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Virtutibus suis clarior, quam re militari. 2. Senex in odium civium pervenit. Ejus culpa Nicanor Piræeo potitur. 3. Exilio mulctatur. Causam apud Macedones dicere cogitur, et Athenas deducitur. 4. Athenis damnatus, ad supplicium traditur.

---

PHOCION,<sup>a</sup> Atheniensis, etsi sæpe exercitibus præfuit,<sup>b</sup> summosque magistratus cepit; tamen multo ejus notior integritas est<sup>2</sup> vitæ, quam rei militaris labor.<sup>c</sup> Itaque hujus memoria est nulla,<sup>d</sup> illius autem magna fama: ex

---

1 *Phocionis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—2 Sic Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. (qui antea habet *mag. cepit.*) Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. [Bos. 1. 2. Heus. Ith. Heinr. Wetz. Schmied. Paufl. Sed *est* aberat a Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Ed. Stav. 1. 2. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2.]

### NOTE

<sup>a</sup> *Phocion*] Hujus patrem, quem Suidas Phocum vocat, Fabrum Cochlearium fuisse scribit Ælianus Var. Hist. lib. xxii. 43.

<sup>b</sup> *Sæpe exercitibus præfuit*] Id præsertim ex Plutarcho patet, quod quinquies et quadragies exercitibus præfuit, cum ne semel quidem Comitibus interfuisset.

<sup>c</sup> *Quam rei militaris labor*] Summam ac fere incredibilem ejus integritatem fuisse necesse est, cum etiam notior dicatur ejus belli laboribus; siquidem,

ut mox dictum est ex Plutarcho, quinquies et quadragies exercitibus præfuit, et octogesimum etiam agens annum a populo præesse jussus est, ex eodem Plutarcho.

<sup>d</sup> *Itaque hujus memoria est nulla*] Id sane respective dicitur, et habita ratione ejus eximie integritatis; alioquin falsum esset, cum toties bellis præponi non potuerit, quin res præclare gesserit, et quin earum memoria fuerit. At vero non raro evenit, ut in viro bono si una virtus præ-

quo cognomine Bonus est appellatus.<sup>e</sup> Fuit enim perpetuo pauper,<sup>f</sup> cum divitissimus<sup>g</sup> esse posset propter frequentes delatos honores, potestatesque summas, quæ ei a populo dabantur.<sup>4</sup> Hic cum a Rege Philippo munera magnæ pecuniæ<sup>h</sup> repudiaret, legatique hortarentur accipere, simulque<sup>5</sup> admonerent, si ipse his facile careret,<sup>a</sup><sup>6</sup> liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate tantam paternam tueri gloriam; his<sup>7</sup> ille: ‘si mei similes erunt, idem hic,’ inquit, ‘agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit; sin dissimiles sunt futuri, nolo meis impensis illorum ali augerique luxuriam.’

2. Idem<sup>1</sup> cum prope ad annum octogesimum prospera pervenisset<sup>2</sup> fortuna, extremis temporibus magnum in

<sup>a</sup> *Si eorum egestatem non ægre pateretur.*

\*\*\*\*\*

—3 Sic Ms. Gif. Voss. 1. [Ed. Lamb. Bos. Heusing. et plurr. recentt.] Sed *diutissimus* Ms. Ax. *ditissimus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Boecl. Kench. Patav. [Wetz.] ut apud Cicer. Læl. 16. *ditior* pro *divitior*.—4 Sic etiam Ms. Mendos. Sav. Gif. Put. Ed. Jens. Ald. Long. [Bos. et seqq.]—5 *Simul* Ed. Par. Ald.—6 *Curare* Ms. Voss. 2.—7 Sic etiam Ms. Ax. Sed *hic ille* Ed. Par. Ald. Lamb. Patav.

1 *Idem* Ed. Heus. ex emendatione Scioppii in Suspect. lectt. iv. 18. p. 166. [Ith. Tzschuck. 1. 2. Stav. 3. Schmied. Heinr. et ego sic rescripti: quanquam *eidem* h. l. antiquo more pro *idem* quoque scriptum fuerit. Bremi tamen *eidem* retinet, at in dativo ex anacoluthi ratione explicat.]—2 Ita quoque Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 2. Sav. Put. Gif. Ed. Jens. Ald. Long. [Bos. et seqq.] Sed *permansisset* Ed. Lamb. Steph. *mansisset* Ed. Keuch. Patav. Mox *pervenit in odium* Ms. Ax. Voss. 2. certe numerosius et rotundius.

## NOTÆ

lucens ceteras non obruat, saltem palmam et gloriæ locum præripiat.

<sup>e</sup> *Ex quo cognomine Bonus est appellatus*] Sic Aristides dictus fuit justus propter morum æquitatem, ut supra in Aristide. Ceterum olim gloriæ ducebatur a virtutibus moralibus nomen imponi; quod postea vitio temporum obsolevit. Phocion vero multis præclaris virtutibus id sibi cognomen comparaverat, quod ex his Valer. Max. verbis lib. III. 8. evidenter patet: ‘Placidi et misericordes et liberales, omnique suavitate temperati mores Phocionis, quos optime pro-

fecto consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit.’ Unde *Χρησθὸς* a Suida dictus est; quia aliis omnibus magis quam sibi utilis erat.

<sup>f</sup> *Fuit enim perpetuo pauper*] Vide Athenæum lib. x. 3. et Plutarchum, *περὶ φιλοπονητίας*.

<sup>g</sup> *A Rege Philippo munera magnæ pecuniæ*] Ælianus Var. Hist. lib. 1. non a Philippo, sed ab Alexandro centum argenti talenta Phocioni missa fuisse scribit, et quatuor civitates, quarum quamcumque ad libitum deligere jussit, oblatas: quæ omnia Phocion repudiavit. Sic etiam Plutarchus in

odium pervenit suorum civium. Primo, quod<sup>3</sup> cum Demade<sup>b</sup> de urbe tradenda Antipatro<sup>i</sup> consenserat; ejusque consilio Demosthenes cum ceteris,<sup>4</sup> qui bene de republ. mereri existimabantur, populiscito<sup>5</sup> in exilium erant expulsi.<sup>6</sup> Neque in eo solum offenderat, quod patriæ male consuluerat, sed etiam, quod amicitiae fidem non præstiterat. Namque, auctus adjutusque a Demosthene, eum, quem tenebat, ascenderat gradum, cum adversus Charetem<sup>j</sup> eum subornaret: ab eodem in judiciis, cum capitis causam diceret, defensus, aliquoties<sup>7</sup> liberatus discesserat. Hunc non solum in periculis non defendit, sed etiam prodidit. Concidit autem maxime uno crimine,<sup>8</sup> quod,<sup>9</sup> cum apud eum summum esset imperium populi,<sup>k</sup> et Nicanorem, Cassandri præfectum,<sup>l</sup> insidiari Piræeo<sup>10</sup> Atheniensium a Dercyllo<sup>11</sup>

//////////

—3 Ita Ms. Leid. 1. Sed abest τὸ quod ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Schmied.] quod uncis inclusit Heus.—4 Tum cet. Ed. Jens. Med. Arg.—5 Sic Ms. Mendos. Ed. Ultraject. [Bos. et seqq.] Sed scito populi Ms. Leid. 1. scito Ms. Leid. 2. plebescito Ms. Voss. 2. plebiscito Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—6 Sic etiam Ms. Voss. 1. Leid. 2. Sed in exilium erant missi et expulsi Ms. Leid. 1. in exilio erant exp. Ms. Voss. 2. [Sed in exilium propter consensum librorum alii rectius tuentur.]—7 Aliquotiens Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.—8 Uno crimine aberant a Ms. Ax.—9 Quia cum Ms. Voss. 1. 2. Ed. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. qui cum Ed. Jens. Med. Arg. Par.—10 Piræo Ms. Leid. 2. Piræo Ed. Long. [Brem. v. supra ad vii. 6.]—11 Dercilo Ms. Leid.

#### NOTÆ

Apophteg. et vita Phocionis.

<sup>b</sup> *Primo, quod cum Demade*] Demades Atheniensis orator fuit, æmulus Demosthenis, qui ex Macedonum gratia potestatem sibi et opes quærebat; contra vero, Demosthenes ad solam patriæ libertatem spectabat.

<sup>i</sup> *Antipatro*] Qui ab Alexandro Magno ad expeditionem Persicam discedente Macedoniae præpositus est, et in qua ipso mortuo regnavit.

<sup>j</sup> *Cum adversus Charetem*] Atheniensium ducem, in promittendo facilem et promptum: unde Proverb. 'Charetis pollicitationes.' Suidas.

<sup>k</sup> *Cum apud eum summum esset imperium populi*] Archontem tunc fuisse scribit Plutarchus in ejus vita; idque est summum imperium populi tenere; nam Archontes exordium habuerunt Athenis ab excessu Codri ultimi Regis, quorum primus fuit Medon Codri filius. Vell. Paterc. initio hist. Rom. Et penes eos totius reip. regimen summaque rerum erat.

<sup>l</sup> *Et Nicanorem, Cassandri præfectum*] Cassander, Antipatri filius, unus fuit ex Alexandri ducibus et mortis ejus auctoribus; qui, ipso mortuo, regium nomen accepit, et, Macedoniam in-



moneretur,<sup>m</sup> idemque<sup>12</sup> postularret, ut provideret, ne com-  
meatibus civitas privaretur; huic,<sup>13</sup> audiente populo, Pho-  
cion negavit, esse periculum, seque ejus rei obsidem fore  
pollicitus est.<sup>14</sup> Neque ita multo post Nicanor Piræo  
est potitus. Ad quem recuperandum cum populus armatus  
concurrisset: ille non modo neminem ad arma vocavit,  
sed ne armatis<sup>15</sup> quidem præesse voluit; sine quo Athenæ  
omnino esse non possunt.<sup>16</sup>

3. Erant eo tempore Athenis duæ factiones; quarum una  
populi causam agebat,<sup>n</sup> altera optimatum.<sup>1</sup> In hac erat<sup>2</sup>  
Phocion et Demetrius Phalereus.<sup>o</sup> Harum utraque Mace-



2. *Darcyllo* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Dercillo* Ed. Ald.—12 *Eidemque* Ms. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. ut sect. 1.—13 *Huic* Ms. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Harl. Ith. Brem. et ego sic edidi, pro vulgato *hic*:] *hinc* Ed. Jens. Arg. Ald. Patav. *hic* Ed. Med. Lamb.—14 Sic etiam Ed. Long. Lamb. Keuch. Stav. 3. [et rell.] Sed *est* abest ab Ed. Stav. 1. 2.—15 *Armatus* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—16 *Sine quo...possent*. Verba hæc sic leguntur etiam in Ms. Leid. 2. et Voss. 2. et in antiquis nostris omnibus. Sed a Ms. Voss. 1. aberant: *sine quo...poss.* inclusit uncis Heusing. [item Tzsch. (qui in ed. 1. *sine quo*, scil. portu, *Ath...possunt* parenthesi, in ed. 2. autem uncis inclusit, et glossatoris verba esse suspicatur,) nec non Heinr. Brem. et Schmied. qui verba esse transponenda putat. Stav. ad ed. 3. uncus quidem omisit in textu, in nota tamen illa verba vel a sciolo quodam allita esse judicat, vel transposita a librariis; culpam igitur occupati Piræi in Phocionem fuisse collatam: præterea laudat Wesseling. ad Diod. Sic. xviii. 64. nr. 69. Ith. edidit: *Ad quem (sine quo Ath. omn. esse non possunt) recuper...præesse voluit.*] In Mss. fere legitur ut expressimus. Sed illa, *sine quo Athenæ*, &c. jam olim trajecta nonnullis visa. Itaque Longolius et Maginus, paucis immutatis, sic legebant: *ad quem recuperandum (quod sine eo Ath. omn. esse non possent) cum populus*, &c. Edd. Gebh. Steph. et Keuch. sic ordinant: *ad quem recuperandum (sine quo Ath. o. e. n. possunt) cum pop. &c.* Vir summus olim tentabat: *Neq. i. m. p. N. P. est potitus, sine quo Ath. omn. esse non possunt ad quem recup.* Fateor, hoc minime omnium coactum esse. Fortasse tamen nihil loco suo movendum est. Sive enim hæc verba usque ad illa, *sine quo*, &c. parenthesi cum Ernestio includas: sive omitta ea, illud *sine quo* ad remotius nomen referri dicas, nihil insolens Latinis scriptoribus affirmabis.

1 *Optimatum* Ed. Lamb.—2 *Erant* Ed. Mag. Steph. Gebhard. Keuch.

#### NOTE

vadens, Olympiadem Alexandri Magni matrem occidijussit, et immanisævitia omnem familiam regiam abolevit. Justinus lib. xiv. 6.

<sup>m</sup> *A Dercyllo moneretur*] Atticæ præfecto; illum enim ei regioni Antipater præposuerat, ut refert Plutarchus.

<sup>n</sup> *Populi causam agebat*] Cui parum studebat tunc temporis Phocion cum Demade Demosthenis æmulo, Callimedonte, et Pericle, ut refert Plutarchus in Phocione.

<sup>o</sup> *Demetrius Phalereus*] Hic Theophrasti discipulus fuit, cui propter eximias ejus virtutes trecentas sexa-

donum patrociniis nitebatur.<sup>3</sup> Nam populares Polysperchonti<sup>4</sup> favebant;<sup>p</sup> optimates cum Cassandro sentiebant. Interim a Polysperchonte Cassander Macedonia pulsus est. Quo facto populus superior factus, statim duces adversariæ factionis capitis damnatos patria pepulit;<sup>5</sup> in his Phocionem et Demetrium Phalereum: deque ea re legatos ad Polysperchontem misit, qui ab eo peterent, ut sua decreta confirmaret. Huc<sup>6</sup> eodem profectus est Phocion. Quo ut venit, causam apud Philippum regem<sup>q</sup> verbo, reipsa quidem apud Polysperchontem jussus est dicere. Namque is tum regis rebus præerat. Hic ab Agnonide<sup>r</sup> accusatus,<sup>7</sup> quod Piræeum Nicanori<sup>s</sup> prodidisset, ex consilii senten-

[Tzschuck. 1. 2. Brem.] Mox ac Demetr. Ms. Leid. 2. tum Phalæus Ed. Arg. Long. Mag. ubique.—3 Utebatur Ms. Mendos. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. Ed. Arg. Ultraj. Long. [Sed nitebatur est efficacius.]—4 Polyperchonti Edd. nostri omnes ubique: [Πολυπέρχων Pintarch. c. 31. et sæpius: v. Reisk. not. p. 348. Vol. iv. Opp. Plut.] Polypherconte Ed. Med. Mox Polyperconte Cassandrus Macedonia populus est Ms. Voss. 2.—5 Ita Ed. Lamb. [Bos. et seqq.] Sed propulit Ms. Ax. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Ultraj. Steph. Gebh. Keuch.—6 Hic eodem Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [hinc eod. Ed. Lamb.] hoc eod. Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Heus. [Ith. sed hunc archaismum, ab Heusing. illustratum, in Nepote agnoscere non vult Stav. ad ed. 3.] Mox est et Phocion Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—7 Hic ab Agnone accusatus Ms. Ax. Gif. Agnone erat etiam in Mss. ap. Mag. hic ab Agnonide accus. Ms. Mendos. Ed. Heus. [Stav. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Ith. Wetz. Brem. Heinr. Schmied. quos sum secutus. Hic respicit actæ rei tempus:] hic cum ab Agnonide acc. esset sine unciis Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [τὸ cum et τὸ esset unciis incluserunt Bos. in ed. 2. et Stav. 1. 2. Non esse de nihilo, quod quidam codd. habeant ab Agnone, existimat Hemsterhus. ad Luciani Timona, cap. 44. tom. 1. Opp. Luc. p. 157.]—8 Nicanori a Ms. Gif. aberat. Unci absunt ab Edd. nostris omnibus, [etiam Ith. Brem. Tzschuck. 1. 2. Wetz. Harl. et ego eos ejeci.] In Stav. 1. 2. Heus.

## NOTE

ginta statuas æreas Athenienses erexerunt. Vide Polyænum, lib. iv.

<sup>p</sup> Nam populares Polysperchonti favebant] Ille præpositus fuerat ab Antipatro Græciæ et Macedonia, tandemque occisus est cum Neoptolemo in prælio quod adversus Eumenem commiserant. Just. lib. xiii. 8. Populares autem seu Democratia studiosi hujus partes sustinebant.

<sup>q</sup> Apud Philippum Regem] Non Phi-

lippum Alexandri Magni Patrem, sed Philippum Aridæum, quem penes tantum Regis nomen, potestas vero et Imperium penes Eurydicen uxorem ejus, aliosque adutores. Qua de re vide Just. lib. xiv. 5.

<sup>r</sup> Hic ab Agnonide] In quibusdam exemplaribus legitur, Agnone: et reipsa Athenæus lib. xii. 18. meminit Agnonis hominis deliciis affluentis. Verum legendum esse Agnonide

tia<sup>9</sup> in custodiam coniectus, Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus fieret iudicium.

4. Huc ubi<sup>1</sup> perventum est, cum propter<sup>2</sup> ætatem pedibus jam non valeret,<sup>b</sup> vehiculoque portaretur,<sup>t</sup> magni concursus sunt facti; cum alii, reminiscentes veteris famæ, ætatis miserentur; plurimi vero ira exacuerentur, propter proditiōnis suspiciōnem Piræei, maximeque, quod adversus populi commoda in senectute steterat. Qua de re ne perorandi quidem ei data est facultas et dicendi<sup>3</sup> causam. Inde iudicio, legitimis quibusdam confectis,<sup>u</sup> damnatus, traditus est undecim viris,<sup>v</sup> quibus ad supplicium, more Atheniensium, publice damnati tradi solent. Hic cum ad

<sup>b</sup> *Pedes incedere tunc non posset.*

[Schmied.] id voc. uncis est inclusum.—9 *Ex consilii* (*συμβουλιον* Plutarch. Eum. c. 33. consessus iudicium) *sententia*. Sic Ms. Sluisq. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Lamb. Bos. [Heus. Stav. et seqq.] Sed *et consimili* Ms. Boecl. Voss. 2. *ex consimili* Ms. Stav. Gif. Put. Ed. Jens. Brix. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Mox *coniectus* aberat a Ms. Ax.

1 *Ubi* aberat a Ms. Voss. 1.—2 *Per ætat.* Ms. Ax. recte. Vulgata redolet glossema, [probantque Heusing. ac Tzschuck. Octoginta autem annos natus erat Phocion.]—3 *Ad dicendum* Ms. Ernst. Statim *causa* Ed. Arg. Long.

#### NOTÆ

patet ex Plutarcho, qui eum Agnionidem sycophantam fuisse ait in Phocione.

<sup>5</sup> *Ex consilii sententia*] Sic quidam legunt: alii *consimili sententia*. Priorem lectionem interpretatione tuetur Savaro; quam sane non improbandam censerem, nisi jam prius lata fuisset sententia Athenis, cui relativum est verbum *consimili*.

<sup>1</sup> *Vehiculoque portaretur*] Sic solent deferri antiquitus, quemadmodum et hodie, omnes capite damnati; non quidem propter rationem a Nepote allatam, sed potius ignominie causa, et ut omnium aspectui facilius paterent. Unde Ammianus Marcellinus lib. xxix. 11. ait, 'Promiscue juvenes aliique membris omnibus

capti ad supplicia sellis gestatoriis ducebantur.'

<sup>u</sup> *Legitimis quibusdam confectis*] Quæ legitima confecta fuerint, parum liquet; illa enim lege constituta erant ad accusandum et audiendum reum: at vero ne ipsi quidem causam dicendi data est facultas; unde factum est ut plerique, præsertim boni cives, iudicium illud aversati sint. Vide Valer. Max. Extern. de fato Phocionis loquentem lib. v. 3. 3.

<sup>v</sup> *Traditus est undecim viris*] Hos *νομοφύλακας*, et *ἐπάρχους* Græci vocabant, nec Romanis triumviris capitalibus multum absimiles fuisse scribit Budæus. Ad id autem præsertim instituti fuerant, ut facinorosos homines comprehensos in carcerem con-

mortem duceretur, obvius ei fuit Emphyletus,<sup>4 w</sup> quo familiariter fuerat usus. Is cum lacrymans dixisset, ‘O quam indigna<sup>5</sup> perpeteris, Phocion!’ huic ille, ‘At non inopinata,’ inquit: ‘hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses.’<sup>x</sup> In hoc tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit eum liber sepelire.<sup>6 y</sup> Itaque a servis sepultus est.



Keuch. Dein *undecimviris* haud divisim Ed. Jens. Med. Arg. Par.—4 *Emphyletus* Ms. Leid. 2. Ed. Long. Mag. *Eriphyletus* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Steph. *Euphyletus* Ms. Voss. 1.—5 *Digna* Ed. Jens. Med. Dein *plerique* Ed. Par. Ald.—6 *Sepeliri* Ms. Voss. 2.

#### NOTÆ

jicerent, et capitis damnatos ad supplicium ducerent; quod ex Platone in Phædone, Aristot. lib. vi. cap. ultimo, de optima administrandæ reip. forma, et aliis manifestum est.

<sup>w</sup> *Obvius ei fuit Emphyletus*] De hujus viri nomine dubium est: quidam enim Evippum vocant, nitunturque Plutarchi auctoritate qui viri hujus nominis meminit in Phocione. Ælianus vero lib. xiii. 41. hunc Thudippum vocat; Aristidem, Seneca in consolat. ad Helviam cap. 13. Ego tamen nihil mutandum arbitror.

<sup>x</sup> *Hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses*] Vide eorum

Catalogum apud Lucianum in Dialogo, De non temere credendo calumniæ.

<sup>y</sup> *Ut nemo ausus sit eum liber sepelire*] Propter legem Atticam, qua non licebat proditionis damnatos sepelire, ut jam dictum in Themistocle; et ut patet ex ipsis Valer. Max. verbis, lib. v. 3. Phocion non tantum equuleo ab Atheniensibus impositus est; sed certe post obitum nullam Atticæ regionis, quæ ossibus ejus injiceretur, glebulam invenit; jussus extra fines projici, intra quos optinuis civis vixerat.

## XX.

# T I M O L E O N .<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Liberata patria, fratrem suum interfici jubet. 2. Dionysium Sicilia pellit. Hicetam superat. Pœnos fugat. 3. Siculorum rempublicam restaurat. Privatus Syracusis vivit. 4. Oculis captus reipublicæ inservit. 5. Ejus patientiæ exempla. Moritur.

**T**IMOLEON,<sup>2</sup> Corinthius.<sup>3</sup> Sine dubio magnus omnium judicio hic vir extitit. Namque huic uni contigit,<sup>3</sup> quod nescio an nulli,<sup>4</sup> ut et<sup>5</sup> patriam, in qua erat natus, oppressam a tyranno<sup>b</sup> liberaret, et a Syracusis, quibus auxilio

~~~~~

1 *Timoleontis vita* Ed. Jens. Med. Par. Ald. *Thymoleontis vita* Ed. Arg. ubique.—2 *Thimoleon* Ms. Voss. 1. *Thymoleon* Ms. Ax. Mendos. Gif. Ed. Long. Mag. Steph.—3 *Contingit* Ms. Voss. 2.—4 *Nescio an ulli* Ms. Voss. 1. 2. Mendos. Leid. 2. [Ed. Long. Bos. Stav. Tzschuck. 1. Harl. Hensing. Ith. Pauffl. Heindr. Schmied.] Sed *nescio an nulli* Ed. Lamb. recte, opinor: [Ed. Tzschuck. 2. Wetz. Brem. qui id copiose defendit. Atque sic rescripsi; nam *nescio an* (pro *annon*) *nulli* simpliciter, certe in comparatione, affirmat. V. Ernest. in clav. Ciceron. voc. *haud scio an*, Hensing. Staver. et alios ad h. l. qui *nulli* h. l. præferunt probantque exemplis. Scheller. quidem in *Observatt.* in priscos scriptores p. 172. sq. contra Ernesti præceptum disputans, vel nostro Nepotis loco abutitur. Fischer ad marginem scripserat: vid. Cicer. Epist. XIII. 1. et ad Cicer. Cat. M. 16. 2. Alius locus est Cicer. Læl. c. 6. *haud scio...an quidquam*; sed Ms. Manut. et Lambin. *nihil*: v. ibi Lambin. et Vorst. ad Sulpic. Sev. Ep. 1. 7. Sic Lib. IX. Ep. 9. 4. *an ulli*, Lambin. conj. *an nulli*, ubi vid. not. et Manut. Cortius quidem ad Cicer. VI. Ep. 7. 6. improbat, et ait, temerarios rescribere in nostro Nepotis loco, *nescio an nulli*.]

### NOTE

<sup>a</sup> *Timoleon, Corinthius*] Cujus pater fuit Timænetus, ex Diodoro, lib. XVI. ex Plutarcho vero in Timoleonte, Timodemus. Quo ad etymologiam nominis nihil moror; alii enim scribunt Timoleon, ἀπὸ τῆς Τιμῆς; alii Tymoleon, ἀπὸ τοῦ Θύμονος.

<sup>b</sup> *Oppressam a tyranno*] Nimirum a

erat missus,<sup>6</sup> inveteratam servitutem depelleret, totamque Siciliam, multos annos bello vexatam,<sup>c</sup> a barbarisque oppressam,<sup>d</sup> suo adventu in pristinum<sup>7</sup> restitueret. Sed in his rebus non simplici fortuna conflictatus est, et, id quod difficilius putatur, multo sapientius tulit secundam, quam adversam fortunam. Nam cum frater ejus Timophanes, dux a Corinthiis delectus, tyrannidem per milites mercenarios occupasset, particepsque<sup>8</sup> regni posset esse; tantum abfuit<sup>9</sup> a societate sceleris, ut antetulerit suorum civium libertatem fratris saluti, et patriæ parere legibus quam imperare,<sup>10</sup> \* satius duxerit. Hac mente per haruspicem,<sup>11</sup> communemque affinem, cui soror ex eisdem<sup>12</sup> parentibus nata nupta erat, fratrem tyrannum interficiendum curavit. Ipse non modo manus<sup>13</sup> non attulit, sed ne aspicere quidem<sup>14</sup> frater-



—5 Sic Ms. Leid. 2. [Ed. Bos. et seqq. recentt.] Sed et abest ab Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Mox in Ed. Arg. est *oppressum*.—6 *Erat*, omisso τῷ missus, Ms. Ax.—7 *In pristinum statum* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Statim restituerit Ms. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Par.—8 *Participesque* Ms. Voss. 2.—9 *Afuit* Ms. Voss. 2. Ed. Lamb. Gebh. Keuch. Mox *Civium suorum* Ms. Ax.—10 *\*Et patr. par. leg. quam imp. Sic Ms. Gif. Ed. Ultraj. [Bos. Stav. Heus. Harl. Ith. Brem. Heinr. Tzschuck. 1. 2. in quibus omnibus etiam legitur satius dux.] Sed et patriæ legibus, quam imperare patriæ Ms. Boecl. Ax. et parere leg. quam imper. Ms. Leid. 1. et patriæ leg. obtemperare satius dux. quam imperare patriæ Ms. Meudos. Ed. Boecl. et patr. legibus obtemperare satius duxerit, quam imperare Ed. Lamb. A Ms. Voss. 2. aberat τὸ obtemperare; sed erat ibidem duxit sanctius, non satius; ut in Ms. Voss. 1. et Leid. 2. Etiam in Ed. Long. Mag. [Schmied.] est sanctius, [nec hoc displicet Heusing. atque Harl. quos videbis, et Tzschuck. ad ed. 1. Cornelius enim tacite culpatur Cæsarem, Antonium et alios. Contra Tzsch. ad ed. 2. τὸ sanctius noluit in textum recipere, quia, ut ait, non tam de re utraque iudicium indicatur, sed iudicio facto ex utraque delectus.] Sed p. legibus obtemperare sanctius duxerit, quam imperare legibus Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—11 *Aruspicem* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [Male: ortum enim habet ab *haruga*. V. Cellar. Orthogr. lat. ibique Harl. p. 245.] Statim communemque fratri affinem Ms. Voss. 1.—12 *Iisdem* Ed. Steph. Gebh. Keuch.—13 *Minus* Ms. Ax. *manum* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Statim attulit omisso τῷ non Ed. Jens. Med.—14 *Quid est* Ed. Ald.—15 *Nondum* Ms.*

#### NOTE

fratre suo Timophane, ut infra videbitur.

<sup>c</sup> *Siciliam, multos annos bello vexatam]*

Partim regnante Dionysio majore, ut supra in Dione; partim, Diono interfecto, per tyrannidem Callippi,

Hipparini, et Dionysii Junioris, postquam amissum imperium recuperavit. Ex Diodoro loco mox citato.

<sup>d</sup> *A barbarisque oppressam]* Nimirum a Carthaginiensibus.

num sanguinem voluit.<sup>e</sup> Nam, dum<sup>15</sup> res conficeretur, procul in præsidio fuit, ne quis satelles posset succurrere. Hoc præclarissimum ejus facinus<sup>16</sup> non pari modo probatum est ab omnibus.<sup>17</sup> Nonnulli enim læsam ab eo pietatem putabant, et invidia laudem virtutis obterebant. Mater vero, post id factum, neque domum ad se filium admisit, neque aspexit, quin eum fratricidam impiumque detestans<sup>18</sup> compellaret. Quibus rebus<sup>19</sup> ille adeo est commotus, ut nonnunquam vitæ finem facere voluerit,<sup>f</sup> atque ex ingratorum hominum conspectu morte decedere.

2. Interim, Dione Syracusis interfecto, Dionysius rursus Syracusarum<sup>1</sup> potitus est: cujus adversarii opem a Corinthiis petierunt,<sup>2</sup> ducemque, quo in bello uterentur, postularunt. Huc Timoleon missus, incredibili felicitate Dionysium tota Sicilia depulit. Cum<sup>3</sup> interficere posset, noluit; tutoque ut Corinthum perveniret,<sup>4</sup> effecit,<sup>5</sup> quod utrorumque Dionysiorum opibus Corinthii sæpe adjuti fuerant, cujus benignitatis memoriam volebat extare; eamque præclaram<sup>5</sup> victoriam ducebat, in<sup>6</sup> qua plus esset clementiæ, quam crudeli-

//////////

Voss. 3.—16 Sic etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Sed factum Ed. Boecl. Bos. 1.—17 Ab omn. probatum est Ms. Voss. 2. Ax.—18 Detestatus Ms. Leid. 2.—19 Sic Ms. Sav. Ax. Gif. Put. [Ed. Bos. et seqq.] Sed quibus res Ms. Voss. 3. quibus verbis adeo ille Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Patav. quibus verbis adeo est comm. Ed. Steph. Gebh. Kench. Mox non nunquam divisim Ed. Jens. Med. Arg. ubique.

1 Syracusarum Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Statim est potitus Ms. Ax.—2 Ita etiam Ms. Ax. Sed petiverunt Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Kench.—3 Quem interficere Ms. Voss. 3. Mox tutoque Ms. Leid. 2. Statim ut Corynthum Ed. Jens. Med.—4 Pervenerit Ms. Leid. 2. Statim qui utr. Ms. Voss. 3.—5 Sic Ms. Mendos. Leid. 1. 2. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Ultraj. [Long. Bos. et seqq.] Sed et quod eum præcl. Ed. Lamb.—6 Sic etiam Ms. Ax. Sed ex qua Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg.

#### NOTE

<sup>e</sup> Sed ne aspicere quidem fratrum sanguinem voluit] Quod moderatoris animi indicium est suam patriam vindicantis, quia qui vultum sanguine imbuat, oculosque supplicio pascit, hic certe plus se, quam patriam vindicat.

<sup>f</sup> Ut nonnunquam vitæ finem facere voluerit] Id magnanimitati ejus parum respondere videtur, quod propter clamores et mulieris querelas tan-

topere commoveretur. Illud tamen ex Plutarcho liquet, qui eum inedia se extinguere voluisse ait.

<sup>5</sup> Tutoque ut Corinthum perveniret, effecit] Ubi, scilicet, propter inopiam literas puerulos docuit; unde Proverb. Dionysius Coriuthi. Qua de re vide Plutarchum in Timoleonte. Cic. ad Atticum 9. Valer. Max. lib. vi. 9.

tatis;<sup>h</sup> postremo, ut non solum auribus acciperetur, sed etiam oculis cerneretur, quem et ex quanto regno ad quam fortunam detrusisset.<sup>7</sup> Post Dionysii<sup>8</sup> decessum cum Hiceta<sup>9</sup> bellavit,<sup>i</sup> qui adversatus fuerat<sup>10</sup> Dionysio: quem<sup>11</sup> non odio tyrannidis dissensisse, sed cupiditate, indicio fuit, quod ipse, expulso Dionysio, imperium dimittere noluit.<sup>a</sup> Hoc superato, Timoleon maximas copias Carthaginensium<sup>12</sup> apud Crimessum<sup>13</sup> flumen fugavit, ac satis habere<sup>14</sup> coëgit, si liceret Africam obtinere,<sup>b</sup> qui jam complures annos possessionem Siciliae tenebant.<sup>15</sup> Cepit etiam

<sup>a</sup> *Qui non tanquam tyrannidis osor, sed ambitiosus rebellasse visus est, quoniam, post ejectum Dionysium, a dominatione discedere recusavit.*

<sup>b</sup> *Eoque ipsos adegit, ut satis sibi esse crederent, si Africa potiri fus esset.*

Par. Ald. Long. Mag. Mox *clementia* Ms. Voss. 2. *clæmentia* Ed. Jens. Med. Arg.—7 *Detulisset* Ms. Leid. Voss. 2. 3. *ctusisset* Ms. Voss. 1.—8 *Dionysium* Ms. Leid. 2.—9 *Hecata* Ms. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Heccata* Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. *Hectata* Ms. Voss. 3. *Hercita* Ms. Leid. 2 [*icete* Ed. Long.] *iceta* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. Patav.—10 *Erat* Ms. Leid. 2. Ax.—11 *Quoniam non* Ms. Ax. in quo ipso deinde erat *cupiditatis*.—12 *Carthaginens.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *Karthaginens.* Ed. Bos. 1.—13 *Crimesium* Ed. Long. Mag. *Cymssum* Ms. Leid. 2. *Crimissum* Ms. Voss. 1. 2. 3. Long. Ed. Arg. *Crimissum* Ms. Ax. Ed. Stav. 2. 3. Heus. [Harl. Tzschuck. Ith. Brem. *Crimessum* Ed. Bos. Wetz. Heinr. Schmied.] *Crimissum* Ed. Jens. Med. Ald.—14 *Hinc* Ed. Jens. Med. Ald. Mox *Aphricam* Ed. Par. Steph. et *optin.* Ed. Jens. Med. ubique.—15 *Tenebat* Ed. Keuch.

#### NOTE

<sup>h</sup> *In qua plus esset clementia, quam crudelitatis*] Dubitari, nec abs re, potest, utrum Timoleon magis ad clementiam, quam ad acerbiorē vindictam spectaverit, cum ad tantos calamitatis sensus Dionysium reservavit. Nam ipsi vitam servando eo miseriorem efficiebat, et supplicium ejus magis protrahebat: omni quippe morte acerbius est tota vita supplicium pati, et quotidie magis ac magis sentire se perire. Attamen cum vita omnium rerum sit pretiosissima, hacque concessa recuperandae alius fortunae spes ademta non videatur; ideo qui servavit incolumem satis sibi temperasse putandus est: unde Tacitus Ann. lib. XII. 19. ait, ‘Bellorum egre-

gios fines esse, quoties ignoscendo transigatur.’ Et cap. 37. ibidem: ‘At, si incolumem servaveris, aeternum clementiae exemplar ero.’ Quam sententiam verba Senecae egregie illustrant lib. I. de Clementia cap. 21. ‘Et quisquis ex alto ad inimici pedes abjectus alienam de capite suo sententiam expectavit, in servatoris sui gloriam vivet, plusque nomini ejus conferet incolumis, quam si ex oculis ablati esset: assiduum enim spectaculum alienae virtutis est; in triumpho cito transisset.’

<sup>i</sup> *Cum Hiceta bellavit*] Hic unus ex amicis Diouis fuit.

<sup>j</sup> *Apud Crimessum*] Plutarcho, *Κριμήσον*, fluvius est Siciliae. Dionysio



Mamercum,<sup>16 k</sup> Italicum ducem; hominem bellicosum et potentem, qui tyrannos adjutum in Siciliam venerat.

3. Quibus rebus confectis, cum propter diuturnitatem belli non solum regiones, sed etiam urbes desertas videret; conquisivit, quos potuit, primum<sup>1</sup> Siculos; deinde Corintho accessivit<sup>2</sup> colonos, quod ab his<sup>3</sup> initio Syracusæ erant conditæ. Civibus veteribus sua restituit,<sup>4</sup> novis bello vacuefactas possessiones divisit, urbium<sup>5</sup> mœnia disjecta, fanaque [deserta]<sup>6</sup> refecit, civitatibus leges libertatemque reddidit. Ex maximo bello<sup>7</sup> tantum otium totæ<sup>8</sup> insulæ conciliavit, ut hic conditor<sup>9</sup> urbium earum, non illi, qui initio deduxerant, videretur. Arcem Syracusis,<sup>1</sup> quam munierat<sup>10</sup>

[Sed tenebant in nova Kench. ed. Hafniensi.]—16 *Mamercum* Ms. Voss. 1. *Mamoren* Ms. Voss. 3. In ed. Arg. est *cepit* pro *cepit*.

1 *Primum quos potuit* Ed. Lamb. Statim *dein* Ms. Voss. 1.—2 *Accessivit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph.—3 *Ab iis* Ms. Voss. 1.—4 *Primum Sic...restituit* aberant a Ms. Ax. Sed *civibus vet. sua restit.* aberant a Ms. Voss. 2.—5 *Urbiumque* Ms. Voss. 2.—6 *Sic* Ms. Sav. Put. Gif. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Par. Ald. Long. Mag. [Brem. Schmied.] unciis tamen omissis [quos addiderunt Bos. in ed. 2. Stav. Heus. Harl. Ith. Tzsch. Wetz.] Sed *phanaque diserta* Ed. Jens. Med. *phanaque diserta* Ed. Arg. *phanaque deleta* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Patav. [Heinr. At hoc verbum, iudice Tzschuck. nimis auget vastationem, nec a Mss. firmatur: add. Heus. Bremi tamen et Pauller tuentur *deserta*, sed explicat prior templa, quæ in bello damni aliquid passa, (conf. Plut. c. 1. de Siciliae miseris,) ad usum sacrum non amplius apta fuerant, etiam forsitan ex parte deleta: posterior autem *vana vetustate collapsa et ideo relicta*. Hæc igitur Timoleon *refecit*, h. e. ad usum cultumque sacrum reparavit. Contra Kappius et τὸ *deserta* esse glossema, nec τὸ *deleta* posse admitti, copiose docet.] A Ms. Mendos. et τὸ *deserta*, et τὸ *deleta* aberat: et a Ms. Voss. 3. præterea verbum *phanaque* quoque.—7 Sic e suo cod. legit Gifanius, et in noviss. editione Boeclerus, suffragante Leidensi. Sed et *max.* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Statim *tm* Ed. Ald. nt s. 4.—8 Sic Ms. Gif. [Ed. Bos. 2. Heus. Heinr.] Sed *toti* Ms. Ax. Thott. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Patav. [Stav. Harl. Tzschuck. Brem. Schmied. Wetz. probatque Schlegel. l. c. p. 68.]—9 *Conditio* Ms. Voss. 3.—10 *Munierat* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Patav.—

## NOTÆ

Halicarnass. lib. 1. Straboni vi. et Suidæ *Crimisum*; Lycophroni vero *Crimisum*.

<sup>k</sup> *Cepit etiam Mamercum*] De quo lege Polyæn. lib. Strateg. et Plutarchum, qui hunc Catanæ tyrannum fuisse ait.

<sup>1</sup> *Arcem Syracusis*] Arces enim ob-

sidione perpetua, et quasi compedibus cives premunt, et Tyrannis æternam securitatem pollicentur. Unde Seneca in Thyeste: 'In arce summa Pelopis una est pars domus Conversa in Austros, cujus extremum latus Æquale monti crescit, atque urbem premit, Et contumacem regibus po-

Dionysius ad urbem obsidendam, a<sup>11</sup> fundamentis disjecit: cetera tyrannidis propugnacula demolitus est, deditque operam, ut quam minime multa vestigia servitutis manerent.<sup>c</sup> Cum tantis esset opibus, ut etiam invitis imperare posset; tantum autem haberet amorem<sup>12</sup> omnium Siculorum, ut nullo recusante regnum obtineret; maluit se diligere, quam metui.<sup>m</sup> Itaque, cum primum potuit, imperium deposuit, et<sup>13</sup> privatus Syracusis, quod reliquum vitæ fuit,<sup>14</sup> vixit. Neque vero id<sup>15</sup> imperite fecit. Nam, quod ceteri reges imperio<sup>16</sup> potuerunt, hic benevolentia tenuit. Nullus honos huic defuit; neque postea res ulla Syracusis<sup>17</sup> gesta est publice,<sup>18</sup> de qua prius sit decretum,<sup>19</sup> quam Timoleonis sententia cognita. Nullius unquam consilium non modo antelatum, sed ne comparatum<sup>20</sup> quidem est. Neque id magis benevolentia factum est, quam prudentia.

4. Hic cum ætate jam propectus esset, sine ullo morbo lumina oculorum amisit.<sup>n</sup> Quam calamitatem ita moderate tulit, ut neque eum querentem<sup>1</sup> quisquam audierit, neque eo minus privatis publicisque rebus interfuerit. Veniebat

<sup>c</sup> Curavitque ut quam paucissimæ servitiū reliquiæ superessent.



11 *A* aberat a Ms. Voss. 2. Mox in Ed. Jens. Par. est conjunctim *quamminime*.—12 *Amorem hab.* Ms. Ax. *heret amor.* Ed. Jens. Med.—13 *Ac priv.* Ms. Voss. 3. Ed. Long. *et privatim* Ed. Mag.—14 *Fuit vitæ* Ms. Ax.—15 *Neque id* Ms. Voss. 2. Ax. *neque vero*, omisso τῆ ἰδ, Ms. Leid. 2.—16 *Reg. vix pot.* Ed. Gebh. Kouch. [Amstel.] Mox *benivol.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. ubique.—17 Sic Ms. Boecl. Ax. Sed *Syrac. res ulla* Bos. 1. et Edd. nostri omnes præter Bos. 2. Stav. Heus. [et recentt.].—18 Sic Ms. Boecl. Ax. [Ed. Bos. Heus. in textu, Stav. Tzschuck. et seqq. recc.] Sed *publica* Edd. nostri ante Bos. [Atque Heus. in not. et probavit hanc lectionem et docte illustravit: at recte dissentiunt Stav. ad ed. 3. Tzschuck. et Harl. ad ed. 2. præsertim ob additum τὸ ἄλλα, et ob ingratam ejusdem soni repetitionem.].—19 *Decretus* Ms. Leid. 2.—20 *Cōpatū* Ed. Jens. Par.

1 *Querentem* Ed. Ald.—2 *Consilium* Ed. Arg. Long. Mox *valitud.* Ed. Jens.

#### NOTÆ

pulum suis Habet sub ictu.'

<sup>m</sup> *Maluit se diligere, quam metui*] Simile quidpiam refert Anrelius Victor cap. 15. de Antonino Pio, his verbis: 'Adeo trementibus eum atque amantibus cunctis regibus, nationibusque, et populis, ut parentem suum, patro-

num magis quam dominum Imperatorem vere putarent.'

<sup>n</sup> *Lumina oculorum amisit*] Diastole. Sic etiam de eo Plutarchus; et Cicero, Tusc. v. multos, qui et oculis capti fuerint, moderateque eum casum tulerint, enumerat.

autem in theatrum, cum ibi concilium<sup>2</sup> populi haberetur, propter valetudinem vectus jumentis junctis,<sup>d3o</sup> atque ita de vehiculo, quæ videbantur, dicebat: neque hoc illi quisquam tribuebat superbiæ. Nihil enim unquam<sup>+</sup> neque insolens, neque gloriosum, ex ore ejus exiit. Qui quidem, cum suas laudes audiret prædicari, nunquam aliud dixit, quam se in ea re<sup>5</sup> maximas Diis gratias agere atque habere, quod, cum Siciliam recreare constituissent,<sup>6</sup> tum se potissimum ducem esse voluissent. Nihil enim rerum humanarum sine Deorum numine<sup>7</sup> geri<sup>8</sup> putabat. Itaque suæ domi sacellum ἀτροματίας<sup>9</sup> constituerat,<sup>p</sup> idque sanctissime colebat.

5. Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles accesserunt<sup>t</sup> casus. Nam prælia maxima natali die suo fecit omnia;<sup>q</sup> quo factum est, ut ejusdem natalem<sup>2</sup> festum

<sup>d</sup> *Infirmi- tatis causa bigis deductus.*

//////////

Med. Arg.—3 *Junctis* aberat a Ms. Voss. 1. Leid. 2.—4 *Nunquam* Ms. Voss. 3.—5 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. 3. Ax. Leid. 2. Sed *ca re* Ed. Bos. 1.—6 *Constituisset* Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long.—7 *Nomine* Ed. Jens. Med.—8 Sic Ms. Mendos. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Ultraj. [Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *agi* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—9 *Automathias* Ed. Jens. Med. Arg. *Automathias* Ed. Par.

1 *Accesserant* Ms. Ax.—2 Sic Ms. Ax. [Ed. Keuch. Bos. 2. Stav. Heus. Tzschuck. 1. et seqq. plur.] Sed *ejusdem natale* Ed. Arg. Long. Mag. *ejus diem natalem* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Bos. 1. [Tzsch. 2. Paufl. et Stav.

#### NOTÆ

° *Propter valetudinem vectus jumentis junctis*] Sic apud Romanos Appius Claudius Cæcus lectica in Senatum ferebatur.

<sup>p</sup> *Itaque suæ domi sacellum ἀτροματίας constituerat*] *Ἀτροματία* Deæ alicujus nomen fuisse certum est; sed dubitatur ejusnam Deæ. Quidam per id casum fortuitum; quidam fortem fortunam intelligi volunt. Quo posteriori sensu accipiendum esse puto; quia Siculi fortunam tanquam omnium actionum laborumque humano-

rum Dominam venerabantur; cui et Græci Romanique multa monumenta consecrarunt, et ad hujus Deæ auspicia ac numen Timoleon retulit quicquid sibi nunquam prospere evenit.

<sup>q</sup> *Natali die suo fecit omnia*] Sic præterito sæculo Carolus V. Imperator die Divo Mathiæ sacro, quo natus erat, regnum Hispaniæ obtinuerat, Imperator proclamatus fuerat, et memorabilem Ticini victoriam in Francos retulerat.

haberet universa Sicilia. Huic quidam Lamestius,<sup>1</sup> homo petulans et ingratus, vadimonium<sup>4</sup> cum vellet imponere,<sup>6</sup> quod cum illo se lege agere diceret, et complures<sup>5</sup> concurrissent, qui procacitatem hominis manibus coercere conarentur; Timoleon oravit omnes, ne id facerent. Namque, id ut Lamestio<sup>6</sup> ceterisque liceret, se maximos labores summaque adiisse pericula. Hanc enim speciem<sup>7</sup> libertatis esse, si omnibus, quod quisque vellet, legibus experiri liceret. Idem,<sup>8</sup> cum quidam Lamestii similis, nomine Demænetus, in concione populi de rebus<sup>9</sup> gestis ejus detrudere cœpisset, ac nonnulla inveheretur<sup>10</sup> in Timoleonta; dixit, nunc demum se voti esse damnatum:<sup>11</sup> namque hoc<sup>12</sup> a Diis immortalibus semper precatum, ut talem libertatem restitueret<sup>13</sup> Syracusanis, in qua cuius liceret,<sup>14</sup> de

<sup>6</sup> In iudicium conaretur traducere.

<sup>7</sup> Nunc denique finem optatum obtinuisse.

in not. hanc lectionem præferre malit.]—3 *Lamæstius* Ms. Leid. 2. *Lamistius* Ms. Ax. *Lamystius* Ms. Dan. *Lamistias* Ms. Voss. 1. 2. *Laphystius* Ed. Long. [et Mag. ut Fisch. in marg. manu ascripsit; sed in libello varr. lectt.] *Laphystius* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. ubique.—4 *Badimonium* Ms. Ernst. *vadimonium* Ed. Jens. Med.—5 *Cum plures* Ed. Ald.—6 *Lamestio* Ed. Bos. 1. *Lamestio et cuius lic.* Ms. Boecl. *et cuius lic.* Voss. 2. 3. *et quis* Ms. Voss. 1. *et cuius* Ms. Ax.—7 *Spem* Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Arg. *Dein experire* Ms. Voss. 3.—8 *Id pro idem* Ms. Voss. 1. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mox *Lamystii* Ms. Gif. et *Demænatus* Ms. Leid. 2. *Demænatus* Ms. Voss. 3. *Demænatus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—9 Sic etiam Ms. Ax. Sed de abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—10 *Inveherentur* Ms. Voss. 1. Tum in *Thymoleonta* Ed. Arg.—11 Sic Ms. Ax. Gif. Voss. 2. Ed. Lamb. [Bos. et seqq.] Sed *voti esse compotem* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Oxon. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. quod est glossema.—12 Ita Ms. Gif. Ax. Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [Heus. Harl. Ith. Tzsch. 1. 2. Wetz. Brem. (qui quidem in not. observat, Romanos hæc et Græcos ταῦτα sæpe ponere pro singulari,) Schmied. Heindr. quos sum secutus, quia Timoleon hoc unum, non plura a Diis erat precatus.] *Namque hæc* Ed. Long. Lamb. Bos. Stav. [Paufl.]—13 *Restitueret* [h. e. restituere posset] Ms. Voss. 2. 3. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Heus. Stav. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Sed *restituerent* [scil. Dii] Ed. Lamb. [Bos. Stav. 1. 2. Ith. Wetz. Brem. Schmied. Heindr. quoniam modestius magisque pium, ideoque melius convenire videatur ingenio Timoleonis; qui nihil rerum humanarum sine Deorum numine geri putabat, (v. cap. præ-

#### NOTÆ

\* *Lamestius*] *Laphystius* legendum dam habent codices. ex Plutarcho, non *Lamestius*, ut qui-

quo vellet, impune dicere. Hic cum diem supremum<sup>15</sup> obiisset, publice a Syracusanis in gymnasio, quod Timoleonteum<sup>16</sup> appellatur,<sup>s</sup> tota celebrante Sicilia, sepultus est.



ced, in fine;) at, bene annotante Tzschuck, nec ab illo Deorum auxilium excluditur, nec modestia et pietas evanescit. Quare codd. secutus revocavi restitueret.]—14 *Liceret* aberat a Ms. Voss. 3.—15 *Suppreum* Ed. Jens. Med.—16 *Timoleontium* Ed. Ald. Lamb. *Thymoleonteum* Ed. Long. Mag.

#### NOTÆ

<sup>s</sup> *In gymnasio, quod Timoleonteum appellatur]* Vide Polyænum in Agathoclem lib. v. Plutarchus tamen in foro, non in Gymnasio sepultum scribit; at vero Gymnasium illud in hujus gratiam fuisse constitutum.

## XXI.

# DE REGIBUS.

### ARGUMENTUM.

Cap. 1. Spartani reges, nomine tales, non potestate. Excellentissimi Persarum reges. 2. Macedonum reges clariores. Unus rex Siciliae vere illustris. 3. Reges ex Alexandri amicis.

---

HI fere fuerunt Græciæ<sup>1</sup> gentis<sup>a</sup> duces, qui memoria digni videbantur,<sup>2</sup> præter REGES.<sup>b</sup> Namque eos attingere<sup>3</sup> noluimus, quod omnium res gestæ separatim<sup>d</sup> sunt relatæ: neque tamen hi admodum sunt multi. Lacedæmonius autem Agesilaus, nomine, non potestate fuit rex;<sup>e</sup> sicuti<sup>4</sup> ceteri

---

1 *Græciæ g.* [uti Græci Ἑλλάς γῆ pro Ἑλληνική aut Genitiv. *Græciæ* est in regimine positus.] Ita etiam Ms. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Sed *Græcæ g.* Ms. Boecl. Ax. [Thott. et unice probat Schlegel. p. 69. Ed. Wetzel. Schmied. conf. Heus. et Tzschuck.]—2 Ita etiam Ms. Voss. 2. Ax. Sed *viderentur* Ms. Leid. 2. *videantur* Ed. Jens. Med. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1.—3 *Adjungere* Ms. Mendos.—4 *Sicut* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.

### NOTE

<sup>a</sup> *Græciæ gentis*] In quibusdam legitur, *Græcæ gentis*. Sed nihil muto, quia Græciæ gens dicitur, quemadmodum Italia terra, Hispania regio, &c.

<sup>b</sup> *Præter Reges*] Nimirum earum gentium, quæ aliis præluserant.

<sup>c</sup> *Namque eos attingere*] Legitur et *adjungere*; id est, vitis excellentium Græciæ Imperatorum.

<sup>d</sup> *Separatim*] Id est, alio in libro,

qui Regum vitas complectebatur; qui quidem liber injuria temporum perisse creditur.

<sup>e</sup> *Nomine, non potestate fuit rex*] Vide quæ jam dicta sunt a Nepote in Agesilao, ubi dictum est morem esse Lacedæmoniorum, ut duos Reges semper haberent, nomine magis, quam imperio. Unde Dionysius Halicarnassensis Reges improprie dictos fuisse scribit.

Spartani. Ex his vero, qui dominatum<sup>5</sup> imperio tenuerunt, excellentissimi<sup>6</sup> fuerunt, (ut nos judicamus,) Persarum Cyrus,<sup>f</sup> et Darius, Hystaspis<sup>7</sup> filius: <sup>8</sup> quorum uterque privatus<sup>h</sup> virtute regnum est adeptus. Prior horum apud Massagetarum<sup>i</sup> in prælio cecidit.<sup>8</sup> Darius senectute diem obiit supremum.<sup>j</sup> Tres sunt præterea ejusdem<sup>9</sup> generis; Xerxes,<sup>10</sup> et duo Artaxerxes,<sup>k</sup> Macrochir et<sup>11</sup> Mnemon. Xerxi maxime est illustre, quod<sup>12</sup> maximis post hominum memoriam exercitibus terra marique bellum intulit Græciæ. At Macrochir præcipuam habet<sup>13</sup> laudem amplissimæ pulcherrimæque corporis formæ, quam incredibili ornavit virtute belli. Namque illo Perses nemo fuit manu fortior.<sup>14</sup>

//////////

Long. Mag. Patav.—5 Ita Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 1. 2. 3. Sed orbem domitum Ed. Ald. Statim imperium Ms. Voss. 3. et retinuerunt Ex. Venet. apud Magium.—6 Excellentissimum Ms. Leid. 2.—7 Ustasi Ms. Leid. 2. Hirtapsi Ms. Voss. 1. irtapsi Ms. Voss. 3. Histaspis Ed. Ald. Boecl. Keuch. Bos. 1. Histapsi Ed. Jens. Med. Par. Hystaspis Ed. Arg. Hyrtasi Ms. Ax.—8 Ita etiam Ms. Leid. 2. Sed occidit Ms. Mendos. Voss. 1. 2. 3.—9 Ejus Ms. Ax.—10 Xerxes Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Mox in iisdem libris erat Artaxerxes.—11 Macr. quoque et Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. In Voss. 2. pro Macrochir erat Machrodne. Statim Memion Ms. Leid. 2. Memno Ms. Voss. 2. Memnon Ms. Voss. 3. Ed. Ald. Long. ubique. Menon Ed. Jens. Med. Arg. Par. ubique.—12 Quod aberat a Ms. Ax.—13 Haberet Ms. Voss. 1.—14 Sic Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. (nisi

#### NOTE

<sup>f</sup> Cyrus] Ex Mandane, Astyagis filia, et Cambyse Persa natus, qui sua virtute Medorum Regnum adeptus est, ac Imperium a Medis ad Persas transtulit.

<sup>g</sup> Et Darius, Hystaspis filius] De hoc jam supra.

<sup>h</sup> Quorum uterque privatus] Cyrus enim Persarum armis adjutus Astyagem Regno expulit. Darius vero, Magis occisis, qui Persarum Regnum fraude usurpaverant, ex privato Rex per equi sui hinnitum salutatus est. Vide Just. lib. 1. 10.

<sup>i</sup> Prior horum apud Massagetarum] Cum Cyrus adversus Thomyrim Reginam Scytharum, vel Massagetarum, bellum movisset, secundo prælio victus inter mortuos inventus est.

Porro Massagetæ gentes erant supra mare Caspium sitæ; unde Getæ et Scythæ eas circiter regiones incolabant, quæ hodie *Cutai* nominantur. Vide Ptolemæum.

<sup>j</sup> Darius senectute diem obiit supremum] Eum regnasse 36. annos Herodotus ait, lib. iv. quanquam nonnulli 31. tantum et dies 30. asserunt.

<sup>k</sup> Xerxes, et duo Artaxerxes] Jam de Xerxe supra. Notandum tamen est Xerxis nomen commune fuisse Persarum Regibus, quemadmodum et Cyri. Quantum vero ad duo Artaxerxes; alter Xerxis filius fuit, et dictus est Macrochir, seu Longimanus; alter Cyri junioris frater, cognomento Mnemon, seu Memor.

Mnemon autem justitiæ fama floruit. Nam cum matris suæ scelere amisisset uxorem,<sup>1</sup> tantum indulsit<sup>15</sup> dolori, ut eum pietas vinceret.<sup>m</sup> Ex his duo eodem nomine<sup>n</sup> morbo naturæ debitum reddiderunt; tertius ab Artabano<sup>16</sup> præfecto ferro interemtus<sup>17</sup> est.<sup>o</sup>

2. Ex Macedonum autem genere<sup>r</sup> duo multo ceteros antecesserunt rerum<sup>2</sup> gestarum gloria: Philippus Amyntæ filius, et Alexander Magnus. Horum alter Babylone morbo consumtus;<sup>3p</sup> Philippus Ægis a Pausania,<sup>q</sup> cum spectatum ludos iret, juxta theatrum occisus est. Unus Epirotes,

quod in Voss. 2. pro *fortior* legitur *ferocior*,) Ed. Stav. 1. 2. 3. Heus. et ita scribendum docet Oudend. ad Frontin. in Add. p. 506. [in ed. 2. Lugd. B. 1779. 8. pag. 195. not. 46. Etiam Ed. Harl. Tzschuck. 1. 2. Ith. Brem. Schmied. Paufl.] Sed *Persarum ne. f. m. f.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. 2. *fortior fuit* Ms. Ax.—15 *Indulxit* Ms. Voss. 2.—16 *Arthabano* Ms. Voss. 1. *Arthebano* Ms. Voss. 2.—17 Sic Ms. Leid. 1. Boecl. Ax. [Bos. Stav. Tzschuck. Harl. Brem. Heiur. Schmied.] Sed *interemptus* Ms. Voss. 2. *interfectus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Boecl. Keuch. Patav. [Ith. Wetz.]

1 *Gente* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Ultraj.—2 *Rex* Ed. Jens. Med.—3 *Consumtus*; Phil. Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. Ed. Heus. [Ith. Tzschuck. 2. Bipont. Paufl. Brem. Wetz. Schmied. recte; ad vitandam repetitionis molestiam. In reliquis enim edd. extat *consumtus est. Phil.* In Ed. Heiur. errore, credo, typhothetæ omissa sunt verba, *Amyntæ filius...Philippus*, et editum est: *gloria: Philippus Ægis a Pausania....occisus est.*] Mox *Egys* Ms. Leid. 2.

## NOTE

<sup>1</sup> *Nam cum matris suæ scelere amisisset uxorem*] Scilicet, Statiram, quam ejus mater veneno peremerat. Ctesias lib. xvi.

<sup>m</sup> *Tantum indulsit dolori, ut eum pietas vinceret*] Pietas, scilicet, erga matrem, non erga uxorem occisam; quia solam matris ancillam sceleris ministram supplicio affecit. Idem Ctesias ibidem.

<sup>n</sup> *Ex his duo eodem nomine*] Scilicet, duo Artaxerxes, quorum prior regnavit 41. annos sine consorte. Sulpic. Et præterea 16. cum patre Xerxe. Posterior autem regnavit, teste Plutarcho, et Sulpicio, 62. annis; licet Eusebius 40. tantum numeret.

<sup>o</sup> *Tertius ab Artabano præfecto ferro interemtus est*] Qua de re Justinum

lege lib. III. I.

<sup>p</sup> *Morbo consumtus*] Sen potius veneno, ætatis anno trigesimo secundo cum tribus mensibus, et regni duodecimo cum octo mensibus. Arrianus. Sed tamen de hoc tempore varii auctores varias opiniones habent. Quapropter Vide Cic. Euseb. Just. Strabon. Gellium, et alios.

<sup>q</sup> *Philippus Ægis a Pausania*] *Ægæ* Macedoniæ oppidum, ubi olim Macedonum Regum sepulturæ erant; ut Plinius refert. Pausanias vero juvenis inter Macedones nobilitate clarus, ob neglectam a Philippo vindictam, quam ab ipso petebat de injuria sibi turpiter illata; qua de re vide Curtii supplementum, et alios.



Pyrrhus,<sup>r</sup> qui cum populo Rom.<sup>4</sup> bellavit. Is cum Argos oppidum<sup>s</sup> oppugnaret in Peloponneso,<sup>5</sup> lapide ictus interiit.<sup>t</sup> Unus item<sup>6</sup> Siculus, Dionysius prior.<sup>u</sup> Nam et manu fortis, et belli peritus fuit, et, id quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius rei denique cupidus, nisi singularis perpetuique imperii, ob eamque rem crudelis. Nam dum id studuit munire,<sup>a</sup> nullius pepercit vitæ, quem ejus insidiatorem putaret. Hic cum virtute tyrannidem sibi peperisset,<sup>b</sup> magna retinuit felicitate; majorque annos sexaginta<sup>7</sup> natus, decessit florente regno.<sup>v</sup> Neque in tam multis annis cujusquam ex sua stirpe funus vidit, cum ex tribus uxoribus liberos procreasset,<sup>w</sup> multique ei nati essent nepotes.

<sup>a</sup> *Quamdiu enim illud asserere curavit.*

<sup>b</sup> *Regnum adeptus esset.*

~~~~~  
*Ægys Ms. Voss. 1. Thebis Ms. Ax. Voss. 2.—4 Ro. Ed. Jens. Med. P. R. Ed. Ald.—5 Peloponneso Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Peloponneso Ms. Voss. 2. Statim lapidis ictu Ed. Ox.—6 Item abest ab Ed. Par. Ald. Sed Heusing. nuncis inclusit.—7 Ita etiam Ed. Long. [Bos. Heus. qui tuetur hanc lectionem, et plur. recentt.] Sed enim annos sex. n. Ms. Sav. Gif. Put. Leid. 2. Ax. v. not. annus sex Ms. Voss. 3. annis sex. natu Ed. Lamb. Steph. [Tzschuck. 2. Wetz. Atque Tzschuck. jam in not. ad ed. 1. multus erat de h. l. et Lambin. correctionem, valde quidem probabilem, unice veram esse judicabat; quia ex linguæ usu dicatur major natu et ab eod. comparativo major dependeat ac regatur annis:] annis sex. natus Ed. Bos. 1. [atque natus vindicat Garaton. ad Cic. 2. in Verr. cap. 49. p. 494. sq. ubi multus est et de hac constructione et de loco nostro.]*

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Unus Epirotes, Pyrrhus]* Hic, quemadmodum Alexander, paterno genere ab Hercule, materno ab Achille se esse gloriabatur. Just. lib. xvii.

<sup>s</sup> *Argos oppidum]* Duo sunt, ut jam dictum est, ejus nominis oppida in hoc tractu; quamobrem vide quæ supra diximus.

<sup>t</sup> *Lapide ictus interiit]* Just. l. xxv. 5. et Paulus Diaconus lib. ii. 20. cum Nepote, de lapidis ictu, consentiunt, quo Pyrrhus interiit. At vero Plutarchus, Pansanias, Polyænus, Strabo tegulæ ictu periisse scribunt; quos sequitur Ovid. in Ibin: 'Aut ut

Achillidæ cognato nomine clarum Opprimat hostili tegula jacta manu.'

<sup>u</sup> *Unus item Siculus, Dionysius prior]* Vide quæ de illo apud Cic. Tusc. v. dicuntur; et apud Just. lib. xx.

<sup>v</sup> *Decessit florente regno]* Præ gaudio, quod habuit ex nuntio reportatæ victoriæ, cum amicis suis vino et epulis largius usum in morbum incidisse, quo mortuus est, refert Diodorus. Quantum vero temporis reguaverit, ex his Ciceronis verbis accipe: 'Duo de quadraginta Dionysius Tyrannus annos fuit opulentissimæ et beatissimæ civitatis.'

<sup>w</sup> *Cum ex tribus uxoribus liberos pro-*

3. Fuerunt præterea magni<sup>1</sup> reges ex amicis<sup>2</sup> Alexandri Magni,<sup>x</sup> qui post obitum ejus imperia ceperunt. In his Antigonus,<sup>y</sup> et hujus filius Demetrius:<sup>z</sup> Lysimachus, Seleucus, Ptolemæus.<sup>a</sup> Ex his Antigonus, cum adversus Seleucum Lysimachumque<sup>3</sup> dimicaret, in prælio occisus est. Pari leto<sup>4</sup> affectus est Lysimachus<sup>b</sup> a Seleuco. Nam societate dissoluta, bellum inter se gesserunt. At Demetrius, cum filiam suam Seleuco in matrimonium dedisset; neque eo<sup>5</sup> magis fida inter eos amicitia manere potuisset; captus bello,<sup>c</sup> in custodia socer generi periit morbo.<sup>c<sup>6</sup></sup><sup>d</sup>

<sup>c</sup> In generi vinculis prælio victus socer morbo extinctus est.

1 Ita Ms. Mendos. Boecl. Ax. Leid. 1. Voss. 1. 3 Ed. Ultraj. [Bos. 2. et plur. seqq.] Sed *multi* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Brem. qui id unice probat. Contra tuentur τὸ *magni*, præter Bosium, Staver. (qui ad ed. maj. et min. Antigoni reliquorumque memoratorum vitam, res gestas, fataque uberius enarrat,) Tzschuck. ad edit. 2. et Wetzl.]—2 *Amici* Ms. Voss. 2. a quo deinde non minus, quam ab Ax. aberat τὸ *Magni*: quod Heusinger. unci inclnsit. [Tzschuck. ad ed. 2. suspicatur, forte, si valeat trajectio, legi antea posse, *multi magnique reges*, quo utrisque libris satisfiat.]—3 *Et Lysimachum* Ms. Voss. 1. 3. Ax. in quo verborum ordo erat hic: *ex his Antigonus in prælio, cum adversus Seleucum et Lysimachum dimicaret, occisus est.*—4 *Leto* Ed. Med. Arg. *letho* Ed. Steph. Mox *ab Seleuco: namque soc.* Ms. Voss. 2. Ax.—5 *Eos magis* Ms. Voss. 3.—6 *Periit a morbo* Ms. Voss. 2. Ax. Guelf. [et placet

#### NOTÆ

*creasset*] De his in Dione jam dictum est.

<sup>x</sup> *Ex amicis Alexandri Magni*] De ejus ducibus hic loquitur; qui, eo mortuo, omnes sibi diademata imposuerunt, ut fert Auctor Machab.

<sup>y</sup> *In his Antigonus*] Asiæ et Syriæ Satrapes primus, qui tandem a Seleuco et Ptolemæo victus est.

<sup>z</sup> *Et hujus filius Demetrius*] Hic Urbium obsessor dictus est. Plin. l. vii. 38. Quam nominis arrogantiam arguit Plutarchus in Demetrio. Seleuco Nicanori Syriæ Regi filiam suam Stratonicen uxorem dedit, et expulso Athenis Demetrio Phalereo, pristinam Reip. ac libertatis formam Atheniensibus restituit.

<sup>a</sup> *Lysimachus, Seleucus, Ptolemæus*]

Lysimachus, unus quondam e custodibus Alexandri Magni, illustri Macedonia loco natus, sed virtute illustrior. Vide Just. lib. xv. 3. Seleucus, qui cognominatus est Nicanor, rex Syriæ, de quo jam dictum est. Ptolemæus vero, qui omnibus Ægyptiis regibus nomen suum dedit, vir quoque magnus fuit, et prudentia insignis; de quo jam supra dictum est in Eumene.

<sup>b</sup> *Pari leto affectus est Lysimachus*] Demetrio mortuo, Lysimachus cum Seleuco conflixit; et hæc ultima pugna fuit successorum Alexandri Magni, in qua occisus est Lysimachus, nimirum anno 42. ab Alexandri interitu.

<sup>c</sup> *Ceptus bello*] Nimirum in Idu-

Neque ita multo post Seleucus<sup>7</sup> a Ptolemæo Cerauno<sup>e</sup> dolo interfectus est;<sup>8</sup> quem ille a patre expulsam Alexandria,<sup>9</sup> alienarum opum indigentem receperat. Ipse autem Ptolemæus,<sup>10</sup> cum vivus filio regnum tradidisset, ab illo eodem vita privatus dicitur.<sup>f</sup> De quibus quoniam satis dictum putamus, non incommodum videtur, non præterire Hamilcarem et Hannibalem;<sup>11</sup> quos et animi magnitudine<sup>12</sup> et calliditate omnes in Africa<sup>13</sup> natos præstitisse constat.

Heus. ac Stav. qui ad ed. 3. docet, præpositionem *a* verbis neutris sæpius addi, et causam significare efficientem.]—7 *Seleucus* Ms. Voss. 2.—8 *Est* aberat a Ms. Leid. 2. et Voss. 1.—9 Sic Ms. Gif. Voss. 1. Sed *Alexandria* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Lamb. Gebh. Boecl. Kench. Patav.—10 *Ptolomæus* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. *Phtolmæus* Ms. Voss. 3.—11 *Amilcarem et Anibalem* Ms. Voss. 1. In Ed. Par. Ald. Mag. ubique est *Anibalem*.—12 *Pro animi magnitudine erat cum magnit.* in Ms. Voss. 1. et *ai* Ed. Jens.—13 *Affrica* Ms. Voss. 1. *Aphrica* Ed. Par.

## NOTE

mæa ad urbem Gazam, ut vult Justinus, Plutarchus, Arrianus. Huuc a Macedonibus relictum scribit Cic. Offic. II. At, si Justino credimus, non captus est, sed seipsum Seleuci fidei tradidit, ut patet ex his verbis: ‘Demetrius quoque, a tot exercitiis circumventus, cum posset honeste mori, turpiter se dedere Seleuco maluit.’

<sup>d</sup> *Periit morbo*] In quem incidit, ut refert Plutarchus, biennio post, cum a Seleuco perhumaniter exceptus fuisset, et regio apparatu; sed cum in-

ertia otioque se dedisset, neque solito vivendi more uteretur, ex nimia cruditate in morbum incidit, et ita interiit. Plutarch. in Demet.

<sup>e</sup> *A Ptolemæo Cerauno*] Hic filius fuit Ptolemæi prioris, Ceraunus dictus ab audacia et ingenii velocitate: *κεραυνὸς* enim *fulmen* significat. Cæl. lib. xxiv. 6.

<sup>f</sup> *Ab illo eodem vita privatus dicitur*] Huic opinioni adversatur Justin. lib. xxiv. qui cum a Gallis, quos spreverat, victum, vita et regno spoliatum scribit.

## XXII.

# HAMILCAR.

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Erycem defendit. Pacem constantia sua patriæ conciliat. 2. Remotis a Carthagine militibus mercenariis, otium toti Africæ restituit. 3. Filium suum secum in Hispaniam ducit. Hasdrubal ejus gener, et in imperio successor. 4. In Hispania prælio adversus Vettones cadit.

**HAMILCAR,**<sup>2</sup> Hannibalis filius,<sup>a</sup> cognomine Barcas,<sup>3b</sup> Carthaginiensis,<sup>4</sup> primo Pœnico bello, sed temporibus extremis,<sup>c</sup> admodum adolescentulus in Sicilia præesse<sup>5</sup> cœpit

1 *Hamīlcaris vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—2 *Amīlcar* Ms. Voss. 1. 2. *Hamīlchar* Ed. Arg. ubique. Statim *Anybalis* Ms. Voss. 1. 2. *Annībalis* Ed. Par. Ald.—3 *Barchas* Ms. Voss. 1. Ed. Ald. Mag. Steph. *Bartha* Ms. Voss. 3. *Barcha* Ms. Oxon. Ax. Ed. Arg. Par. Long. *Barchos* Ed. Jens. Med. *Brachos* Ed. Gebh.—4 *Karthaginiensis* Ms. Leid. 2. [Ed. Lamb. in meo exemplo, Stav. Harl. Tzschuck. Brem. *Carthaginiensis* Ed. Bos. 2. Heus. Ith. Heinr. Schmied. Wetz.] *Carthaginensis* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. ubique: *Karthaginensis* Ms. Voss. 3. Ed. Ald. Lambin. [ap. Fischerum,] Boecl. Bos. 1. ubique: [vid. supra xiv. 1. Oudendorp. ad Frontin. Strateg. i. 7. nr. 3. supra ad x. 1. 5. in VV. LL.] *Mox Pœnico* Ms. Gif. Dan. [Ed. Bos. 2. Heus. et rell. fere omnes recentt.] *Sed Pœnico* Ms. Voss. 3. *Pœnico* Ms. Voss. 1. *Punico* Ms. Voss. 2. [Thott. v. Schlegel. 1. c. 68. qui probat;] Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Kench. Bos. 1. Patav. [Schmied.]—5 *Post*

### NOTÆ

<sup>a</sup> *Hamīlcar, Hannibalis filius*] *Hamīlcar* nomen est Punicum, quod Regem significat: hic patrem habuit Hannibalem antiquiorem, et ipse pater fuit magni Hannibalis æterni Ro-

manorum hostis.

<sup>b</sup> *Cognomine Barcas*] Hoc gentile nomen fuisse patet ex his Sillii Italici verbis, lib. i. in principio: ‘ortus Serrana prisci Barcæ de gente.’

exercitui. Cum ante ejus adventum<sup>6</sup> et mari et<sup>7</sup> terra male res gererentur Carthaginensium,<sup>8</sup> ipse, ubi affuit,<sup>9</sup> nunquam hosti cessit, neque locum nocendi dedit; sæpeque e contrario, occasione data, laccessivit,<sup>10</sup> semperque superior discessit. Quo facto, cum pæne omnia in Sicilia Pœni amisissent,<sup>11</sup> ille Erycem sic defendit,<sup>d</sup> ut bellum eo loco gestum non videretur. Interim Carthaginenses classe apud insulas Ægates<sup>12</sup> a C. Lutatio,<sup>13</sup> consule Romanorum, superati,<sup>e</sup> statuerunt belli finem<sup>14</sup> facere, eamque rem arbitrio permiserunt Hamilcaris. Ille etsi flagrabat bellandi<sup>15</sup> cupiditate, tamen paci serviendum putavit,<sup>f</sup> quod patriam, exhaustam sumptibus,<sup>16</sup> diutius calamitatem<sup>17</sup> belli ferre non posse intelligebat: sed ita, ut statim mente agitaret, si paulum modo<sup>18</sup> res essent reffectæ, bellum renovare,<sup>19</sup> Ro-

pro præesse Ms. Leid. 2.—6 *Autem ejus adventu* Ms. Ax. *ejus adventu* Ms. Voss. 2. omisso τῆ aut.—7 *Et marique terra* Ms. Voss. 3.—8 *Karthagins.* Ed. Lamb. Bos. 1. ubique.—9 *Ipsè tibi adfuit* Ms. Voss. 1. *ipse ubi fuit* Ms. Voss. 2. *adfuit* etiam Ed. Long. Mag. Pat. [Heus. et plur. recentt. Sed *affuit* Ms. Thott. Ed. Lamb. Bos. Schmied. Paufl.] *Statim numquam* Ed. Mag. Patav. [Stav. Heus. cum aliis recentt. Sed *numquam* Ed. Long. Bos. Ith. Schmied. Heinr. Paufl.] *abest* ab ed. Lamb.—10 *Sic* Ms. Mendos. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Sed *hostem laccess.* Ed. Lamb. *Statim semper sine que* Ms. Voss. 2.—11 *Amisissent* Ed. Arg.—12 *Ægatis* Ms. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. [Atque ita scribendum esse censet Stav. ad ed. maj. citatque Arntzen. ad S. A. Victor. de vir. ill. cap. 41. nr. 1.]—13 *Sic et* Ms. Leid. 2. Voss. 3. [Ed. Lamb. Bos. Stav. et seqq.] Sed *G. Luctatio* Ms. Voss. 1. *C. Luctatio* Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh.—14 *Facere belli finem* Ms. Ax. [*belli facere finem* Ms. Thott.]—15 *Sic* Ms. Voss. 1. 2. 3. Oxon. Leid. 2. Sed *belli* Ed. Steph. Gebh. Keuch. *Mox tamen aberat* a Ms. Voss. 3.—16 *Sumptibus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—17 *Calamitates* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 1. 2. 3. Ed. Keuch. Bos. 1. [Heus. Ith.]—18 *Ita etiam* Ms. Leid. Sed *paulummodo* Ed. Med. *paulū mō* Ed. Par. *paululum modo* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [Brem. *paulum modo* Ed. Heinr. Schmied. Wetz.]—19 *Revocare* Ms. Oxon. Ax.—20 *Sic* Ms. Gif. Bav. Mendos.

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Sed temporibus extremis*] Id est, sub finem hujus primi belli Punici.

<sup>d</sup> *Ille Erycem sic defendit*] Eryx urbs Siciliæ, ad montem ejusdem nominis Veneri sacrum, supra Drepanum oppidum. De hujus situ accuratissime inter alios scribit Polybius lib. I. Hodie Monte S. Juliano.

<sup>e</sup> *Apud insulas Ægates a C. Lutatio, consule Romanorum, superati*] Ægusæ

dicuntur illæ insulæ a Polybio, suntque ad promontorium Lilybæum; juxta quas classis Romanorum, quam trecentarum navium fuisse tradit Pli-nius de viris illustribus, classem Carthaginensium, cui dux Hanno erat, superavit.

<sup>f</sup> *Tamen paci serviendum putavit*] Quibus conditionibus facta fuerit, vide Polybium lib. III.

manosque armis persequi, donicum<sup>g</sup> aut<sup>20</sup> certe vicissent,<sup>21</sup> aut victi manus<sup>22</sup> dedissent. Hoc consilio pacem conciliavit: in qua tanta fuit ferocia,<sup>a</sup> ut, cum Catulus<sup>h</sup> negaret, se<sup>23</sup> bellum compositurum, nisi ille cum suis, qui Erycem tenuerunt,<sup>24</sup> armis relictis, Sicilia decederent: succumbente patria, ipse periturum se potius dixerit, quam cum tanto flagitio domum rediret:<sup>25</sup> non enim suæ esse<sup>26</sup> virtutis, arma a patria accepta adversus hostes,<sup>27</sup> adversariis tradere.

2. Hujus pertinaciæ<sup>1</sup> cessit Catulus. At ille, ut Carthaginem venit,<sup>i</sup> multo aliter, ac sperabat,<sup>2</sup> rempublicam

<sup>a</sup> *In qua tantam exhibuit firmitatem.*

Boecl. [Ed. Bos. Heus. et seqq. in textu.] Sed *donec* aut Ms. Bav. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. A Ms. Leid. 2. aberat. —21 [Sic Ed. Long. Bos. Stav. et seqq.] Sed *ut certe vicissent* Ms. Voss. 1. aut *certe vicisset* Ms. Ax. aut *ut certe vicissent* Ms. Bav. Mendos. aut *virtute vicissent* Ed. Lamb. aut *vi certe vic.* Ed. Gebh. Keuch. Patav. [Hic locus valde exercuit ingenium criticorum, et alii aliter tentarunt eum, aut interpretati sunt: v. Heus. et Harles. Tzschuckio in *certe* vitii labes hæsisse videtur, quæ verum subjectum oppresserit. Brem. suspicatur *donecum* aut *vitæ certamine vicissent.* Non male. Kappio tamen et Pauflero, forsitan rectius, locus sanus esse videtur, et *certe vincere esse, veram et sine exceptione victoriam reportare.*]—22 *Manum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [2. Wetz.] Sed *manus* Ms. Gif. Mendos. Ax. Sav. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Harl. Ith. Brem. Tzschuck. 1. 2. Heinr. Schmied. Paufl. quos sum secutus, tam ob codd. consensum, quam quia *manus* in hac locutione, a gladiatoribus sumta, est frequentius.] Paulo post *cum Catul.* omisso *ut* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Ed. Heus. [Schmied. Heinr.]—23 *Se* omissum est in Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—24 *Tenuerant* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Wetz. *tenerent*, uti Schmied. jam in suo, Lexicon über den Corn. Nep. p. 59. suaserat, invito Tzschuck. ad ed. 2. Heusing. (quem secuti sunt Schmied. et Heinr.) ducibus Mss. Boecl. Ax. Voss. 2. 3. edidit, *ferocia, quum Catulus neg....Sicilia decederent; ut succumbente patria:* non bene, ait Wetzcl.] et *succumb.* Ms. Leid. 2.—25 *Rediret* [subint. *ut*, et nihil mutandum est: v. etiam Tzsch. ad ed. 2. pro *rediturum esse* interpretatur Heusing. et *redire* aut *esse rediturum* rectius scriptum fuisse, putat Schmied.] sed *redierit* Ms. Voss. 1. *redierat* Ms. Leid. 2.—26 *Esset* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—27 *Hostis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. *hosteis* Ed. Ald.

1 *Pertinacia* Ms. Ax. [Verba tamen: *Hujus pertin. cess. Catulus* rectius superiori capiti adjecerunt Heus. Stav. in ed. 3. et alii.]—2 *Ac sperabat* absunt

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Donicum*] *Donicum*, pro *donec*, apud veteres.

<sup>h</sup> *Ut, cum Catulus*] Scilicet, Q. Lutatius Catulus, consul Romanus.

<sup>i</sup> *Ut Carthaginem venit*] Urbem olim totius Africæ terra marique florentissimam, Romæ æmulam, a Phœnicibus in Libyæ littore conditam ad

se habentem<sup>3</sup> cognovit. Namque diurnitate<sup>4</sup> externi mali tantum exarsit<sup>5</sup> intestinum bellum,<sup>6</sup> ut nunquam pari periculo<sup>6</sup> fuerit Carthago, nisi cum deleta<sup>7</sup> est.<sup>k</sup> Primo mercenarii milites,<sup>1</sup> qui adversus Romanos fuerant,<sup>8</sup> desciverunt: quorum numerus erat viginti millium. Hi totam abalienarunt Africam,<sup>m</sup> ipsam Carthaginem oppugnarunt. Quibus malis adeo sunt Pœni perterriti,<sup>9</sup> ut etiam auxilia<sup>10</sup> a Romanis petiverint, eaque impetrarint.<sup>11</sup> Sed extremo, cum prope jam ad desperationem pervenissent,<sup>12</sup> Hamilcarem imperatorem fecerunt.<sup>n</sup> Is non solum hostes<sup>13</sup> a muris Carthaginis removit, cum amplius centum millia<sup>14</sup> facta essent armorum; sed etiam eo compulit, ut locorum angustiis clausi, plures fame, quam ferro, interirent. Omnia oppida abalie-

//////////

ab Ed. Par. Ald. [*sperarat* Ed. Schmied. ex conjectura.]—3 *Hentem* Ed. Jens. —4 *Diurnitatem* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Statim *extremi* Ed. Ald.—5 *Exarsit* Ed. Jens. Med. [*exarserat* malint Schmied. et Tzschuck. ad ed. 2.]—6 *In pari per.* Ms. Ernst. *pari in per.* Ed. Lamb. [Brem. Tzschuck. 1. sed in ed. 2. et edita est, et in not. vindicata lectio vulg. *pari periculo:*] *tali per.* Ms. Leid. 2.—7 Sic etiam Ms. Ax. [recte: v. Flor. II. 15. 4. et Stav. in ed. maj.] *Sed deserta* Ms. Leid. 2. Voss. 2. 3. Ed. Jens. Med. Ald. Similis confusio erat supra, xx. 3.—8 Sic etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3.—9 *Perterriti* Ed. Jens. Med.—10 Sic Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. *Sed auxilia etiam* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Mag. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Statim *ab Romanis* Ms. Voss. 1. 3.—11 *Ea impetr.* Ms. Voss. 3. Absunt ab Ed. Ultraj. *eaque impetraverint* Ed. Steph. Mag. Gebh. Keuch.—12 *Pervenisset* Ms. Ax.—13 *Hostis* Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par.—14 *Centum millibus*

#### NOTÆ

mare internum; quæque tertio Punico bello a Scipione Æmiliano penitus diruta est.

<sup>j</sup> *Tantum exarsit intestinum bellum*] Hujus belli causa narratur a Polybio, qui etiam ejus auctores recenset.

<sup>k</sup> *Nisi cum deleta est*] Deleta autem fuit, ut mox diximus, a Scipione anno 567. postquam condita fuerat, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummiō Coss. Velleius Patere. lib. 1. 12. Ad quam opinionem quodammodo accedit Cic. 1. de Rep. his verbis: 'Nec tantum Carthago habuisset opum sexcentos fere annos, sine consiliis et disciplina:' cui etiam opinioni Orosius non multum dissentit lib. 1v. 6. Alii

plus, alii minus, adeo ut parum inter se consentiant Auctores hac in re. Ceterum nrbs incendio diruta fuit, et per continuos decem et septem dies vix potuit incendium extinguī. Flor. lib. II. 15.

<sup>1</sup> *Primo mercenarii milites*] Quos ex variis gentibus fuisse memorant, nimirum Gallos, Hispanos, Ligures, Nomades, Afros, aliosque.

<sup>m</sup> *Hi totam abalienarunt Africam*] Supple, a Carthaginiensibus.

<sup>n</sup> *Hamilcarem imperatorem fecerunt*] Cum antea Hannonem, et Gisconem Hasdrubalis patrem, ab initio huic bello præfecissent, eosque tanto malo impares esse cognovissent. Lamb.

nata,<sup>15</sup> in his Uticam atque Hipponem,<sup>o</sup> valentissima totius Africæ, restituit patriæ. Neque eo fuit contentus, sed etiam fines<sup>16</sup> imperii propagavit,<sup>17</sup> tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuisse.

3. Rebus his<sup>1</sup> ex sententia<sup>2</sup> peractis, fidenti animo atque infesto Romanis, quo facilius causam bellandi<sup>3</sup> reperiret, effecit, ut imperator cum exercitu in Hispaniam<sup>4</sup> mitteretur, eoque secum duxit filium Hannibalem, annorum novem. Erat præterea cum eo adolescens illustris, formosus,<sup>5</sup> Hasdrubal; quem nonnulli<sup>6</sup> diligi turpius,<sup>p</sup> quam par erat, ab Hamilcare, loquebantur.<sup>7</sup> Non enim maledici tanto viro deesse poterant. Quo factum est, ut a præfecto morum Hasdrubal<sup>q</sup> cum eo vetaretur esse. Huic ille filiam suam

Ms. Voss. 2. Ax.—15 Sic Ms. Sav. Gif. Put. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. [Ed. Long. Bos. et seqq.] Sed *alienata* Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Ald. Lamb. Bos. 1. Statim in *iis* Ms. Voss. 1.—16 *Finis* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par.—17 Sic etiam Ms. Ax. *progravit* Ed. Jens. Med. Par.

1 *Rebus iis* Ms. Voss. 1.—2 *Snia* Ed. Par. Mox *áo* in Ed. Jens. Par.—3 *Belli* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. [vid. supra, in cap. 1.] *causa belli reperiretur* Ed. Long. Steph. Mag. Gebli. Keuch. et *causa* Ed. Jens. Med. Arg. Similis error supra XIX. 4.—4 Sic Ms. Sav. Gif. Put. Boecl. Voss. 2. 3. Leid. 2. Sed *Hispaniam*, ommissa præpositione, Ms. Voss. 1. Ed. Lamb.—5 Ita etiam Ms. Ax. Sed *et formosus* Ed. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebli. Keuch. Patav. [Wetz.]—6 *Nonnulla* Ms. Voss. 3. Mox *Amilcare* Ed. Jens. Med. ubique.—7

#### NOTE

<sup>o</sup> *In his Uticam atque Hipponem*] Utica, urbs totius Africæ, si Carthaginem excipias, clarissima; quæ sexaginta stadiis ab ipsa Carthagine distabat occasum versus, inquit Appianus, ad Bagradam amnem; ea quemadmodum et Carthago a Tyriis condita fuit, sed longe ante, quod videtur testari Silius Italicus lib. III. 'Proxima Sidoniis Utica est effusa manipulis, Prisca situ, veteresque ante arces condita Byrsæ.' Quod ad Hipponem vero, quam et Diodorus lib. XX. vocat Hippuacram, urbs est ad Hippî promontorium sita, a quo nomen habere videtur, cui stagnum ad-

iacet Hipponense; unde a Græcis *Διάφρατος* dicta est propter aquarum irrigua. Vide quid Plinius de ea scribat Epist. lib. IX.

<sup>p</sup> *Quem nonnulli diligi turpius*] Vide quid super ea re referat Livius Annal. XXI.

<sup>q</sup> *Ut a præfecto morum Hasdrubal*] Quales apud Rom. Censores erant, penes quos erat jus animadvertendi in mores civium; tales fere erant Præfecti sen Magistri morum apud Carthaginenses; ad quos pariter pertinebat morum censura et animadversio, et præterea facultatum cujusque æstimatio.



in matrimonium dedit, quod moribus eorum non poterat interdici<sup>8</sup> socero gener.<sup>b</sup> De hoc ideo mentionem fecimus,<sup>9</sup> quod, Hamilcare occiso,<sup>5</sup> ille exercitui præfuit, resque magnas gessit;<sup>4</sup> et princeps largitione<sup>10</sup> vetustos pervertit mores Carthaginiensium;<sup>11</sup> ejusdemque post mortem<sup>v</sup> Hannibal<sup>11</sup> ab exercitu accepit imperium.

4. At Hamilcar,<sup>1</sup> posteaquam mare transiit,<sup>w</sup> in Hispaniamque venit, magnas res secunda gessit fortuna: maximas bellicosissimasque gentes subegit: equis, armis, viris, pecunia, totam locupletavit Africam. Hic cum in Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno post quam in Hispa-

<sup>b</sup> *A soceri contubernio gener prohiberi non poterat.*

*Loquebatur* Ms. Voss. 3.—8 *Interdici non poterat* Ed. Steph. Mag. Gebh. Kench. *Statim socer a genero* Ms. Voss. 2. Ax. *socer genero* Ms. Leid. 1. [probatque Tzschuck. ad ed. 2.]—9 *Facimus* Ms. Voss. 1.—10 *Princeps largitiones* Ms. Voss. 2. Ms. Boecl. *principes largitiones*: et mox Schotti cod. [Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3.] *prævertit*.—11 *Mortem: nam Hannibal* Ed. Jens. Med. Arg. Long.

<sup>1</sup> *Hamilcare* Ms. Leid. 2. *Statim postquam* Ms. Ax. *postea quam* Ed. Jens.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Quod moribus eorum non poterat interdici socero gener*] Apud Romanos tamen summum inter utrumque erat verecundiæ argumentum, quod, ut ait Cic. Offic. lib. i. ‘Non lavantur cum soceris generi.’

<sup>s</sup> *Quod, Hamilcare occiso*] In prælio, scilicet, contra Vettones citerioris Hispaniæ populos, ut postea dicitur, intra Anam et Tagum fluvios, Plin. lib. iv. 20. Reliquitque quatuor filios, quos se in Romanorum perniciem alere dicebat, veluti quatuor catulos leoninos; quorum tamen nullus in locum patris missus est statim ab ejus morte, propter immaturam ætatem. Valer. Max. lib. ix. 3.

<sup>t</sup> *Resque magnas gessit*] De quibus Polybius lib. ii.

<sup>u</sup> *Et princeps largitione vetustos pervertit mores Carthaginiensium*] Is nam-

que, ut Barcinæ factioni, cujus fautor erat, faventem populum redderet, immodicis largitionibus utebatur: et, ut ait Livius Annal. xxi. ‘Plura consilio quam vi gerens, auspiciis regulorum magis, conciliandisque per amicitiam principum novis gentibus, quam bello aut armis, rem auxit.’

<sup>v</sup> *Ejusdemque post mortem*] De cujus mortis genere non consentiunt historici. Livius Annal. xxi. et Appianus, ipsum in venatione interfectum scribunt; Justinus et Valer. Max. a servo sui domini mortis ulciscendæ causa occisum esse aiunt: Polybius vero de nocte in diversorio suo a quodam Gallo privatarum injuriarum causa interentum refert.

<sup>w</sup> *Posteaquam mare transiit*] Scilicet, fretum Gaditanum, et Herculis columnas.

niam venerat, in prælio pugnans adversus Vettones<sup>2</sup> <sup>x</sup> occisus est. Hujus perpetuum odium erga Romanos maxime concitasse videtur secundum bellum Pœnicum.<sup>3</sup> Namque Hannibal, filius ejus, assiduis patris obtestationibus<sup>y</sup> eo est perductus, ut interire, quam Romanos non<sup>4</sup> experiri, mallet.



Med.—2 *Veteones* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. *Vetrones* Ms. Leid. 2. *Vectones* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph.—3 Sic Ms. Dan. Gif. Sed *Punicum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Steph. Mag. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. ubique, [Schmied.]—4 *Quam non Rom.* Ed. Par. Ald. Long. Lamb.

## NOTE

<sup>x</sup> *Adversus Vettones*] De quibus mox diximus; quorum metropolim, Emeritam Vettonum dictam, flumen Anas præterfluit. Prudentius Hymno de St. Eulalia.

<sup>y</sup> *Namque Hannibal, filius ejus, assiduis patris obtestationibus*] Vide Valer. lib. ix. 3. ubi ait quod cum Hamilcar

trajecturus esset exercitum in Hispaniam, et ob id sacrificaret, Hannibalem filium ejus, novem annos natum, altaria tenentem, jurejurando promississe, se, cum primum per ætatem posset, acerrimum hostem pop. Rom. futurum.

## XXIII.

# HANNIBAL.

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Omnibus ducibus major, invidia debilitatur. 2. Capitalis Romanorum hostis. 3. Imperator Hispaniam subigit. Saguntum expugnat. Per Alpes in Italiam transit. 4. Sæpius feliciter pugnat in Italia. 5. Reliquæ res ab eo in Italia gestæ. 6. Revocatus patriam defensum, a Scipione vincitur. 7. Domo ad Antiochum profugit. 8. Suos cives frustra ad bellum inducere tentat. Rhodiorum victor. 9. Cretensium avaritiam deludit. 10. Regem Ponti armat adversus Romanos. 11. Dolo pugnat adversus Eumenem. 12. Ne tradatur Romanis, veneno hausto mori mavult. 13. Ejus literarum amor.

HANNIBAL,<sup>2</sup> Hamilcaris filius, Carthaginiensis.<sup>3</sup> Si verum est,<sup>4</sup> quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superarit, non est inficiandum, Hannibalem [tanto]<sup>5</sup> præstitisse ceteros imperatores prudentia,<sup>a</sup> quanto populus Romanus antecedit<sup>6</sup> fortitudine cunctas

~~~~~  
 1 *Hannibalis vita* Ed. Jens. Med. Arg. *Annibalis vita* Ed. Par. Ald.—2 *Annibal* Ed. Par. Ald. ubique. Statim *Amilcar*. Ed. Jens. Med. ubique: [v. VV. LL. ad Hamilc. 1.]—3 *Carthagin*. aberat a Ms. Leid. 2.—4 *Si verum et quod nemo* Ms. Boecl. *si verum, quod nemo* Ms. Voss. 2.—5 *Tanto* aberat a Ms. Boccl. Voss. 2. Ed. Par. Ald. Sed erat in Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Unci [adduntur in Ed. Bos. 2. Stav. Sed] absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Hens. Patav. [et rell. recentt.]—6 Sic etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Sed *antecedebat* Ed. Long. Steph. Gebh.

### NOTÆ

\* *Hannibalem [tanto] præstitisse ceteros imperatores prudentia* Prudentissimum quidem et sagacissimum fuisse ex ejus bellicis facinoribus nemo non intelligit; quanquam tamen a Scipione in ipsius Carthaginis conspectu superatus est. Vide apud Lucianum in *Dialogis mortuorum*

Delph. et Var. Clas. Nep. U

nationes. Nam quotiescumque<sup>7</sup> cum eo congressus<sup>8</sup> est in Italia, semper discessit superior. Quod nisi domi civium suorum invidia debilitatus esset,<sup>b</sup> Romanos videretur<sup>9</sup> superare potuisse. Sed multorum obtrectatio devicit unius virtutem.<sup>10</sup> Hic autem velut hæreditate relictum odium paternum erga Romanos sic confirmavit,<sup>11</sup> ut prius animam, quam id, deposuerit: qui quidem, cum patria<sup>12</sup> pulsus esset, et alienarum opum indigeret, nunquam destiterit animo bellare cum Romanis.

2. Nam ut omittam<sup>c</sup> Philippum,<sup>c</sup> quem absens hostem reddidit Romanis;<sup>2</sup> omnium his temporibus potentissimus rex Antiochus<sup>d</sup> fuit. Hunc tanta cupiditate incendit bel-



Keuch. [Tzschuck, 1. (sed correctum in ed. 2. ubi v. not.) Brem.]—7 *Quotiescumque* Ms. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Long.—8 *Aggressus* Ms. Voss. 3. In Voss. 1. 2. et Ax. aberat τὸ est.—9 Sic Ms. Ax. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. [Ed. Bos. 2. Heus. et plures recentt. atque id aptius est præcedentibus, et magis convenit Romanorum superbæ: v. Brem. ac Tzschuck.] Sed *videtur* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Wetz. qui in nota negat, τὸ *videretur*, utpote incertum, convenire orationi Nostri, qui virum suum omnium fortissimum certissimumque Romanorum victorem pronuntiare non dubitet. At tamen, re incerta, Hannibalem certissimum victorem pronuntiare non potuit Cornelius. Atqui victus erat Hannibal ad Nolam a Marcello, teste Livio xxiii. 16. sq. Add. Cicer. Brut. iii. 8.]—10 *Unius dev. virt.* Ms. Ax. Statim *hinc autem* Ms. Leid. 2.—11 *Conservavit* Ms. Ax. Voss. 1. 2. 3. [Ed. Mag. Heus. Sed *confirmavit* recte tenetur Tzschuck, ad ed. 2. et Schmied. qui præterea in Lexico, &c. p. 62. monet, rectius positum fuisse *ut deponeret*, antecedente τὴν *confirmavit*: at *deposuerit* ex analogia usuque linguæ Græcæ vindicandum videtur.]—12 *Cum primo patria* Ms. Voss. 2.

1 *Obmittit* Ms. Voss. 3.—2 *Absens*, et dein *Romanis* aberant a Ms. Ax.

#### NOTÆ

ludicram illam contentionem de præstantia Scipionis, Hannibalis, et Alexandri Magni.

<sup>b</sup> *Civium suorum invidia debilitatus esset*] Hujus in Hannibalem invidiæ causas recenset Livius lib. xxx. Quæ quidem nullæ sunt aliæ præter optimam Reip. administrationem, et remotos Magistratum abusus, quibus emendandis fortiter incumberat.

<sup>c</sup> *Ut omittam Philippum*] Hic Demetrii filius fuit, et pater Persei Regis Macedonum; quem devictum acie et captum Paulus Æmilius in

triumphum Romam duxit. Velleius Paterc. lib. i. 9. Vide et Just. lib. xxix.

<sup>d</sup> *Omnium potentissimus his temporibus rex Antiochus*] Ille enim septem et triginta annos Asiam, Syriam, Mediam, et Persiam tenuit; præter Hircaniam, Bactrianam, et omnes, si Parthiam exceperis, regiones superioris Asiæ. Quod ex Just. lib. xl. et Polybio passim cognoscitur. Porro Antiochus ille Magni cognomen accepit propter victoriarum amplitudinem; huncque ad inferendum Rom.

landi, ut usque a rubro mari<sup>e</sup> arma conatus sit inferre Italiae. Ad quem cum legati venissent Romani,<sup>f</sup> qui de<sup>3</sup> ejus voluntate explorarent, darentque operam consiliis clandestinis, ut Hannibalem in suspicionem regi adducerent,<sup>g</sup> tanquam ab ipsis corruptum, alia atque antea sentire; neque<sup>4</sup> id frustra fecissent, idque<sup>5</sup> Hannibal comperisset, seque ab interioribus<sup>6</sup> consiliis segregari vidisset; tempore dato adiit ad regem,<sup>7</sup> eique cum multa de fide sua et odio<sup>8</sup> in Romanos commemorasset, hoc adjunxit: ‘Pater,’ inquit, ‘meus, Hamilcar, puerulo me,<sup>9</sup> utpote non amplius novem annos nato, in Hispaniam imperator proficiscens Carthagine, Jovi Optimo Maximo<sup>10</sup> hostias immolavit. Quæ divina res<sup>11</sup> dum conficiebatur, quæsitiv a me, vellemne secum in castra proficisci. Id cum libenter accepissem, atque ab eo petere cœpisssem, ne dubitaret ducere; tum ille, Faciam, inquit, si fidem mihi quam postulo dederis. Simul me ad<sup>12</sup> aram adduxit, apud quam sacrificare

Statim omnibus Ms. Voss. 3.—3 *De* aberat a Ms. Boecl. Voss. 2.—4 *Cum neque* Ed. Long.—5 *Nisi id cum Hann.* Ms. Boecl. Ax.—6 *Inferioribus* Ms. Voss. 1.—7 Sic Ms. Boecl. Sav. Gif. Put. Voss. 1. 2. 3. [Ed. Bos. Heus. et seqq.] Sed *adiit regem* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Boecl.—8 *Odium* Ms. Mendos. Voss. 3.—9 *Me abest* ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb.—10 *Optimo et Maximo* Ms. Voss. 2. *Optimo nar.* Ed. Jens. Statim *hostiam* Ms. Leid. 1.—11 *Qui, divina re,* Ms. Leid. 2. *que diurna* Ed. Jens. *quæ diurna* Ed. Med. Statim *dum abest* ab ed. Gebh. et mox *vellemne*, divisim Ed. Jens. Med. Arg. Par.—12 Ita Ms. Boecl. Voss. 2. Leid. 1. Ed.

## NOTE

bellum impulit Hannibal. Idem Just. lib. xxxii.

<sup>e</sup> *A rubro mari*] Cujus sinus Arabicus est portio, qui Ægyptum ab Oriente alluit, et ab Arabia disterminat. Pars est Oceani sinu Persico terminata: ἐρυθρὰν θάλασσαν Græci vocant, ab Erythra Rege, qui ibi regnasse dicitur; cui opinioni subscribit Arriani lib. viii. Ideo autem a Latinis dictum est mare rubrum, quod eum audirent a Græcis Erythraeum vocari, existimaverunt a rubedine aquarum ita dictum.

<sup>f</sup> *Ad quem cum legati venissent Ro-*

*mani*] Justinus pariter lib. xxxi. ad Antiochum legatos a Rom. fuisse missos scribit, eodem consilio, quo Nepos refert; sed eorum nomina non recenset. Quapropter Livium Dec. iv. lib. 5. et Plutarchum in Flaminio consule.

<sup>g</sup> *Ut Hannibalem in suspicionem regi adducerent*] Quod assecuti sunt, teste Livio, lib. xxxv.

<sup>h</sup> *Puerulo me*] Quia vix tunc ad novem ætatis annum pervenerat, ut supra in Hamilcare. Auctor tamen de Viris illustribus undecim annos natum testatur.

instituerat;<sup>13</sup> eamque, ceteris remotis, tenentem<sup>i</sup> jurare jussit, nunquam me in amicitia cum Romanis fore. Id ego jusjurandum patri datum usque ad hanc ætatem<sup>14</sup> ita conservavi,<sup>15</sup> ut nemini dubium esse debeat, quin reliquo tempore eadem mente sim futurus.<sup>16</sup> Quare si quid amice de Romanis cogitabis;<sup>a</sup> non imprudenter feceris, si me celaris.<sup>17</sup> Cum<sup>18</sup> quidem bellum parabis; te ipsum frustra-beris, si non me in eo principem posueris.<sup>7</sup>

3. Hac igitur, [qua diximus,] ætate<sup>1</sup> cum patre<sup>2</sup> in Hispaniam profectus est: cujus post obitum, Hasdrubale imperatore suffecto,<sup>j</sup> equitatu<sup>3</sup> omni<sup>3</sup> præfuit. Hoc quoque interfecto, exercitus summam imperii<sup>k</sup> ad eum detulit. Id Carthaginem delatum, publice comprobatum est.<sup>4</sup> Sic Hannibal minor quinque et viginti annis natus,<sup>5</sup> imperator factus, proximo triennio omnes gentes Hispaniæ bello

<sup>a</sup> *Si alicujus amicitia cum Romanis ineundæ consilium tibi erit.*

Long. [Bos. 2. et seqq.] Sed simul ad Ms. Ax. Leid. 2. simulque ad Ms. Voss. 3. Ed. Par. Ald. Lamb. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—13 *Instituerat* Ms. Voss. 3.—14 *Ita* Ms. Leid. 1. 2. Voss. 2. [Ed. Bos. Stav. Heus. et seqq.] Sed *ad hanc diem* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. quod verum puto.—15 *Servavi* Ed. Boecl. Sed *conservavi* Mss. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. 2. [et seqq.]—16 *Sum fut.* Ms. Voss. 2.—17 *Celaris* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—18 *Quam quid.* Ms. Voss. 3.

<sup>1</sup> Sic Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. 3. [Ed. Heus. Ith. Brem. Heinr. Schmied. Tzschuck. 1. 2.] uncis tamen omissis. [Unci additi sunt in Ed. Bos. Stav. Harl.] Sed *hac ergo, qua diximus, æt.* Ms. Leid. 1. *hac igitur ætate* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav.—<sup>2</sup> *Præ* Ed. Jens. Med.—<sup>3</sup> *Equit. omnium* Ms. Leid. 2. A Ms. Voss. 3. verba *suff. equit. o. præf. hoc quoque aberant, et pro interfecto legebatur interfectus.*—<sup>4</sup> *Id Cartaginem delatum nemine contradicente publice comprob. est* Ms. Ernst. in margine ex alio MSto.—<sup>5</sup> Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. vett. Long. Bos. Stav. Heus. (qui tamen in notis comprobat Bosii conjecturam,

## NOTE

<sup>i</sup> *Eamque, ceteris remotis, tenentem*  
Vide quæ supra sunt in Hamilcare, quæque Valer. Max. lib. ix. 3. super ea re refert. Vide et Livium xxxv. Mos autem erat antiquitus, ut jurantes aram tenerent. Cic. pro Flacco: Ergo is, cui, si aram tenens juraret, crederet nemo, per epistolam, quod

volet, injuratus probabit.<sup>7</sup>

<sup>j</sup> *Hasdrubale imperatore suffecto* Is gener erat Hamilcaris, ut supra.

<sup>k</sup> *Summam imperii* Huic etiam opinioni suffragatur Polybius lib. iii. qui uno ore, et communi omnium militum consensu, electum fuisse Imperatorem Hannibalem scribit.

subegit:<sup>1</sup> Saguntum, fœderatam<sup>6</sup> civitatem,<sup>m</sup> vi<sup>7</sup> expugnavit:<sup>n</sup> tres exercitus maximos comparavit.<sup>o</sup> Ex his unum in Africam misit, alterum cum Hasdrubale<sup>p</sup> fratre in Hispania<sup>8</sup> reliquit, tertium in Italiam secum duxit. Saltum<sup>9</sup> Pyrenæum transiit.<sup>q</sup> Quacumque iter fecit, cum omnibus

annos natus,) Ith. (cui quidem non omnia ad amissim regulamque Grammatices exigenda videntur. Is tamen, minus forte, inquit, offensionis ista structura habitura fuerat, si, mutato verborum positu, ita scripsisset Cornelius: sic natus Hannibal minor 25. annis, &c.) et alii editores. Stav. ad ed. 3. suspicatur, locum ita distinguendum esse: Hannibal minor quinque et vig. annos natus, quasi h. l. distinguatur ab Hannibale, qui senior vocatur ab Orosio iv. 7. 8. ita ut post minor comma ponatur.] Sed natu Ed. Lamb. [Tzschuck. 2. Wetz. quos quidem lubenter secutus essem, nisi Cornelius alibi quoque aberrasset, aut aberrasse aliis videatur, a communi suætaque ratione scribendi.]—6 Sic Ed. Med. Arg. Par. Long. Mag. [Lamb. Heus. et seqq. fœder. Bosii est scriptura: v. Cellar. Orthogr. Latin. p. 237. sq. ed. Harles.]—7 Ut exp. Ms. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ax.—8 In Hispaniam Ms. Voss. 3. Statim relinquit Ed. Arg.—9 Saltum aberat a Ms. Voss. 3. Statim Pyreneum Ed. Jens.

## NOTÆ

<sup>1</sup> Proximo triennio omnes gentes Hispaniæ bello subegit] Id verum est, si gentes nltra Iberum annum intelligas, et Saguntinos etiam excipias, quos postea obsessos ad extremas miseriarum angustias redegit, et urbem eorum ferro flammaque diruit. Vide Liv. lib. xxi.

<sup>m</sup> Saguntum, fœderatam civitatem] Quanta fuerit olim hæc civitas intelligi potest ex his Livii verbis: 'Civitas ea longe opulentissima ultra Iberum fuit, sita passus mille ferme a mari.' Cui sententiæ subscribit Florus: 'Saguntus,' inquit, 'vetus Hispaniæ civitas et opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum.' Hæc ad flumen Duriam sita erat, prope urbem Valentiam, quæ hodie caput est regni hujus nominis in Hispania. Plinius lib. xvi. 40. refert conditam fuisse ducentis annis ante Trojæ excidium, quod maximæ antiquitatis argumentum est. Hæc hodie vulgo Morvedre.

<sup>n</sup> Vi expugnavit] Anno ab Urbe

Cond. 535. bello Punico secundo, post octavum obsidionis mensem, ut refert Polybius. Porro Saguntus, partim Hannibalis, partim civium manibus diruta est; qui cum ad extremam rerum omnium inopiam et famem redacti essent, se suæque omnia in pyram conjecerunt, nec victoris arbitrium expectarunt. Livius lib. xxi.

<sup>o</sup> Tres exercitus maximos comparavit] Vide Polybium, et Livium ibidem.

<sup>p</sup> Alterum cum Hasdrubale] Hannibalis fratre, quem ad tuendam Hispaniam cum Afrorum peditum undecim millibus et amplius, præter ingentem aliarum gentium multitudinem, cum elephantis quatuordecim reliquit. Præterea classis ipsi data est maxima ad oræ maritimæ tutelam. Idem, ibidem.

<sup>q</sup> Saltum Pyrenæum transiit] Id est, Montes Pyrenæos, qui saltibus et sylvis circumducebantur, postquam Celtiberos aliosque earum regionum accolæ dejecit. Vide Appianum et alios.

incolis conflixit: neminem, nisi<sup>10</sup> victum, dimisit. Ad Alpes posteaquam<sup>11</sup> venit,<sup>r</sup> quæ Italiam ab Gallia<sup>12</sup> sejungunt, quas nemo unquam cum exercitu ante eum, præter Herculem Graium,<sup>s</sup> transierat: (quo facto is hodie saltus Graius<sup>13</sup> appellatur:<sup>t</sup>) Alpico, conantes prohibere transitu,<sup>14</sup> concidit,<sup>u</sup> loca patefecit, itinera munivit,<sup>15</sup> effecit [que], ut ea<sup>16</sup> elephantus ornatus<sup>17</sup> ire posset, qua antea unus homo inermis vix poterat reperere. Hac copias traduxit,<sup>v</sup> in Italiamque pervenit.<sup>w</sup>

#### 4. Confluxerat apud Rhodanum cum P. Cornelio Scipi-



Med. Arg.—10 *Nem. non vict.* Ms. Leid. 1.—11 *Postea quam* divisim Ed. Jens. Med. ubique.—12 Sic Ms. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Ax. et Edd. nostri omnes: [*a Gallia* Ed. Ith.]—13 *Graium* Ms. Leid. 2.—14 Sic Ms. Mendos. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. [Ed. Bos. Heus. et seqq.] Sed *transitum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. [et *transitum* hand damnat Heusing. cujus notam consules; *transitum condidit* Ed. Long.]—15 *Muniit* Ed. Long. Mag. Lamb. Patav. [Stav. Heusinger. et seqq.] Statim *effecit sine que* Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. 3. Sed *effecitque* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. [Ith. Heinr. Wetz. Hinc Bos. et alii τὸ que uncis incluserunt.]—16 *Eo* Ed. Arg. Statim *elefantus* Ed. Lamb.—17 Sic Ms. Gif. Dan. Boecl. [Ed. Lamb. Bos. Heus. Stav. et seqq.] Sed *oneratus* Ms. Mendos. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Patav. *honeratus* Ms. Voss. 1. 3. Tum ab *hac cop. trad.* incipit cap. 4. in ed. Patav.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Ad Alpes posteaquam venit*] Quæ, ut refert Plin. Hist. Natur. lib. III. 17. Pœninæ dictæ sunt ab Hannibale Pœno.

<sup>s</sup> *Præter Herculem Graium*] Unde Silius Italicus: 'Primus inexpertas adiit Tiryntius arces.' Et apud Livium Hannibal se Herculis itinerum æmulum esse gloriatur.

<sup>t</sup> *Quo facto is hodie saltus Graius appellatur*] Multa etiamnum supersunt transitus Herculis per Alpes vestigia, nimirum Herculis Monæci Portus, Alpium Graiæ fauces, quæ indicant hac ipsum transivisse; et Herculea via apud Aristotelem, de admirandis, quæ ducit ex Italia per Galliam usque ad Celtiberos.

<sup>u</sup> *Alpico, conantes prohibere transitu,*

*concidit*] Id est, Alpinos, sen Alpium incolas. Viam autem hac aperuit sibi multo labore magnaue industria; nam, ut Livius refert, magnas strues ex arboribus quas cædebant erectas incendebant, et ardentia saxa superfuso aceto mollebant et comminuebant. Vide Livium ad Hannibalis transitum in Italiam.

<sup>v</sup> *Hac copias traduxit*] Vulgaris opinio est, Hannibalem traduxisse suum exercitum per eam Alpium partem, quam vulgo montem Cinisum vocant, perque vallem Segusianam; quod Plutarchus sentire videtur.

<sup>w</sup> *In Italiamque pervenit*] Consumtis in Alpium transitu 15. diebus, teste Polybio, et Livio XXI.



one<sup>x</sup> Cos.<sup>1</sup> eumque pepulerat. Cum hoc eodem Clastidio<sup>2</sup> apud Padum decernit:<sup>3</sup> saucium inde ac<sup>4</sup> fugatum dimittit.<sup>2</sup> Tertio idem Scipio cum collega<sup>5</sup> Tiberio Longo<sup>a</sup> apud Tre-



1 *Consule* Ed. Jens. Med. Ald. *cōsule* Ed. Par.—2 Sic etiam Ms. Leid. 2. Voss. 2. [Ed. Long. Bos. Stav. 1. 2. Harl. Brem. Wetz. Heinr. Pauff.] Sed *Clastidia* Ms. Voss. 1. *Cludistia* Ms. Voss. 3. *de Clastidio* Ed. Lamb. Gebh. Boecl. Kench. Patav. [Tzschuck. 2. *Clastidio* uncis incl. Ed. Stav. 3. Tzschuck. 1. at [de] *Clastidio* Ed. Hens. Schmied. *cum hoc eod. Corn. Scipione* ingeniose conjecit Kapp. atque laudavit quidem Tzschuck. ad ed. 2. nec tamen approbavit, quia, ut quoque Brem. latius explicuit, nomen *Corn. Scipionis*, librariis notum, et antea ac post redditum, vix potuerit adeo deformari, et Cornel. ex fonte nobis ignoto hauserit. Tum verba *hoc eodem* satis declarant Scipionem. Imperiose autem illam suspicionem rejecit et τὸ *Clastidio* delevit Ithe.]—3 *Decrevit* Ms. Voss. 3.—4 *Saucium inde fug.* Ms. Voss. 2. *sauciumque inde ac fug.* Ms. Voss. 1. *sauciumque inde fug.* Ms. Ax.—5 *Collegio* Ms. Voss. 3. *Stattim Tito* Ed. Ald. *T. Ed. Mag.* [Ti. Ed. Lamb.] Sed *Tiberio* Ms. Mag. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. [Bos. et seqq. Vid. interpretes ad Liv. II. 44. p. 436. et lib. XXI. 57. p. 680. ed. Drakenb. de scriptura hujus prænominis.]

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Confixerat apud Rhodanum cum P. Cornelio Scipione*] Hinc opinioni Livius refragatur, asseritque, ‘P. C. Scipionem, triduo fere postquam Hannibal ab ripa Rhodani movit, quadrato agmine ad castra hostium venisse, nullam dimicandi moram facturum: ceterum ubi deserta munimenta videt, ad naves rediisse, tutius faciliusque ita descendentem ab Alpibus Hannibali occurrurum.’ Ita enim Polybius refert; ita Florus, Eutropius, et alii fere omnes Romani scriptores.

<sup>y</sup> *Cum hoc eodem Clastidio apud Padum decernit*] Nihil hic arbitrator deesse; sed sic iste locus mihi videtur explicandus; scilicet, Iterum Hannibal cum Scipione decertat, ut videret utri Clastidium cederet: quia oppidum erat, ut tradit Livius, quo magnam frumenti copiam Romani con-gesserant, atque adeo cum Scipione Hannibal decernit de Clastidio utri esset, quod futurum erat alterutrius partibus grave momentum. Nam revera post illam pugnam ad Padum flumen, ex qua Hannibal victor dis-

cessit, misit statim sui exercitus partem ad oppidum illud occupandum, quia frumenti inopia laborabat; et hoc primum fuit Scipionis cum Hannibale certamen. Livius ibidem.

<sup>z</sup> *Saucium inde ac fugatum dimittit*] Revera Scipio in illo certamine ad Padum, non ad Trebiam, ut vult Plinius, vulnus accepit, Livio et Floro testibus; et in manus hostium prope erat, ut veniret, ‘nisi periculum intercursum primum pubescentis filii propulsatum:’ Livius. Hinc Florus etiam his verbis: ‘Tunc Scipione Duce fusus exercitus; saucium etiam ipse venisset in manus hostium Imperator, nisi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipsa morte rapuisset.’

<sup>a</sup> *Cum collega Tiberio Longo*] Hic Tiberius Sempronius Longus Consul factus est cum Cornelio Scipione; cumque ad Siciliam tuendam profectus esset, hinc revocatus est, ut junctis viribus Hannibali resisterent; hunc tamen Livius non Tiberium, sed Titum vocat.

biam<sup>6b</sup> adversus eum venit. Cum his manum conseruit: utrosque<sup>7</sup> profligavit.<sup>c</sup> Inde per Ligures<sup>d</sup> Appeninum<sup>e</sup> transit, petens Etruriam.<sup>8f</sup> Hoc itinere adeo gravi morbo afficitur oculorum,<sup>g</sup> ut postea nunquam dextero<sup>9</sup> æque bene usus<sup>h</sup> sit.<sup>h</sup> Qua valetudine<sup>10</sup> cum etiam nunc<sup>11</sup> premeretur, lecticaque ferretur; C. Flaminium Cos.<sup>12</sup> apud Trasimenum<sup>13i</sup> cum exercitu insidiis circumventum occidit.<sup>j</sup> Neque

<sup>b</sup> *Ut deinceps dextrum debiliorem semper senserit.*

—————

—6 Sic etiam Ms. Boecl. Leid. 2. Sav. Gif. Put. Ax. Voss. 1. 2. 3. Edd. nostri veteres. Sed ad *Trebiam* Ed. Lamb. Steph. Boecl. [Atque Arntzen. ad S. Aur. Victor. de vir. ill. cap. 62. nr. 2. præferre videtur ad *Trebiam*, et ejusmodi locutionis quam plurima conguessit exempla: vid. Stav. ad ed. 3. qui tamen codd. et Bos. secutus, h. l. nil mutat.]—7 *Utrumque* Ed. Lamb. Sed *utrosque* etiam Ms. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. 3. Mox inde *Ligures* Ed. Par. Ald. et *Apeninum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. [*Apeninum* Ed. Long.] Statim *transiit* etiam Ed. Jens. Med. Arg. Long. Steph. Gebh. Keuch. [Bos. Ith. Wetz. Schmied.] Sed *transit* al. [Lamb. Heus. Stav. Harl. Tzschuck. 1. 2. Brem.]—8 *Hetruriam* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. —9 *Dextero* aberat a Ms. Leid. 2. Sed *dextro* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Patav. [Tzschuck. Wetz. Brem.]—10 *Validud.* Ed. Jens. Med. Par. Ald. ubique.—11 Sic quoque Ms. Ax. [Ed. Bos. Stav. Tzschuck. Harl. Wetz. Heindr. *cum etiam nunc*, conjunctim, h. e. etiamnum, adhuc, Brem. contra Tzschuck. *nunc* interpretatur, eo tempore, quo sequentia contigerunt, et Wetz. explicat, hoc ipso tempore.] Sed *tum etiam nunc* Ms. Boecl. *cum etiam tum* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Boecl. Heus. [Ith.] *quam etiam tunc* Ms. Voss. 3. (in quo fere semper vel *quam* vel *quem* pro *quam* scribi solet:) *cum etiam*, omisso τῶν *nunc*, Ed. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—12 *Consulem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—13 *Transimenum* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. 3. *Thrasimenum* Ed. Ald. *Thrasymenum*

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Apud Trebiam*] Fluvius est prope Placentiam in Gallia Cisalpina.

<sup>c</sup> *Utrosque profligavit*] Utrumque Consulem in hoc prælio affuisse testatur Appianus: quidam negant: Livius tamen Sempronium affuisse testari videtur, eumque priore prælio superatum, Romam venisse, deinde in castra rediisse, et ad Placentiam cum Hannibale confluisse.

<sup>d</sup> *Inde per Ligures*] Hæc duo prælia antequam in Liguriam Hannibal perveniret commissa sunt, ut testatur Livius. Porro Ligures inter Varum et Macram amnes in imis Alpium jugis adhærent. Florus.

<sup>e</sup> *Appeninum*] Montem altissimum;

Italiam mediam secundum longitudinem intersecat; in cujus transitu multum quoque laboravit. Vide Livium locis jam citatis.

<sup>f</sup> *Petens Etruriam*] Italiæ regionem ad primam usque Tiberis ripam protensam, et a Liguribus Macra amne discretam; cujus hodie Metropolis Florentia.

<sup>g</sup> *Gravi morbo afficitur oculorum*] Sic etiam Livius lib. xxii.

<sup>h</sup> *Ut postea nunquam dextero æque bene usus sit*] Factus est enim luscus, unde Poëta Satyricus x. ‘O qualis facies, et quali digna tabella, Cum Getula duce[m] portaret bellua luscum!’

<sup>i</sup> *C. Flaminium Cos. apud Trasime-*

multo post C. Centenium<sup>k</sup> proprætores,<sup>14</sup> cum delecta manu<sup>l</sup> saltus occupantem.<sup>m</sup> Hinc in Apuliam pervenit.<sup>n</sup> Ibi obviam ei venerant duo Consules, C. Terentius<sup>15</sup> et L. Paullus Æmilius. Utriusque exercitus uno prælio fugavit:° Paulum<sup>16</sup> Consulem occidit, et aliquot præterea Consulares: p in



Ed. Mag. Steph. [Conf. Liv. xxii. 7.]—14 Sic Ms. Ernst. [Ed. Bos. Wetz.] Sed *prætores* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Edd. nostri omnes.—15 Ita etiam Ms. Leid. 2. Voss. 3. Sed *Terentius Varro* Ed. Lamb. Kench. Mox *Paullus* aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Statim *Æmylius* Ed. Ald. Long. Mag.—16 Sic quoque Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Sed *L. Paullum* Ed. Lamb. Patav. *Paulum* Ed. Long.

## NOTE

num] Qualis fuerit Consul Flaminius videre est ex his Livii verbis: ' Consul ferox ab consulatu priore, et non modo legum, aut Patrum majestatis, sed ne Deorum quidem satis metuens erat.' Thrasimenus vero lacus est in agro Perusino, nunc vulgo, *Lago di Pergia*: de quo Ovid. lib. vi. Fastorum: 'Sint tibi Flaminius Thrasymenaque littora testes.'

<sup>j</sup> *Cum exercitu insidiis circumventum occidit*] Flaminium cum Romanis circumclusit lacu et montibus Hannibal, hostemque sic circumclusum militi suo ad satietatem præbuit cædendum. Quanta autem fuerit Romanorum clades, disce ex Polybio et Livio. At Polybii verba non testantur Flaminium ab Hannibale, sed a Gallis in eadem pugna interentum, cui quidem prodigiosa signa imminentem illi cladem prædixerant.

<sup>k</sup> *C. Centenium*] Alii *Centronium*; quem a Senatu contra Hannibalem missum scribit Livius. Polybius vero hunc a Cn. Servilio altero Consule, audito Hannibalis in Etruriam transitu, præmissum refert.

<sup>l</sup> *Cum delecta manu*] Nimirum cum sex vel octo equitum millibus, si Appiano credimus in Hannibal. Quatuor vero, si Polybio, et Livio.

<sup>m</sup> *Saltus occupantem*] Hoc est, jugam montium prærupta, et viarum anfractus sylvis obductos, qua transendum erat Hannibali, ubi a fronte et a tergo circumventus periiit.

<sup>n</sup> *Hinc in Apuliam pervenit*] Apulia, Italiæ regio, mari Adriatico contemina, quæ et Iapygia dicta est; in qua Cannæ ignobilis vicus, juxta Aufidum amnem, ingenti Romanorum interneone ab Hannibale nobilitatus.

<sup>o</sup> *Utriusque exercitus uno prælio fugavit*] Quanta fuerit Rom. clades ad Cannas, ex hoc intelligi potest; quod, ut Florus refert, duo illi exercitus cæsi sunt, donec Hannibal diceret militi suo, 'Parce ferro;' quod, altero Consule fugiente, alter occisus est; quod cruentus aliquandiu Aufidus amnis; quod pons Hannibalis jussu ex cadaveribus factus est; quod modii duo annulorum Carthaginem missi sunt; quod 80. Senatores, Consulares atque Prætorii, aut Ædilitii triginta ibi fuerunt trucidati. Qua de re vide amplius Polybium, et Livium, lib. xxii.

<sup>p</sup> *Paulum Consulem occidit, et aliquot præterea Consulares*] Vide annotationem superiorem. Paullus secundum consulatum agebat, quo tempore wor-



his<sup>17</sup> Cn. Servilium Geminum,<sup>18</sup> qui anno superiore<sup>19</sup> fuerat Consul.

5. Hac pugna pugnata, Romam profectus,<sup>19</sup> nullo resistente, in propinquis urbis<sup>2</sup> montibus moratus est.<sup>7</sup> Cum aliquot ibi dies castra habuisset, et reverteretur Capuam; Q.<sup>3</sup> Fabius Maximus<sup>5</sup> dictator<sup>t</sup> Rom. in agro Falerno<sup>u</sup> se ei<sup>4</sup> objecit. Hic<sup>5</sup> clausus locorum angustiis,<sup>v</sup> noctu sine ullo detrimento exercitus se expedit. Fabio, callidissimo

//////////

et al.—17 *In iis* Ms. Voss. 1. *in is* Ms. Leid. 2.—18 Ita etiam Ms. Mendos. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *P. Servilium Geminum* Ms. Leid. 2. Voss. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. (in quo vitiose est *Germinium*.) Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Etiam in Gebh. est *Geminium*.—19 *Superiore anno* Ms. Ax. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2.

<sup>1</sup> *Profectus est* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. Patav. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Ith. Brem. in quibus igitur edd. interpungitur: *profectus est, nullo resistente. In prop. &c.*]—<sup>2</sup> *Urbis* abest ab Ed. Keuch. [sed additum est in ed. Kenchen. Hafniensi. *urbi* malit Kapp. sed *urbis* laud improbant Stav. ad ed. 3. et Heusing.]—<sup>3</sup> *Quintus* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. *Quint.* Ed. Arg. Dein *in agro Salerno* Ed. Par.—<sup>4</sup> *Ei se* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag.—<sup>5</sup> *Hinc* Ed. Lamb.

#### NOTÆ

tuus est. Vide Livium lib. xxii.

<sup>1</sup> *Romam profectus*] Immo relicta Roma Campaniam Tarentumque peragraré maluit. Vide Liv. ibidem; et iterum lib. xxiii. xxvi. xxx. et Florum lib. ii.

<sup>2</sup> *In propinquis urbis montibus moratus est*] Scilicet, ad flumen Anienum, sed longe post Cannensem pugnam, ac dum se Capuam frumentum et subsidium intromittere, obsidionemque solvere posse desperavit: nam ut Florus ibidem ait, ejus amissio tantum Pœno duci dolorem dedit, ut inde totis viribus Romam converteretur; sed moventi castra a tertio lapide Hannibali tanta vis imbrum effusa, tanta ventorum violentia coorta est, ut divinitus summoveri ab Urbis mœnibus et Capitolio videretur.

<sup>3</sup> *Q. Fabius Maximus*] Qui novam de Hannibale victoriam commentus est, non pugnare. Hinc cognomen illi novum et reip. salutare, Cuncta-

tor. Hinc imperii scutum dictus est; isque primus fuit qui ex ea familia Maximus est appellatus.

<sup>t</sup> *Dictator*] Jus Dictatoris supremum fuit, creabaturque Dictator in summo Reip. periculo; summus erat Magistratus, sine provocatione, et tantum semestris. Porro Fabius Maximus factus fuerat Dictator statim a pugna ad Thrasimenum. Vide Polyb. lib. iii.

<sup>u</sup> *In agro Falerno*] Campaniæ pars est, ubi vites generosissimæ, unde vinum Falernum. Consentit autem Auctor de Viris illustribus in vita Fabii cum Nepote, his verbis: ‘Hannibalem in agro Falerno inclusit.’ Et Florus lib. ii. ‘Itaque per Sannium totum, per Falernos, Gauranosque saltus sic maceravit Hannibalem, ut qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur.’

<sup>v</sup> *Hic clausus locorum angustiis*] Vide ea de re Appianum in Hannibale.

imperatori,<sup>w</sup> verba dedit.<sup>6</sup> Namque, obducta nocte,<sup>7</sup> sarmenta in cornibus<sup>x</sup> juvencorum deligata incendit, ejusque generis multitudinem magnam dispalatam immisit.<sup>8</sup> Quo repentino objectu viso, tantum terrorem<sup>9</sup> iniecit exercitui Romano- rum, ut egredi extra vallum nemo sit ausus. Hanc post rem gestam non ita multis diebus, M. Minucium<sup>10</sup> Rufum magistrum equitum, pari ac dictatorem imperio,<sup>y</sup> dolo pro- ductum<sup>11</sup> in prælium, fugavit. Ti.<sup>12</sup> Sempronium Grac- chum, iterum Consulem,<sup>z</sup> in Lucanis absens in insidias in- ductum sustulit.<sup>c</sup> <sup>13</sup>a M. Claudium Marcellum, quinques<sup>14</sup>

<sup>c</sup> *Insidiis circumventum interemit.*

Keuch. Patav. et *clausis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Stav. 1. 2. [Harl.]—6 *Dedit verba* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Kench. Patav.—7 Sic Ms. Ax. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Mag. Lamb. Sav. [Bos. Stav. Heus. et seqq.] Sed *adducta nocte* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Ultraj. Mox *juvencorum* etiam Ms. Ax. Voss. 1. 3. Sed *jumentorum* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Kench. Patav. Statim *diligata* Ed. Med. Arg. Long.—8 [*Emisit pro immisit* coniecit Heusing. Sed haud necessarium est, atque contra codd.]—9 *Terorem* Ed. Jens. Med.—10 *Inimicum* Ms. Voss. 1. *Numitium*, omisso præ- nomine, Ms. Ax. *Minutium* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Patav. Statim *Ruffum* Ed. Med. Arg. Long.—11 Sic Ms. Mendos. Ax. Boecl. Voss. 2. [Ed. Bos. 2. Stav. (qui de potestate *τὸν producere* et confusione *τᾶν per* et *pro* in codd. multus est,) et seqq.] Sed *perductum* Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Patav. *pluctum* Ed. Arg. Par. Ald.—12 *F. Sempr.* Ms. Leid. 2. *Senpr.* Ms. Voss. 3. *T. Sempr.* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. Statim *Grachum* Ed. Arg. *Græcum* Ed. Par. Ald.—13 *Substulit* Ed. Med.—14 Sic etiam Ms. Leid. 2.

## NOTÆ

<sup>w</sup> *Fabio, callidissimo imperatori*] Id ex ejus præclaris facinoribus et bel- licis artibus facile cognoscitur, atque ex præclaris titulis et nominibus, qui- bus in suis triumphis donatus est.

<sup>x</sup> *Sarmenta in cornibus*] Vide Fron- tinum in Strategem. Appianum ibi- dem, et alios.

<sup>y</sup> *Pari ac dictatorem imperio*] Quod nunquam fuerat ante pugnam cum Hannibale; idque prima vice accidit, cum, suffragante Metello, M. Minu- cius, consilio Varronis, a Senatu ob- tinuit, ut jus Dictatoris et Magistri

equitum æquaretur. Polybius et Ap- pianus ibidem.

<sup>z</sup> *Ti. Sempronium Gracchum, iterum Consulem*] Hunc bis Consulem fuisse testatur Plutarchus in Gracchorum vita, habuitque collegam in secundo Consulatu M. Juventium Helvam, anno Urbis Conditaë 591.

<sup>a</sup> *In Lucanis absens in insidias induc- tum sustulit*] Quidam in agro Bene- ventano interemtum volunt ab hosti- bus inter salicta latentibus. Sed Flo- rus lib. II. 6. cum Nepote consentit, ut patet ex his verbis: 'Ausus et

Consulem,<sup>b</sup> apud Venusiam pari modo interfecit.<sup>c</sup> Longum est enumerare praelia. Quare hoc unum satis erit dictum, ex quo intelligi possit,<sup>15</sup> quantus ille fuerit. Quamdiu in Italia fuit,<sup>d</sup> nemo ei in acie restitit, nemo adversus eum post Cannensem pugnam in campo castra<sup>16</sup> posuit.

6. Hic invictus patriam defensum revocatus,<sup>e</sup> bellum gessit adversus P. Scipionem, filium<sup>f</sup> ejus,<sup>1</sup> quem ipse primum apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugaverat.<sup>2</sup> Cum hoc, exhaustis jam patriæ facultatibus, cupivit in præsentiarum<sup>3</sup> bellum componere, quo



Voss. 1. 2. 3.—15 *Posset* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Deinde *Canësem* Ed. Jens. *Canensem* Ed. Med. Arg.—16 *Castro* Ms. Voss. 3.

<sup>1</sup> *P. Scipionem* Ms. Voss. 3. Mendos. Ax. Boecl. Ed. Med. Par. [*P. Scipionem filium* Ed. Long. Mag. *P. Scipionis filium* Ed. Lamb. Bos. Stav. Wetz. Stav. tamen ad ed. 3. legendum esse putat, *P. Scipionem, P. Scipionis filium*, et Heusingeri lectionem, quam nos quoque adoptavimus, rejicit: at frustra. Nam] *P. Scipionem filium ejus* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Heus. [Harl. Ith. Brem. Schmied. Heinr. Paufl. in textu: Paufler. tamen in notis opinatur, a Nepote tantum scriptum fuisse, *bellum gessit adversus Publum Scipionem. Cum hoc, &c. reliqua autem a quodam inserta sive interprete sive alio, hinc enatam esse insignem illam lectionis varietatem.*]—<sup>2</sup> *Quem ipse apud primo Trebiam fugaverat* Ms. Boecl. A Ms. Voss. 2. aberant verba, *quem ipse primum. Pro fugaverat* erat in Ms. Voss. 1. 3. *fugavit*: in Voss. 2. *fugati*. Ms. Ax. *quem ipse primo apud Trebiam fugarat.*—<sup>3</sup> Sic etiam Ms. Ax. Sed in *præsensiarum* Ms. Voss. 2. *præsentiæ* Ed. Jens. Med. *impræsentiæ* Ed. Arg. Par. Ald. V.

#### NOTE

Sempronio Graccho Duce per Lucaniam sequi, et premere terga cedentis.' Sic etiam Liv. Decad. v. 3. Lucani autem populi sunt Italiæ a Samnitibus oriundi, secundum mare extensi, a Picentinis fluvio Silaro, a Brutiis Lacu sejuncti. Plin. lib. 111. 5.

<sup>b</sup> *M. Claudium Marcellum quinquies Consulem*] Alii legunt, *Quintum Consulem*. Consul autem tunc fuit cum T. Quintio Crispino, ut ex fastis constat.

<sup>c</sup> *Apud Venusiam pari modo interfecit*] Venusia colonia Romana inter Apuliam et Lucaniam: quantum vero ad modum quo interfectus est, vide Liv. Annal. lib. xxvii. et Appianum in Hannibah.

<sup>d</sup> *Quamdiu in Italia fuit*] Sexdecim annos, Livius Annal. lib. xxx. et Just. lib. ultimo, et alii.

<sup>e</sup> *Hic invictus patriam defensum revocatus*] Quanam ratione invictus dicatur, vix intelligi potest, qui a Fabio Maximo fractus, a Valerio Flacco repulsus, a Graccho et Marcello fugatus, mox in Africam revocatus, et a Scipione superatus. Auctor de Viris illustribus in Hannibale.

<sup>f</sup> *Adversus P. Scipionem, filium*] Qui patrem in pugna, quæ ad Padum commissa est, objectu corporis, morti subduxerat, aut vinculis; cuique, ut inquit Florus, tam grande de Africa nomen fata decreverant; nam ille victo Hannibale subactaque Africa

valentior postea<sup>4</sup> congregaretur. In colloquium convenit, conditiones<sup>5</sup> non convenerunt. Post<sup>6</sup> id factum paucis diebus apud Zamam<sup>6</sup> cum eodem confligit: pulsus, (incredibile<sup>7</sup> dictu,) biduo et duabus noctibus Hadrumetum<sup>8</sup> pervenit,<sup>h</sup> quod abest a Zama<sup>9</sup> circiter millia passuum trecenta. In hac fuga Numidæ, qui simul cum eo ex acie<sup>10</sup> excesserant, insidiati sunt ei: quos non solum effugit, sed etiam ipsos oppressit. Hadrumeti reliquos ex fuga<sup>11</sup> collegit: novis delectibus<sup>12</sup> paucis diebus multos contraxit.

7. Cum in apparando acerrime esset occupatus, Carthaginienses bellum cum Romanis composuerunt.<sup>i</sup> Ille nihilo secius exercitui postea præfuit, resque in Africa gessit,<sup>i</sup> itemque Mago frater ejus, usque ad P. Sulpicium<sup>2j</sup> et

Grævius ad auct. ad Heren. II. 11. p. 75. [et Cellar. ac Stav. in ed. 3. ad nostr. loc. in *præsentia* [rerum] Ed. Wetz. Kapp. explicat in *præsentia tum pro nunc quidem*: sed adjectum *tum* languere judicat Tzschuck. atque voc. contractum coaluisse putat ex *præsentia rerum*; et jam Vossius voc. id esse contractum et corruptum suspicabatur ex *in, præsentia, rerum.*]—4 *Postea* aberat a Ms. Voss. 3.—5 *Conditiones* Ms. Voss. 2.—6 *Quod id factum* Ms. Voss. 3.—7 Absunt unci ab Ed. Jens. Med. Arg. [Tzschuck. Harl. Brem. parum refert.] In Med. est *ductu*. Statim *bibuo* Ed. Jens.—8 *Hasdruntum* Ms. Boecl. *Hasdrumentum* Ms. Ax. *Adrumetum* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. ubique. *Hadrumetum* Ms. Voss. 1. 3. *Hasdrumentum* Ms. Voss. 2. *Hadrumetum* Ed. Hens. ubique. [Harl. Tzschuck. 1. 2. Brem. quam scripturam equidem prætulit. V. Harl. ad Cellar. orthogr. Lat. p. 108. et 161. *Adrumetum* Ed. Lamb. Bos. et al.]—9 *Qui pro quod* Ed. Med. Arg. Par. tum ab *Zama* Ms. Voss. 2. et *millia passus* Ed. Mag.—10 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Sed *acie*, omnia præpositione, Ed. Long. Steph. Gebh. Kench.—11 *E fuga* Ms. Voss. 2. Ax. *fuga* Ms. Leid. 2.—12 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. [ipse Lamb. in textu, et omnes mei editi: conf. Cellarii Orthogr. Lat. ed. Harl. p. 219. sq.]

1 Absunt unci ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. Patav. [Tzschuck. 2. Brem. Wetz. (qui contra Bos. pluribus docent, illa verba non esse ejicienda, nec in Nepote, alium secuto auctorem, omnia debere curiosius exigi, et vero ex cap. 8. et 9. intelligi, Nepotem in hac narrationis parte sibi constare,) et Schmied. Quare uncus, quibus Bos. in Ed. 2. Stav. Hens. Harl. (ubi v. not.) alique verba illa incluserunt, ego removi. Pauller. vero illa, *itemque...ejus*, e contextu exulare jussit.]—2 *Usque P. Sulpic.* Ms. Voss. 3. Statum *Caium Aurelium*, omnia

## NOTE

Africanus dictus est: quamvis nomen illud commune fuerit duobus Scipionibus.

<sup>6</sup> *Apud Zamam*] Urbem Africae, apud quam Hannibal a Scipione victus fuit; de qua Silius Italicus, l. III.

<sup>h</sup> Et Zama, et uberior Rutulorum sanguine Tapsus.

<sup>h</sup> *Hadrumetum pervenit*] Civitatem Libyæ maritimam, non procul a Carthagine.

<sup>i</sup> *Bellum cum Romanis composuerunt*]

C. Aurelium Consules. His enim magistratibus legati Carthaginienses Romam venerunt, qui<sup>3</sup> senatui populoque Romano gratias agerent, quod cum his<sup>4</sup> pacem fecissent, ob eamque rem corona aurea eos donarent, simulque peterent, ut obsides eorum Fregellis<sup>5</sup> essent,<sup>k</sup> captivique redderentur. His ex Senatus consulto responsum<sup>6</sup> est: munus eorum gratum acceptumque esse: obsides, quo loco rogerent, futuros: captivos non remissuros, quod Hannibalem, cujus opera susceptum bellum foret, inimicissimum nomini Romano, et<sup>7</sup> nunc cum imperio apud exercitum haberent,<sup>8</sup> itemque fratrem ejus Magonem. Hoc responso Carthaginienses cognito, Hannibalem domum Magonemque<sup>9</sup> revo-

copula et, Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. Sed et C. Aurel. etiam Ms. Ax.—3 Qui aberat a Ms. Voss. 2.—4 Cum iis Ms. Voss. 1. 2. 3. [cum his, scil. Carthaginensibus. Monente autem Heinrichio, tum rectius præposuisset Nepos: legati Carthaginensium.]—5 Flagellis Ms. Voss. 1.—6 Rñsum Ed. Ald.—7 Etiam nunc Ms. Leid. 2. Ed. Heus. [Ith. Schmied. Heinr. idque melius esse putem.]—8 Hærent Ed. Jens. ubique.—9 Et Magonem Ms. Boecl. Ax. [Uncis incluserunt Magonemque Bos. Ed. 2. Stav. Heus. Harl. Tzschuck. contra Paufler illa vocc. plane delevit.] Sed unci absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. [Ith. Wetz. Heinr. Schmied. Atque ego removi uncus. Secundum enim Livium xxx. 18. eadem æstate, qua hæc (vid. c. 17.) decreta Romæ, et in Africa gesta sunt, P. Quintil. Varus prætor et M. Cornelius proconsul in agro Insubrium Gallorum cum Magone Pæno, signis collatis, pugnarunt. Mago femine transfixo cadit et ex prælio prope exsanguis aufertur, inferior discedit, et pervenit ad mare in Ligures Inganos. Ibi legati ab Carthagine cum adeunt, et primo quoque tempore in Africam trajicere jubent: obsequitur, sed vixdum superata Sardinia, ex vulnere moritur: (cap. 19.) Ad Hannibalem, in acie Crotoniensi pugnans, legati quoque ab Carthagine, vocantes in Africam, iis forte diebus, quibus ad Magonem, venerunt. Romam per eosdem dies, et Magonem et Hannibalem profectos, allatum est: (cap. 21.) Cornelius vero omnia nimis breviter enarrat, Magonis fata silentio prætermittit, et pergit de Hannibale domum

## NOTE

Vide quibus conditionibus apud Eutropium, lib. III. Præter quas, plures alias addit Livius, lib. xxx. j

<sup>j</sup> *Usque ad Publium Sulpicium*] Id est, ad annum Urbis Condite 540. ut scribit Livius Annal. xxxi. ut patet ex his verbis: ‘Anno quingentesimo quadragesimo ab Urbe Condita, P. Sulpicio Galba, C. Aurelio Cotta

Coss. bellum cum Rege Philippo initum est, paucis mensibus post pacem Carthaginensibus datam.’

<sup>k</sup> *Ut obsides eorum Fregellis essent*] Fregellæ, civitas clarissima inter Sinuessam et Formias sita, non procul a Liri amne; nunc vulgo *Ponte Corvo*, de qua Silius, lib. VIII. ‘Obsessæ campo squallente Fregellæ.’



carunt.<sup>10</sup> Hic, ut<sup>11</sup> rediit, prætor factus est,<sup>1</sup> postquam rex<sup>12</sup> fuerat,<sup>m</sup> anno secundo et vicesimo. Ut enim Romæ Consules, sic Carthagine quotannis annui bini reges creabantur. In eo magistratu pari diligentia se Hannibal præbuit, ac fuerat in bello. Namque effecit, ex novis vectigalibus non solum ut esset pecunia, quæ Romanis ex foedere penderetur,<sup>13</sup> sed etiam superesset, quæ in ærario reponeretur.<sup>14</sup> Deinde, anno post præturam, Marco Claudio, Lucio Furio Coss.<sup>15</sup> Romani legati Carthaginem venerunt. Hos Hannibal sui exposcendi gratia missos ratus,<sup>16</sup> priusquam his senatus daretur,<sup>d</sup> navem conscendit clam, atque<sup>17</sup> in Syriam ad Antiochum profugit. Hac re palam facta, Pœni naves duas, quæ eum comprehenderent, si possent consequi, miserunt: bona ejus publicarunt: domum a fundamentis<sup>18</sup> disjecerunt: ipsum exulem judicaverunt.<sup>19</sup>

8. At Hannibal anno tertio, postquam<sup>1</sup> domo profugerat, L. Cornelio, Quinto Minucio<sup>2</sup> Coss. cum quinque navibus

<sup>d</sup> Antequam in senatum admitterentur. -

//////////

revocato et prætore, h. e. Suffete, facto tantum verba facere.]—10 *Et revocant* Ms. Voss. 2.—11 *Hic cum rediit* Ms. Boecl. Voss. 2. *huc ut rediit* Ms. Leid. 1. 2. Voss. 1. 3. Ax. Ed. Kench. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Brem.]—12 *Factus loco τοῦ rex* Ms. Voss. 3. *statim fuerit* Ed. Med.—13 *Ponderetur* Ed. Med. [Inter pacis condiciones (apud Liv. xxx. 37.) hoc erat constitutum, ut Carthaginienses ‘decem millia talentum argenti, descripta pensionibus aquis in annos 50. solverent.’]—14 Sic Ms. Leid. 1. Ax. Voss. 2. 3. Ed. Heus. [Ith. Brem. Heinr. atque ego reserpsi pro vulgato *poncretur*.]—15 *Consulibus* Ed. Jens. Med. Par. ubique. *Statim Roma* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Patav. *Romanis* Ms. Voss. 2. *Sed Romani etiam* Ms. Ax.—16 *Ratus sui exposc.* gr. *missos* Ms. Ax. *Mox ascendit* Ms. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax.—17 *Clamatque* Ed. Jens. Med.—18 *Fundatis* Ed. Ald.—19 *Dicarunt* Ms. Mendos. Voss. 1. Ax. Leid. 2. Ed. Ultraj. *ditarunt* Ms. Voss. 3.

1 *Posteaquam* Ms. Voss. 3. *Statim domum* Ed. Lamb. [Sed vir doctus ad oram exempli mei Lambin. recte scripsit, *imo, domo*.]—2 *Quod inimico* Ms. Voss. 3. In Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Patav. scribitur

#### NOTE

<sup>1</sup> *Prætor factus est*] Justin. l. XXXI. apud Lacedæmonios improprie reges scribit eum factum esse Consullem, erant, ut dictum est in Agesilao.

quod idem est apud Carthaginienses. <sup>m</sup> *Marco Claudio, Lucio Furio Coss.*]

<sup>m</sup> *Postquam rex fuerat*] Improprie Id est, anno Urbis Conditiæ 558. rex dicitur, quemadmodum et reges

Africam accessit, in finibus Cyrenæorum,<sup>3o</sup> si forte Carthaginienses ad bellum, Antiochi spe fiduciaque, inducere posset:<sup>4</sup> cui jam persuaserat, ut cum exercitibus in Italiam proficisceretur.<sup>5</sup> Huc Magonem fratrem excivit.<sup>p</sup> Id ubi Pœni resciverunt, Magonem eadem, qua fratrem, absentem<sup>6</sup> pœna affecerunt. Illi, desperatis<sup>7</sup> rebus, cum solvissent naves, ac vela ventis dedissent, Hannibal ad Antiochum pervenit. De Magonis interitu duplex memoria prodita<sup>8</sup> est. Namque alii naufragio, alii a servis<sup>9</sup> ipsius interfectum eum, scriptum reliquerunt. Antiochus autem, si tam in agendo bello parere voluisset consiliis ejus, quam in suscipiendo instituerat, propius Tiberi, quam Thermopylis,<sup>1o</sup> de summa imperii dimicasset. Quem etsi multa stulte<sup>11</sup> conari<sup>9</sup> videbat, tamen nulla deseruit in re. Præfuit paucis

*Minutio.*—3 *Cyreneorum* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag.—4 *Inducere posset* aberant a Ms. Ax. Voss. 2. et *possent* loco τοῦ *posset* Ed. Arg. Long.—5 *Proficiscerentur* Ms. Boecl. Voss. 2. Ed. Arg. Long.—6 *Fratrem absentem* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Arg. Long. Boecl. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Ith. Heinr. atque ego *absentem*, (quod voc. in reliquis libris editis omissum est,) revocavi.]—7 *Illis desperatis* Ed. Jens. Med. Mox *solvissent* Ms. Voss. 3.—8 *Prodita* aberat a Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. [quoniam fortasse rarior ea forma visa fuerit librariis. Sed *memoria prodita* bene dici, interpretetur ad Cæs. B. G. 1. 13. fin. et Curtius ad Cic. lib. viii. epistolar. ad diversos, epist. 3. 7. docuerunt.]—9 *Servolis*, sine præpositione, Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. [*a servolis*, quod frequens est, probat Hensinger. Tum *naufragio interfectum* insolens quidem est locutio; sed per zeugma unum verbum cum duobus, diversis etiam substantivis, de quorum altero proprie, de altero vero improprie intelligendum est, et aliud proprium, h. 1. *periisse*, quasi supplendum, ab auctoribus utriusque linguæ sæpius jungi solet. V. supra viii. 4.]—10 Lambinus et alii edidere *Tiberim* et *Thermopylas*: sed invitis, opinor, libris. Atque *propius* cum dativo rarius strui solet. In Ms. Leid. 2. et Voss. 3. erat *Tiberis*. In Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. est *Tyberi*.—11 *Stulta* Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Par.—12 *Isque* Ms. Boecl. Ax.

## NOTE

o *In finibus Cyrenæorum*] Vel Cyrenensium, ut scribit Sallustius in bello Jugurthino. Cyrena autem Africæ civitas est intra magnam Syrtem et Hammonis templum; de qua Lucretius lib. ix. ‘Proximus in muros, et mœnia Cyrenarum,’ &c. Ab ea tota regio Cyrenæa dicta est.

p *Huc Magonem fratrem excivit*] Vel duos fratres hujus nominis habuisse

Hannibalem necesse est, vel certe hoc verum minime est, quia Mago Hannibalis frater occisus fuerat in prælio adversus P. Quintilium Varum Prætorem et M. Cornelium Proconsulem in Insubribus. Livius xxx. et alii.

q *Multa stulte conari*] Id intelligitur ex his Gellii verbis, Noct. Attic. lib. v. 5. ‘Hicne, inquit, [scilicet An-

navibus, quas ex Syria jussus erat in Asiam ducere, hisque<sup>12</sup> adversus Rhodiorum classem in Pamphylia<sup>13</sup> mari conflixit. Quo cum<sup>14</sup> multitudine adversariorum sui superarentur; ipse, quo cornu rem<sup>15</sup> gessit, fuit superior.

9. Antiocho fugato,<sup>5</sup> verens, ne dederetur, quod sine dubio accidisset, si sui fecisset potestatem, Cretam ad Gortynios<sup>1</sup> venit,<sup>4</sup> ut ibi,<sup>2</sup> quo se conferret, consideraret. Vidit autem vir omnium callidissimus,<sup>3</sup> magno se fore periculo,<sup>4</sup> nisi quid providisset,<sup>5</sup> propter avaritiam Cretensium. Magnam enim secum pecuniam portabat, de qua sciebat exisse famam.<sup>6</sup> Itaque capit tale consilium. Amphoras complures<sup>6</sup> complet plumbo; summas operit auro et argento.<sup>7</sup> Has, presentibus principibus,<sup>6</sup> deponit in templo Dianæ;<sup>8</sup> simulans, se suas fortunas illorum fidei

<sup>6</sup> De qua rumorem sparsum fuisse noverat.

<sup>7</sup> In summitate aurum et argentum apponit.

—13 Pamphilio Ed. Jens. Med. Arg. Gebh.—14 Quo cornu Ms. Mendos. in quo cum Ed. Lamb.—15 Qua rem pro quo cornu rem Ed. Lamb. quo rem Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.

1 Corthinos Ms. Leid. 2. Cortymos Ms. Voss. 1. 2. 3. Corthynios Ed. Jens. Med. Arg. Par. Cortynios Ed. Long. Mag. Cortinios pervenit Ms. Ax. [Gortyna urbs fuit Cretæ.]—2 Ut n. ibi Ms. Boecl. ut enim ibi Ms. Voss. 2. ut ubi Ed. Jens. Med.—3 Sic Ms. Sav. Put. Gif. Sed clarissimus Ed. Par. Ald.—4 In periculo Ed. Lamb.—5 Nisi id prævíd. Ms. Ax. nisi id provid. Ms. Boecl. Etiam in Voss. 1. 3. et Leid. 2. erat providisset. Sed prævídisset Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav.—6 Quam plures Ms. Voss. 3. Statim implet Ms. Ax.—7 Sic Ms. Leid. Ax. Voss. 3. [Ed. Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed his præ. princ. Ms. Boecl. has præ. Ms. Leid. 2. Voss. 1. Corthyniis presentibus Ed. Jens. Med. Par. Corthyniis presentibus Ed. Arg. Gortyniis presentibus Ed. Ald. has Gortyniis presentibus Ed. Long. Mag. (nisi ut in his editum sit Cortyniis,) Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—8 Dyana Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag.—

## NOTE

tiochus] 'exercitus Romanis sufficet? Sufficet, respondit Pænus, vel maxime avaris.' Nam exercitum conscripserat Antiochus armis inauratis, quem ostendit Hannibali.

<sup>1</sup> In Pamphylia mari] Quod et Phaselicum mare dicitur, in confinio Lyciæ et Pamphylia. Vide Livium xxxvii.

Delph. et Var. Clus.

\* Antiocho fugato] Vide Just. xxxi.

<sup>4</sup> Cretam ad Gortynios venit] Creta insula est maris Mediterranei celeberrima. De qua Virgil. Æneid. iii. 'Creta Jovis magni medio jacet insula ponto.' Gortynii vero sunt dicti a Gortyna ejus insulæ civitate, in parte meridionali sita. Plin. lib. iv. 12.

Nep.

X

credere. His in errorem inductis,<sup>9</sup> statuas aeneas, quas secum portabat, omnes sua pecunia complet, easque in propatulo domi abjicit.<sup>10</sup> Gortynii<sup>11</sup> templum magna cura custodiunt, non tam a ceteris, quam ab Hannibale, ne quid ille,<sup>12</sup> inscientibus his,<sup>13</sup> tolleret, secumque duceret.<sup>14</sup>

10. Sic, conservatis suis rebus, Pœnus, illis Cretensibus omnibus, ad Prusiam in Pontum pervenit:<sup>15</sup> apud quem eodem animo<sup>1</sup> fuit erga Italiam, neque aliud quicquam egit,<sup>2</sup> quam regem armavit<sup>3</sup> et exercuit adversus Romanos. Quem cum videret domesticis rebus<sup>3\*</sup> minus esse robustum, conciliabat<sup>4</sup> ceteros reges, adjugebatque bellicosas nationes. Dissidebat ab eo Pergamenus<sup>5</sup> rex Eumenes,<sup>6</sup>

9 Sic Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. [Ed. Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *ductis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Patav.—10 *Abicit* Ms. Voss. 3.—11 *Corinthii* Ms. Voss. 2. *Corthynii* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Cortynii* Ed. Long. Mag.—12 *Ne ille* Ms. Mendos. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. [Stav. 3.] *quid* uncis inclus. Heus. [Harl.]—13 *Illis* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb.—14 Sic Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. Ed. Ultraj. [Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *secumque portaret* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. Patav. *secumque asportaret* Ms. Mendos. Ed. Gebh. Kench.

1 *Anno* Ed. Jens. Med.—2 *Egit*. Heusing. uncis inclusit, ut suspectum: [et in longa doctaque nota suam sententiam explicare atque corroborare studuit.] Recte, opinor; ut xvii. 2. 'nihil aliud, quam bellum comparavit.' [Assentitur Schmieder; atque Stav. ad ed. 3. probabilem esse fatetur hanc conjecturam. Neque tamen contra codd. fidem id verbum exterminare audeat; nec Tzschucke vulgatam formam, quippe quæ etiam exemplis sustineatur, simpliciter rejiciendam esse censet.]—3 Ita Ms. Leid. 1. Ax. Voss. 2. Ed. Ultraject. [Bos. Stav. Heus. Harl. Tzschuck. 2. et seqq.] Sed *arm. et exercitu* Ms. Boecl. *armavit et excitavit* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. [Tum majore jure vindicari, et post *quod* quam suppleri poterit ut:] *arm. et exercitavit* Ed. Lamb. *armavit et excitavit* Ed. Gebh. Boecl. Kench. [Tzschuck. 1. sed invito ipso, ut in not. ad ed. 2. fatetur. Haud inepta est Heinrichii conjectura, *evacuit*; isque laudat Nepot. xix. 4. 'cum plurimi ira exacerentur,' ac Brouckhus. ad Tibull. ii. 6. 19.]—3 Sic etiam Ms. Ax. Sed *dom. opibus* Ms. Boecl. Voss. 2. Ed. Ultraject. e glossemate. Statim *minus* aberat a Ms. Voss. 2. Ax.—4 *Concil.* aberat a Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Mox *adjugebat* sine *que* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. et *nationes* Ms. Voss. 2.—5 *Pergamens* Ms. Leid. 2.—6 *Mari terra* Ed. Jens.

## NOTE

<sup>15</sup> *Ad Prusiam in Pontum pervenit*] Is Prusias Rex Bithyniæ fuit, qui Hannibalem hospitio excepit, postquam ab Antiocho, facta cum Romanis pace, discessit. De quo vide Va-

ler. Max. iii. 7. Just. xxiii. Cicer. de Divinatione, ii.

<sup>6</sup> *Pergamenus rex Eumenes*] Pergamum, sive Pergamus, urbs insignis Asiæ, non procul a Caico anne; ex

Romanis amicissimus,<sup>w</sup> bellumque inter eos gerebatur et mari et terra:<sup>6</sup> quo magis cupiebat eum Hannibal opprimi; sed utrobique Eumenes plus valebat propter Romanorum societatem: quem si removisset, faciliora sibi cetera fore arbitrabatur. Ad hunc interficiendum talem iniit rationem. Classe paucis diebus erant decreturi.<sup>7</sup> Superabatur navium multitudine: dolo erat pugnandum, cum par non esset armis. Imperavit quam plurimas venenatas serpentes<sup>x</sup> vivas colligi, easque in vasa fictilia conjici. Harum cum<sup>8</sup> confecisset magnam multitudinem, die ipso, quo facturus erat navale prælium, classarios convocat, hisque<sup>9</sup> præcipit,<sup>10</sup> omnes ut in unam Eumenis regis concurrant navem, a ceteris tantum satis habeant<sup>11</sup> se defendere; id facile illos<sup>12</sup> serpentium multitudine consecuturos. Rex autem in qua<sup>13</sup> nave veheretur, ut scirent, se facturum; quem si aut cepissent, aut interfecissent, magno his pollicetur præmio<sup>14</sup> fore.

II. Tali<sup>1</sup> cohortatione militum facta, classis ab utrisque in prælium deducitur. Quarum<sup>2</sup> acie constituta, priusquam



Med.—7 Sic Ms. Mendos. Voss. 1. 3. Gif. Leid. 2. Sav. Ed. Ultraj. [Bos. 2. Stav. Heus. et seqq. recte: nam *decernere*, scil. *acie*, est cernere, experiri, cui fortuna adjudicet plenam victoriam: v. Stav. ad ed. 3. et Harles.] Sed *decretaturi* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1.—8 *Quomodo* Ms. Voss. 1. *que* Ms. Voss. 3. *Statim fecisset* Ms. Boecl. Voss. 2. 3. Ax. *effecisset* Ms. Voss. 1.—9 *In hisque* Ms. Ax.—10 *Præcepit* Ms. Voss. 1. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. [Sed præsens tempus antecedens *convocat*, et sequens *concurrant*, h. l. requirunt.]—11 *Habebant* Ms. Voss. 1. 3.—12 *Illos facile* Ms. Ax. rotundius. *Statim serpentum* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Brem.]—13 Sic Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. [Ed. Bos. 2. Stav. Heus. et plur. recentt.] Sed *qua nave* Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Wetz. *in qua navi* Ed. Brem.]—14 *Id præmio* Ed. Lamb. *premio* Ed. Jens. Med.

1 *Tale* Ms. Voss. 2.—2 *Quorum* Ms. Leid. 2. Voss. 1.—3 *Loco quo* Ms. Voss.

#### NOTE

qua urbe Galenus medicorum præstantissimus. Porro a Pergameno rege Eumene primum repertas esse membranas Varronis testimonio refert Plinius. Is Eumenes Attalici regis pater fuit. Flor. lib. ii. 20.

<sup>w</sup> *Romanis amicissimus*] Hunc socium et commilitonem pop. Rom.

vocat Florus ibidem. Et Valer. Max. 'Asiae Rex Eumenes, amantissimus nostræ urbis.' Ideoque dictus est a Plutarcho in Catone *φιλορώμαιον*.

<sup>x</sup> *Imperavit quamplurimas venenatas serpentes*] Lege Front. Strateg. lib. iv. 7. Justinum lib. xxxii. Serpentum loco alii alias feras venenatas fuisse

signum pugnae daretur, Hannibal, ut palam faceret suis, quo loco<sup>3</sup> Eumenes esset, tabellarium in scapha cum caduceo<sup>4</sup> mittit: qui, ubi<sup>5</sup> ad naves adversariorum pervenit, epistolam ostendens,<sup>6</sup> se regem professus est quaerere. Statim ad Eumenem deductus est, quod nemo dubitabat aliquid de pace esse<sup>6</sup> scriptum. Tabellarius, ducis nave declarata suis, eodem, unde ierat,<sup>7</sup> se recepit. At Eumenes, soluta epistola, nihil in ea reperit, nisi quod ad irridendum eum<sup>2</sup> pertineret; cujus etsi causam mirabatur, neque reperiebatur,<sup>8</sup> tamen praelium statim committere non<sup>9</sup> dubitavit. Horum in concursu<sup>10</sup> Bithyni,<sup>a</sup> Hannibalis praeepto, universi navem Eumenis adoriuntur: quorum vim cum rex<sup>11</sup> sustinere non posset, fuga salutem petiit;<sup>12</sup> quam consecutus non esset, nisi intra sua praesidia se recepisset, quae in proximo littore erant collocata. Reliquae Pergamenae<sup>13</sup> naves cum adversarios premerent acrius, repente in eas vasa fictilia, de quibus supra mentionem fecimus, conjici coepta sunt. Quae<sup>14</sup> jacta initio risum pugnantibus concitarunt, nec,<sup>15</sup> quare id fieret, poterat intelligi. Postquam

//////////

3.—4 *Ubi aberat* a Ms. Voss. 3.—5 *Epistolamque ostendens* Ms. Voss. 1. *ep. hostendens* Ms. Voss. 3.—6 *Quin aliquid de pace esset scr.* Ms. Boecl. Ax. *aliquid de pace esset scr.* Ms. Voss. 3.—7 *Unde erat regressus* Ms. Boecl. *unde erat* Ms. Voss. 3. *unde erat egressus* Ms. Ax. *Statim se recipit* Ms. Voss. 1.—8 *Neque reperiebatur* parentheses signis inclusit Heusing. [item Harl. Heinr. *neque reperiebat* maluit Lambin. et in textum receperunt Wetzcl. ac Schmied. at codd. repugnantibus.] Struchtmeier. lib. i. cap. 10. p. 53. sq. conjecit, *neque reperiebat, vi tamen pr.* At saepe verba duplicis constructionis conjunguntur: tum *vi* alienum est, et *tamen* sic non suum locum habet. Staver. quoque fatetur, Heusingeri explicationem sibi magis arridere, quam Struchtmeieri lectionem.]—9 *Non omissum* est in Ed. Jens. Med.—10 *In cursu* Ms. Voss. 2. Ax. *Statim Bithynii* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—11 *Rex cum* Ms. Ax.—12 *Petit* Ms. Voss. 2. Ax. *quaerit* Ms. Ernst.—13 *Pergamæ* Ms. Voss. 3. Leid. 2.—14 *Qua jacta* Ms. Voss. 2.—15 *Sic* Ms. Ax. [Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2. Wetz.] *concitarunt, neque* Ed. Ald.

#### NOTÆ

ferunt, quales sunt nepæ, scorpi-  
nes, et alia id genus.

<sup>y</sup> *Caduceo*] Caduceus, indicium pa-  
cis. Unde autem Caducei sit origo,  
consule Plinium xxix. 3. Servium ad  
Æneid. iv. et viii.

<sup>2</sup> *Ad irridendum eum*] Pro, ad irri-

dendum se. Sic paulo supra: 'Ne  
quid ille, inscientibus his, tolleret;  
pro, inscientibus se.

<sup>a</sup> *Bithyni*] Prusiae subditi, quia  
Prusias rex erat Bithyniae, ut supra  
dictum est, ad quem Hannibal se re-  
ceperat.

autem naves completas conspexerunt serpentibus, nova re perterriti, cum, quid potissimum vitarent, non viderent, puppes averterunt, seque ad sua castra nautica retulerunt.<sup>16</sup> Sic Hannibal consilio arma Pergamenorum<sup>17</sup> superavit: neque tum<sup>18</sup> solum, sed sæpe alias pedestribus copiis pari prudentia pepulit adversarios.

12. Quæ dum in Asia geruntur, accidit casu, ut legati Prusiæ Romæ apud L. Quintium<sup>a</sup> Flaminium,<sup>b</sup> consularum,<sup>c</sup> cœnarent, atque, ibi de Hannibale mentione facta, ex his unus diceret, eum in Prusiæ regno esse. Id postero die Flamininus senatui detulit. Patres conscripti, qui Hannibale vivo nunquam se sine insidiis futuros existimabant,<sup>3</sup> legatos in Bithyniam miserunt, in his Flaminium,<sup>4c</sup> qui a rege peterent, ne inimicissimum suum secum haberet, sibi que dederet.<sup>5</sup> His Prusias<sup>6</sup> negare ausus non est: illud recusavit, ne id a se fieri postularent, quod adversus jus hospitii esset: ipsi, si possent, comprehenderent; locum, ubi esset, facile inventuros. Hannibal enim uno loco se tenebat in castello, quod ei<sup>7</sup> ab rege datum erat muneri;



*excitarunt*, nec Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Bos. 1. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Harl. Brem. Schmied. Heindr.] *excitarunt*, neque Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. [Ith.]—16 *Retulerunt* Ed. Jens. Med. Arg.—17 *Pergameorum* Ms. Voss. 3.—18 *Tamen solum* Ms. Voss. 2. [*tunc solum* Ed. Tzsch. 2.]

1 *Quintum* Ed. Jens. Med. Arg. Long. *Quinctium* Ed. Mag. Patav. Statim *Flaminium* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Boecl. Keuch. ubique. *Flamineum* Ms. Voss. 1. 3. [Conf. Drakenb. ad Liv. xxxix. 51. 1. p. 412. tom. v. Verheyk et Tzschuck. ad Eutrop. iv. 2. init. et c. 5.]—2 Sic Ms. Boecl. Voss. 3. Ax. Sed *consulem* Ed. Par. Ald. Lamb.—3 *Existimarent* Ms. Voss. 2. Ax. Recte, credo: nam *τὸ qui reddit causam*: [atque sic iudicabat Harl.]—4 *In his Flaminium* Ms. Leid. 2. Tum *ab rege* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Hensing.—5 Sic Ms. Boecl. Voss. 1. 2. (in quo tamen *pro dederet* erat *deberet*.) 3. Leid. 2. Ed. Long. [Bos. 2. Heus. et plur. seqq. Atque ex antecedenti *ne* repetendum ac subaudiendum est *ut*; copula vero *que* post negativam propositionem habet vim adversativæ *sed*. V. supra xviii. 6. et xiv. 6. ibique varr. lectt. nr. 16.] *Sed sibi que ut dederet* Ed. Lamb. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Schmied.]—6 *Prusia* Ms. Voss. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—7 *Ei* abest ab Ed. Jens. Med.

## NOTÆ

- <sup>b</sup> *Apud L. Quintium Flaminium*] occisus est, filius fuit.  
 Vel, ut quibusdam placet, *Flaminium*.  
<sup>c</sup> *In his Flaminium*] Ad Prusiam  
 hic C. Flamini consulis, qui apud legatus Quintius Flamininus venit;  
 Thrasymenum in acie ab Hannibale ut refert Livius Annal. xxxix.

idque sic ædificarat,<sup>8</sup> ut in<sup>9</sup> omnibus partibus ædificiï exitum sibi<sup>10</sup> haberet,<sup>d</sup> semper verens, ne usu eveniret,<sup>11</sup> quod accidit. Huc cum legati Romanorum venissent,<sup>12</sup> ac multitudinem<sup>13</sup> domum ejus circumdedissent; puer, ab janua propiciens, Hannibali dixit, plures præter consuetudinem armatos apparere. Qui imperavit ei, ut omnes fores ædificiï circumiret, ac propere sibi renuntiaret,<sup>14</sup> num eodem modo undique obsideretur. Puer cum celeriter, quid<sup>15</sup> esset, renuntiasset, omnesque exitus occupatos ostendisset; sensit, id non fortuito factum, sed se peti, neque sibi diutius vitam esse retinendam. Quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinarum virtutum, venenum, quod semper secum habere consueverat,<sup>e</sup> sumpsit.<sup>16</sup>

13. Sic vir fortissimus, multis variisque perfunctus laboribus, anno acquievit septuagesimo.<sup>f</sup> Quibus consulibus interierit, non convenit. Nam Atticus,<sup>g</sup> Marco Claudio

Arg. Par. Ald. Long. Mag. Uncis inclusit Heusing. *quod ei agere datum erat* Ms. Voss. 2.—8 *Ædificaret* Ms. Voss. 3.—9 *In abest* ab Ed. Lamb.—10 *Sic* Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. [Ed. Bos. Stav. et seqq.] *Sed exitus hab.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Patav.—11 *Sic* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. [Ed. Long. Lamb. Bos. Heus. in textu, Stav. et seqq.] *Sed usu veniret* Ms. Boecl. Ax. Ed. Mag. Steph. Gebh. Kench. Bos. 1. Latine. V. Cic. Tusc. quæst. 1. 30. ibique Davis. p. 62. [probaturque Heusing. in notis. V. supra, vii. 4. infra xxv. 16.]—12 *Hunc...venisset* Ed. Mag. [evenissent Ed. Tzschuck. 2. an operarum peccato?]<sup>13</sup> *Multitudinem* Ms. Voss. 1.—14 *Nuntiaret* Ms. Ax. *renunciaret* Ed. Long. Mag. ubique.—15 *Quod* Ed. Mag.—16 *Sumpsit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. 1 *Sic* Ms. Sav. Put. Gif. [Ed. Bos. Stav. Tzschuck. Wetz. Brem.] *Sed*

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Ut in omnibus partibus ædificiï exitum sibi haberet*] Sic etiam sentit Livius. Et Plutarchus in Hannibale scribit locum, in quo commorabatur Hannibal, Lybissum dictum fuisse.

<sup>e</sup> *Venenum, quod semper secum habere consueverat*] De Hannibalis morte non bene consentiunt. Sunt enim qui lapidibus obrutum fuisse a Carthaginiensibus ob rem male gestam dicant; sunt qui cruci affixum volunt; plerique tamen veneno periisse asserunt, quod sub annuli gemma servabat, licet diverso modo. Alias opiniones refert Plutarchus. Porro Livius hæc

suprema fuisse Hannibalis verba refert: ‘Solvamus diuturna cura populum Romanum, quando mortem senis expectare longum censet.’

<sup>f</sup> *Anno acquievit septuagesimo*] Q. Fabio Labeone et M. Claudio Marcello Coss. anno Urbis Conditiæ 571. ut patet ex Cassiodori Chronicis. Insignis hic annus trium toto orbe maximorum Imperatorum mortibus fuit, scilicet, Hannibalis, Philopœmenis, et Scipionis Africani. Just. lib. xxxii. cap. ultimo.

<sup>g</sup> *Atticus*] Vel *Attius*, ut alii volunt; qui annorum septingentorum



Marcello, Q. Fabio Labeone<sup>2</sup> Coss. mortuum in annali suo scriptum reliquit; at Polybius,<sup>3</sup> L. Æmilio Paulo et Cn. Bæbio Tamphilo;<sup>4</sup> h Sulpicius autem,<sup>5</sup> P. Cornelio Cethego, M. Bæbio Tamphilo.<sup>6</sup> i Atque hic<sup>7</sup> tantus vir, tantisque bellis districtus, nonnihil temporis<sup>8</sup> tribuit literis. Namque aliquot ejus libri sunt, Græco sermone confecti; in his ad Rhodios De Cn. Manlii Vulsonis<sup>9</sup> j in Asia rebus gestis. Hujus bella<sup>10</sup> gesta<sup>k</sup> multi memoriæ prodiderunt; sed ex his duo, qui cum eo in castris fuerunt simulque vixerunt,

namque Attic. Ms. Ax. Ed. Arg. Par. Long. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. [Heus. Harl. Ith. Heinr. Schmied.] *namque Att.* Ed. Jens. Med. Ald. *nam Azicus* Ms. Leid. 2.—2 *Et Q. Fabio Labeone* Ms. Voss. 1. *et Fabio Labeone* Ms. Voss. 3. *et Quinto Fabio Labeone* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. *et Q. Fabio Lab.* Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Statim *consulibus* Ed. Jens. Med. Par.—3 *Ac Polybius* Ms. Voss. 1. *at Polybius* Ed. Jens. Med.—4 Sic Ms. Gif. Voss. 3. *Tamphilo* legebatur etiam in Ms. Mag. Ven. Sed *Æmilio Paulo et C. Bæbio Tamphilo* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. *Æm. P. et C. Bæbio Pamph.* Ed. Mag. Steph. *Æmilio Paulo et C. B. T.* Ms. Voss. 1. Ed. Gebh. *Æmilio Paulo et Cn. Bæbio Pamphilo* Ms. Voss. 2. Ed. Par. Ald. *Æm. Paulo, M. Bæbio Pamphilo* Ms. Ax. *Æmilio Paulo et Caio Bæbio Pamphilo* Mss. ap. Mag. Ed. Ald. *Æmilio Paulo et M. Bæbio Pamphilo* Ed. Arg. Long.—5 *Sulpitius autem Blito* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Ed. Steph.—6 Ita Ms. Boecl. [Ed. Bos. Stav. et plurr. seqq. *P. Corn. Ceth. et M. B. T.* Ed. Brem. Schmied.] Sed *P. Corn. Cethego et M. Bæbio Pamphilo* Ed. Arg. Long. Mag. Patav. *P. Corn. Ceth. et Bæbio Pamphilo* Ed. Jens. Med. Steph. *P. Corn. Ceth. Bæbio Tamphilo* Ms. Leid. 2. In Ms. Voss. 2. Ax. erat *M. Bæbio Pamphilo*, et ab Voss. 3. aberat *7d M.* ante *Bæbio*. Ed. Lamb. *P. Corn. Cethego et L. et M. Bæbio Tamphilo*. Ed. Gebh. *P. C. C. et M. Bæb. Tamph.*—7 *Hic abest* ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—8 *Temporibus* Ms. Voss. 2.—9 *C. Manlii Volonis* Ms. Leid. 2. *Cn. Manlii Vulsonis* Ms. Voss. 1. 3. [Ed. Tzschuck. 2.] *Ennii Manlii Volonis* Ms. Ax. Voss. 2. *C. Manlii Valonis* Ed. Med. Arg. Par. Ald. Long. *C. Manlii Valois* Ed. Jens. *Cn. Manlii Volonis* Ed. Mag. Steph. Gebh.—10 Sic Ms.

## NOTÆ

historiam uno libro colligavit, ut refert Cic. de Oratore: et lib. 1. de legibus, idem Tullius scribit: ‘Nam quid Attium commemorem? ejus loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex erudita illa Græcorum copia.’

<sup>h</sup> *L. Æmilio Paulo et Cn. Bæbio Tamphilo* Qui Consules fuerunt anni sequentis, ut ex Cassiodori Chronicis patet.

<sup>i</sup> *Sulpitius autem, P. Cornelio Cethe-*

*go, M. Bæbio Tamphilo*] Qui immediate superioribus in consulatu successerunt. Ibid.

<sup>j</sup> *De Cn. Manlii Volonis*] Hic habuit collegam in consulatu M. Fulvium Nobiliorem. De ipso Livius Annal. xxxviii. Asia autem illi sorte obtigerat, Ætolia vero M. Fulvio Nobiliori. Plura Livius, Plin. Flor. et alii.

<sup>k</sup> *Hujus bella gesta*] Quidam legunt *belli gesta*.

quamdiu fortuna passa est, Silenus,<sup>11</sup> et Sosilus<sup>12</sup> Lacedæmonius. Atque hoc Sosilo Hannibal literarum Græcarum usus est doctore. Sed nos<sup>13</sup> tempus<sup>m</sup> est hujus libri facere finem,<sup>n</sup> et Romanorum explicare imperatores; quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri præferendi sint, possit judicari.

Leid. 2. Voss. 1. 3. Sed *belli* Ms. Voss. 2. Boecl.—11 Ita Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. [Ed. Bos. 2. Stav. et seqq.] Sed *Syllenus* Ms. Voss. 2. Boecl. Ax. *Philenius* Ed. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. *Philenius* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *Philenus* Ed. Gebh. Keuch.—12 *Sosillus* Ms. Voss. 2. Ax.—13 Sic Ms. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. [Stav. 3. Harl. Bip. Ith. Heinr. Tzsch. Schmied. et ego nos pro nunc in Ed. Bos. Stav. 1. 2. Brem. (qui τὸ nos a librario quodam profectum esse putat,) et al. revocavi. Nam, Stav. ad ed. 3. et Tzschuck. bene animadvertentibus, si nunc servatur, præstaret *feri finem et explicari.*] Ceterum extrema hac vita legitur in Ed. Jens. literis majusculis: *Probi Emiliū de virorum excellentium vita per M. Nicolaum Jenson Venetiū opus feliciter impressum est anno a Christi incarnatione MCCCCLXXI. VIII. Idus Martias.* Ed. Ald. *Finis.*

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Et Sosilus*] Alii putant legendum esse, *Sosibius*; quidam *Sofilus*; sed in Polybio nomen Σώσιλος invenitur, et in Diodoro.

<sup>m</sup> *Sed nos tempus*] Vulgati, nunc tempus est.

<sup>n</sup> *Hujus libri facere finem*] Nam hi, de quibus hactenus locutus est, extranei sunt duces; cumque jam sit dicturus de Romanis, finem facit primo libro, qui de externis agit.

## XXIV.

# M. PORCIUS CATO,

EX LIBRO POSTERIORE CORNELII NEPOTIS.†

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Ejus ortus. Adolescentia et officia. 2. Consul Hispaniam citeriorem sortitus est. Censor gravissimus. 3. Ejus elogium, studia, scripta.

CATO<sup>1a</sup> ortus municipio Tusculo,<sup>b</sup> adolescentulus, priusquam honoribus operam daret,<sup>a</sup> versatus est in Sabinis,

<sup>a</sup> *Antequam in dignitatibus versaretur.*

† In Ms. Voss. 1. Vita Catonis sequitur Vitam Attici, et Vitam Miltiadis in Voss. 3. In Voss. 2. videtur a recentiori manu addita. Abest ab Ed. Jens. Par. Ald.—*M. P. C. ex libro post. Corn. Nep. Corn. Nep. M. Porc. Cato* Ed. Arg. *Fragmentum quod ex Probi libro posteriore superest. M. Portii Catonis vita.* Ed. Mag. *Ex libro secundo Æmiliii Probi seu Corn. Nep.* Ed. Lamb. *M. Porcii Catonis vita* Schott. *M. Porcius Cato [ex libro poster. Corn. Nep.]* Ed. Heus. [Harl. Tzschuck. Schmied. signa nuncorum omittunt Stav. Wetz. Ith. Heinr. Patav. ed. ubi tamen extat *ex libro secundo. Cato* Ed. Brem.]

1 *Catho* Ms. Voss. 3.—2 *Perpenna* Ms. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Med.

### NOTÆ

<sup>a</sup> *Cato*] Cujus prænomen Marcus Porcius. ‘Anno postquam primum Consul fuerat Q. Fabius Maximus Verrucosus, qui Tarentum receperat, ego natus sum:’ sic eum de seipso loquentem introducit Cicero, in lib. de Senectute.

<sup>b</sup> *Municipio Tusculo*] Hinc Cicero :

‘Num, quando vides Tusculanum aliquem, de M. Catone illo in omni virtute principe, num de T. Coruncanio municipe suo, num de tot Fabiis gloriari?’ Et Val. Max. lib. III. 4. ‘M. Porcius Cato, qui nomen suum Tusculi ignobile, Romæ nobilissimum reddidit.’ Porro Tusculus, civitas

quod ibi hæredium a patre relictum<sup>c</sup> habebat. Hortatu L. Valerii Flacci, quem in consulatu censuraque habuit collegam, ut M. Perperna<sup>2</sup> Censorius<sup>3d</sup> narrare solitus est, Romam demigravit, in foroque<sup>4</sup> esse cœpit.<sup>b</sup> Primum stipendium meruit annorum decem septemque,<sup>ce</sup> Q.<sup>5</sup> Fabio Maximo, M. Claudio Marcello<sup>6</sup> Coss. Tribunus militum in Sicilia fuit.<sup>f</sup> Inde ut rediit, castra secutus est C. Claudii<sup>7</sup> Neronis,<sup>g</sup> magnique ejus opera<sup>8</sup> existimata<sup>9</sup> est in prælio apud Senam,<sup>h</sup> quo cecidit<sup>10</sup> Hasdrubal frater Hannibalis.

<sup>b</sup> Rebus forensibus primum vacavit.

<sup>c</sup> Militiam ingressus est septemdecim annos natus.



Arg. Long. Mag. Boecl. Keuch. Bos. 1.—3 *Consobrinus* Ms. Mendos. Voss. 1. 3. Ed. Gebh. *Censorinus* Ed. Med. Arg. Long. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—4 *In foroque*. Copula que erat in Ms. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Med. Sed *in foro* Ed. Arg. Long. Mag. Lamb. Schott. Steph. Gebh. Keuch. [Uncis inclusum est τὸ que in Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2.] Unci absunt ab Ed. Boecl. Bos. 1. Heus. [Harl. Ith. Stav. 3. Tzschuck. Brem. Heinr. Schmied. et ego eos expunxi.]—5 *Q. Qu.* Ed. Med. ubique. Mox *Maximo* aberat a Ms. Leid. 1.—6 *Marcello* aberat a Ms. Leid. 2. Ed. Med. Arg. Schot. Long. Mag. In Voss. 3. erat simpliciter *Claudio*, omisso etiam prænomine *M.* Statim *consulibus* Ed. Med.—7 *C. Cl. P. Claudii* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Med. Arg. Schot.—8 *Opera ejus* Ed. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [Wetz.]—9 Sic Ms. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Long. Mag. Schot. [Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *æstinata est* Ed. Lamb. Keuch. Bos. 1. Patav. Recte, opinor: [quam lectionem probat quoque Curtius ad Sallust. B. Cat. c. 2. Atque duo illa verba in codd. sæpe solere inter se commutari, docent Arntzen. ad Aurel. Vict. Cæs. c. 28. 5. p. 391. sq. idemque et Schwarz. ad Plin. Panegy. c. 38. 4.]—10 *Decidi* Ms. Voss. 3. Statim

#### NOTÆ

olim Latii celeberrima, quæque municipalis fuit; id est, suo jure et legibus utens, muneribus tamen populi Romani atque honoribus perfungens.

<sup>c</sup> *A patre relictum*] Id est, prædium avitum.

<sup>d</sup> *Ut M. Perperna Censorius*] Quidam legunt *Consobrinus*. Is Græcus et peregrinus fuit; et tamen consul factus est, antequam civitatem esset adeptus, quod legibus erat prohibuitum. Val. Max. lib. III. 4.

<sup>e</sup> *Primum stipendium meruit annorum decem septemque*] Ea ætas erat, qua artem militarem juvenes incipiebant profiteri. Lipsius de Militia Rom.

Dial. I. 2.

<sup>f</sup> *Tribunus militum in Sicilia fuit*] M. Claudio Marcello, T. Quintio Coss. Tribunus autem militum talis erat tunc, qualis fere hodie apud nos Marschallus, seu præfectus militum.

<sup>g</sup> *C. Claudii Neronis*] Is magnis cladibus Hannibalis fratrem affecit, cum exercitu recenti cinctus Alpes transgressus esset, eumque tandem cum quinquaginta sex millibus hominum occidit ad Metaurum Umbriæ amnem. Liv. XXVII.

<sup>h</sup> *Apud Senam*] Senogalliam urbem in Umbria, non procul a Metauro amne.

Quæstor<sup>11</sup> obtigit P. Cornelio Scipioni<sup>12</sup> Africano, consuli :<sup>i</sup> cum quo non pro sortis necessitudine<sup>13</sup> vixit.<sup>j</sup> Namque<sup>14</sup> ab eo perpetua<sup>15</sup> dissensit vita.<sup>k</sup> Ædilis plebis<sup>16</sup> factus est<sup>l</sup> cum C. Helvio. Prætor provinciam obtinuit Sardiniam,<sup>m</sup> ex qua quæstor<sup>n</sup> superiore tempore ex Africa<sup>17</sup> decedens, Q. Ennium<sup>18</sup> poëtam deduxerat :<sup>o</sup> quod non minoris existimamus,<sup>19</sup> quam quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum.

*Asdrub....Annib.* Ed. Schot. ubique, Mag.—11 *Questor* Ed. Med. Arg. In Med. ubique pro *æ* est *e*.—12 *Corn. Scipioni* aberant a Ms. Boecl. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Med. Arg. Long. Mag. Schot. Steph. Gebh.—13 *Necessitudinem* Ms. Voss. 3.—14 *Namque* Ed. Schot.—15 *Perpetuo* Ed. Schot.—16 *Ædis plebi* Ms. Voss. 3. *Edilis pl.* Ed. Med. Arg. *Mox Helvio eadem* Edd.—17 *Affrica* Ed. Med. ubique.—18 *Omnium* Ms. Voss. 3.—19 *Æstimamus* Ed. Mag. Lamb. Schott. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Tzschuck. 1. 2. Brem.] recte, credo.

## NOTE

<sup>i</sup> *Quæstor obtigit P. Cornelio Scipioni Africano, consuli*] Catonem Scipioni Quæstorem fuisse testatur Livius *Annal.* xxix. Iterumque Cethego et Tuditano Consulibus, ut testatur Cic. in Bruto.

<sup>j</sup> *Cum quo non pro sortis necessitudine vixit*] Quandoquidem, ut refert Cicero pro Plancio, et in Verrem 1. Prætores aut Consules liberorum loco habebant Quæstores.

<sup>k</sup> *Namque ab eo perpetua dissensit vita*] Cujus rei testimonio hæc sunt Livii verba xxxviii. ‘Morte Africani crevere inimicorum animi; quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui, vivo quoque eo, allatrare ejus magnitudinem solitus erat.’

<sup>l</sup> *Ædilis plebis factus est*] Ædiles plebis dicti sunt, quod ædes sacras et privatas curarent: ii quoque curatores erant urbis, annonæ, ludorumque solennium. Duo tantum ab initio fuerunt. Pomp. lib. 11. de Orig. Juris. Postea vero, ex Julii Cæsaris instituto, sex creati sunt, duo Patricii, qui Cereales dicti sunt, et quatuor ex plebe.

<sup>m</sup> *Prætor provinciam obtinuit Sardi-*

*niam*] Penes Prætores omnis publici privatiq; juris erat potestas, ut et novum jus condere, et vetera abrogare: primo quidem unus creatus est; cui suffectus alter propter concursum advenarum, et eorum multitudinem, hincque dictus est Prætor extraneus seu peregrinus. Deinde postquam Sardiniam, Siciliam, Hispaniam, et Narbonensem provinciam subegerunt Romani, tot instituti sunt Prætores, quot erant subactæ provinciæ. Quod spectat ad Sardiniam, insula est maris Libyci, sic dicta a Sardo quodam Herculis Africani filio, teste Pausania in Phocicis.

<sup>n</sup> *Ex qua quæstor*] Magistratus pecuniæ publicæ præpositus. Præterea dicitur, qui præest judiciis exercendis, et maleficiis puniendis.

<sup>o</sup> *Q. Ennium poëtam deduxerat*] Hic Tarentinus fuit, si Eusebio credimus; sed Pomponius Mela eum esse Calabrum scribit, cui suffragatur Silius: ‘Miserunt Calabri, Rudiaë genere vetustæ.’ Hunc quoque Cic. pro Archia Poëta, Ennium Rudium hominem vocat.

2. Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco, sorte provinciam nactus Hispaniam<sup>p</sup> citeriorem, exque ea<sup>1</sup> triumphum deportavit.<sup>2q</sup> Ibi cum diutius moraretur, P.<sup>3</sup> Scipio Africanus consul iterum, cujus in priore<sup>4</sup> consulatu quaestor fuerat, voluit<sup>5</sup> eum de provincia depellere,<sup>6r</sup> et ipse ei succedere. Neque hoc per senatum efficere potuit,<sup>5</sup> cum quidem Scipio in civitate principatum obtineret: quod tum non potentia, sed jure republ.<sup>7</sup> administrabatur. Qua ex re iratus senatui, consulatu peracto,<sup>8</sup> privatus in urbe mansit. At Cato, censor cum eodem Flacco factus, severe



1 *Ex qua* Ed. Schot. Steph. Gebh. [Wetz.].—2 Sic Ms. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Sed *reportavit* Ed. Schot.—3 *Quod P. Scipio* Ed. Med. Long. Mag. *quod Scipio* Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Arg. Schot.—4 *Priori* Ed. Med. Arg. Long. Schot. Steph. Gebh.—5 *Noluit* Ms. Voss. 2.—6 *Pellere* Ms. Voss. 3. [Paulo post, *quod tunc* (h. e. illo tempore) *non pot.* edidit Tzschuck.]—7 *Res p.* Ed. Med. Arg. ubique. Statim *ministrabatur* Ms. Voss. 3.—8 [*Iratus, senatu peracto* Edd. ante Hensing. et Ed. Stav. 1. 2. Wetz. Paufl. Nec codd. dissentiunt. Sed hæc depravata esse, negat nemo. Hensing. igitur recepit in textum Bösii conjecturam, *iratus senatui, consulatu peracto*, eumque secuti sunt Stav. in ed. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. At Ithe (qui contra Harl. de nota P. C. h. e. *post consulatum* quædam monuit,) Cell. et Brem. Pighii conjecturam adoptantes, *ejecto τῶν senatui*, ediderunt *iratus, consulatu peracto*. Hensing. etiam coniecit, *iratus senatui, post consulatum privatus in urbe mansit*; suspicatus, librarios in priscis membranis notam P. C. forte reperisse et pro *peracto* scriptam credidisse, atque hoc nobis substituisse. Mihi vero arridet Pighii suspicio, *iratus, consulatu* (quod voc. in codd. forsan exaratum fuit *csatu*, quod, neglecto vel eraso c, transit in τὸ *senatu*,) *peracto*. Valde ingeniosa eruditique explicita est emendatio Kappii: *iratus senatu* (pro *senatui*) *anno peracto*

#### NOTE

<sup>p</sup> *Sorte provinciam nactus Hispaniam*] Consulibus creatis provinciæ nominabantur, ut eas ipsi vel inter se compararent, vel sortirentur, quos ire ad bellum, quos præesse exercitibus oporteret. Vide Livium lib. XXXIII. cujus hæc sunt verba: 'L. Valerius, et M. Porcius Cato, quo die magistratum inierunt, de provinciis cum ad Senatum retulissent; Patres censuerunt, cum in Hispania tantum glisceret bellum, ut jam consulari et duce et exercitu opus esset; placere Consules Hispaniam Citeriorem et Italiam provincias, aut comparare

inter se, aut sortiri.'

<sup>q</sup> *Exque ea triumphum deportavit*] Triumphasse Catonem testatur Appianus in Ibericis, et Plutarchus in vita ejus; qua de re utrumque consule.

<sup>r</sup> *Voluit eum de provincia depellere*] Propter simultates et repugnantias utriusque, de quibus paulo supra.

<sup>5</sup> *Neque hoc per senatum efficere potuit*] Testatur paulo aliter Plutarchus; scribitque, solummodo Scipionem non potuisse assequi, ut Catonis acta Senatus improbaret, sed Hispaniam provinciam obtinuisse.

præfuit ei potestati.<sup>u</sup> Nam et in complures nobiles animadvertit,<sup>v</sup> et multas res novas in edictum addidit, qua re luxuria reprimeretur, quæ jam tum incipiebat pullulare.<sup>9</sup> Circiter annos octoginta<sup>10w</sup> usque ad extremam ætatem ab adolescentia, reipubl. causa suscipere inimicitias<sup>11</sup> non destitit. A multis tentatus,<sup>s</sup> non modo nullum detrimentum existimationis fecit, sed, quoad<sup>12</sup> vixit, virtutum laude crevit.

3. In omnibus rebus singulari fuit prudentia<sup>1</sup> et industria. Nam et agricola solers,<sup>y</sup> et reipubl. peritus, et jurisconsultus,<sup>2</sup> et magnus imperator, et probabilis orator,<sup>z</sup> et cupidissimus<sup>3</sup> literarum fuit. Quarum studium etsi<sup>4</sup> senior arripuerat, tamen tantum [in eis]<sup>5</sup> progressum fecit, ut non facile reperire possis,<sup>6</sup> neque de Græcis neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adolescentia confecit

privatus in urbe mansit, nempe non perpetuo, sed aliquamdiu.]—9 *Pullulare* Ms. Voss. 2. Ed. Med. *pullare* Ms. Leid. 2.—10 *Octoginta* Ms. Voss. 2. Ed. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. *et circiter annos octoginta* suspecta sunt Bos. et uncis inclusa in Ed. Heus. [Stav. 3. Heinr. Wetz. Tzschuck. 2. Schmied. Haud inepta est Bremii conjectura *circiter annos septuaginta*, quod in cod. quodam per notam expressus numerus LXX, facile corrumpi et mutari potuerit in LXXX.]—11 *inimicitias* Ed. Med. Mox *tentatus* Ed. Med.—12 *Quo ad* Ed. Arg.

1 *Prudentia* aberat a Ms. Voss. 3. unde Heusinger. verba *prud. et* inclusit uncis.—2 *Peritus jurisc.* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Med. Arg. Long. Mag. Schot. *peritus [et] jurisc.* Ed. Heus.—3 *Concupidissimus* Ms. Voss. 3.—4 *Et* Ms. Boecl. Leid. 2.—5 *In eis* aberant a Ms. Boecl. Voss. 1. 3. Ed. Med. Arg. Long. Mag. Schot. Steph. Gebh. Unci absunt ab Ed. Lamb. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Tzschuck. 2. Ith. Wetz. Schmied. Heinr. Additi sunt in Ed. Bos. 2. Heus. Stav. Harl. Tzschuck. 1. Brem.]—6 *Reperiri possit* Ms.

## NOTE

<sup>u</sup> *Severe præfuit ei potestati*] Unde illi Censorium nomen inditum est. Hinc Lucanus de Catone ipso scripsit, 'rigidi servator honesti.'

<sup>v</sup> *Nam et in complures nobiles animadvertit*] Vide Livium xxxix. et Sext. Aurelium Victorem in Catone Censorio.

<sup>w</sup> *Circiter annos octoginta*] 'Octogenuarius erat cum Galbam accusavit, accusator assiduus malorum.' Idem Aurel. Victor, ibidem.

<sup>x</sup> *A multis tentatus*] 'Ipse quadra-

gies quater accusatus, gloriose absolutus.' Idem ibid. Immo et Plutarchus fere quinquages accusatum fuisse scribit.

<sup>y</sup> *Nam et agricola solers*] Id patet ex libris quos scripsit de re rustica.

<sup>z</sup> *Et probabilis orator*] Alii legunt, *probatissimus orator*. Oratorem autem fuisse patet ex hoc Plinii textu lib. vii. Cato tres summas in homine res præstitisse existimatus est, optimus orator, optimus imperator, optimus senator.

orationes.<sup>a</sup> Senex scribere historias<sup>7</sup> instituit; quarum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum pop. Rom. Secundus et tertius, unde quæque civitas orta sit Italica: (ob quam rem omnes *Origines* videtur<sup>8</sup> appellasse.<sup>b</sup>) In quarto autem bellum Pœnicum<sup>9</sup> primum; in quinto secundum, (atque hæc omnia capitulatim sunt dicta,) reliquaque<sup>10</sup> bella pari modo persecutus<sup>11</sup> est, usque ad præturam Ser. Galbæ,<sup>c</sup> qui diripuit<sup>12</sup> Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. In iisdem<sup>13</sup> exposuit, quæ in Italia Hispanisque viderentur admiranda. In quibus multa<sup>14</sup> industria et diligentia comparet, multa doctrina. Hujus de vita et moribus plura in eo libro<sup>d</sup> persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus rogatu Titi Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen delegamus.<sup>15</sup>

//////////

Voss. 1. 3.—7 *Histor. scribere* Ed. Med. Arg. Long. Mag. Lamb. Schot. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Tzschuck. 1. 2. Brem.] [Paulo post Heinr. et Paufl. dederunt *civit. orta sit Italia*, et exposuerunt *in Italia*.]—8 *Videretur* Ed. Long.—9 *Punicum* [Ms. Thott. probatque Schlegel. l. c. p. 68.] Ed. Long. Mag. Lamb. Patav.—10 *Reliqua* Ed. Schot. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—11 *Prosecutus* Ed. Mag. Schot. sic mox *prosecuti*; etiam Ed. Med. Arg. Long. Deinde *Sergii Galbæ* Ed. Med. Arg. Long. Mag.—12 *Deripuit* Ms. Boecl. Voss. 2. Ed. Med. Arg. Long.—13 *Eisdem* Ed. Schot. Mag. *hisdem* Ms. Leid. 2. Ed. Med. Arg. Long.—14 *Nulla* Ms. Voss. 1. 3.—15 Sic Ms. Sav. Put. Gif. Voss. 2. 3. Leid. 2. [Ed. Long. Lamb. Bos. Stav. Tzschuck. Harl. Ith. Paufl. Breun. Wetz.] Sed *relegamus* Ms. Voss. 1. Ed. Mag. Schot. Steph. Boecl. Keuch. [Heusing. Bipont. Heinr. Schmied. et al. apud Heusing.]—Extrema hac vita in Ed. Arg. leguntur verba literis majusculis hæc: *Finis Æmilii Probi de vitis excellentium imperatorum.*

#### NOTE

<sup>a</sup> *Ab adolescentia confecit orationes*] Quæ citantur a Cicerone et Gellio.

<sup>b</sup> *Ob quam rem omnes Origines videretur appellasse*] De his lege Cic. in Catone.

<sup>c</sup> *Usque ad præturam Ser. Galbæ*] Galba ille dictus est Servius, non Sergius, quia erat Sulpiciæ Gentis non Sergiæ, vir Consularis, ut patet ex his Suctonii verbis: ‘Servius Galba consularis, temporum suorum elo-

quentissimus; quem tradunt Hispaniam ex prætura obtinentem, xxx. Lusitanorum millibus perfidia trucidatis, Viriatiini belli causam extitisse.’ Extat reprehensio Rutilii Rufi in Serv. Sulpicium Galbam apud Cic. de Oratore lib. 1. De eodem Servio Galba loquitur Valer. Max. lib. ix. 6.

<sup>d</sup> *In eo libro*] Qui non apparet; sed ejus fragmentum elegans extat apud Gellium lib. 11. 8.



## XXV.

# VITA T. POMPONII ATTICI,

EX CORNELIO NEPOTE.<sup>1</sup>

### ARGUMENTUM.

CAP. 1. Natus patre generoso, nactus est præclaras dotes. 2. Athenas se confert. Athenienses pecunia sublevat. 3. Athenis ante alios carissimus. 4. Sullæ acceptus, Romam remigrat. 5. Q. Cæciliî hæres ex dodrante. Ejus cum Cicerone et Hortensio rara amicitîæ copula. 6. Honoribus, litibus, præfecturis abstinens, soli dignitati servit. 7. In civili bello neque Pompeium neque Cæsarem offendit. 8. Occiso Cæsare, Brutum pecunia adjuvat. 9. Ne Antonio quidem infestus est; sed ejus uxori et liberis opitulatur. 10. Antonius officiorum Attici memor. 11. Proscriptis plurimis auxilio est. 12. Vipsanio et Antonio tantum utitur in deprecandis amicorum periculis. 13. De vita Attici privata. Bonus paterfamilias et civis. 14. Ejus cœna, semper lectione condita: prudens pecuniæ usus. 15. Mendacii osor et laboris amans. 16. Senibus adolescens et adolescentibus senex pariter jucundus. 17. Ejus pietas in matrem. 18. Antiquitatis amor. 19. Morum elegantia pervenit in affinitatem divi Julii. 20. Cæsaris et Antonii cum Attico familiaritas. 21. Extremus ejus morbus. 22. Ejus mors et sepultura.

---

T. POMPONIUS<sup>2</sup> ATTICUS,<sup>3</sup> ab origine ultima stirpis Ro-

<sup>1</sup> Vita....Nepote. Ita etiam Ed. Arg. Lamb. Sed *Vita T. Attici Pomponii ex Cornelio Nepote* Ed. Med. [Stav. Harl. *Titi Pomponii Attici vita per Cornelium Nepotem* Ed. Long.] *Historiarum Latinarum Cornelii Nepotis vita Attici* Ms. Mendos. *Ex libro Cornelii Nepotis de Latinis historicis* Ms. Gif. [Ita quoque cod. Guelpherbyt. in quo statim subjectum legitur: *incipit vita Attici*: v. Jac. Fr. Heusing. dissert. de Cornelii Nepotis fragm. adjectam ejus edit. Fl. Mallii Theodori de metris lib. p. 109. isque p. 123. annotat in Corneri exemplaribus Attici vitæ hæc verba præmitti: *Vita T. Attici Pomponii ex Cornelio Nepote*. Cod. Guelpherb. lectionem probat Schlegel. in Add. ad diss.

manæ<sup>3b</sup> generatus, perpetuo a majoribus acceptam<sup>4</sup> eques-

~~~~~

cit. quia scripta Attici historica satis ample a Cornelio exponantur, atque retractat opinionem, ab ipso in diss. p. 13. med. prolatam, vitam Attici esse non nisi partem operis Corneliani de viris illustribus. Paufler etiam præmisit inscriptionem: *Vita Titi Pomponii Attici ex libro Cornelii Nepotis de Latinis Historicis.*] Chartac. Ms. Paris. 1863. fol. sæc. 15. in catal. codd. Mss. gr. bibl. Paris. reg. tom. 11. p. 412. inscriptionem: *Vita Pomponii Attici ex Corn. Nepote*, præ se fert. *Pomponii Attici viri illustris vita per Cornelium Nepotem composita* Ed. Brix. *T. Pomponii Attici vita* Ed. Schot. Ab Mag. abest *vita Attici*. In Ed. Patav. *Titus Pomponius Atticus*. In Ms. Mendos. sequebatur vitam Attici vita Catonis, et in Ms. Voss. 3. erat omnium prima. A Ms. Voss. 2. aberat. *T. Pomponii Attici vita ex Cornelio Nepote* Ed. Heus. [Ith. Wetz. Heinr. Tzschluck. Bipont. Schmied. *Atticus* ed. Brem. Ex tanta inscriptionis in scriptis editisque libris varietate facile perspicitur, illam pro lubitu librariorum aut editorum vitæ esse præfixam. Præter edd. memoratas in manibus habeo vetusta duo exemplaria, formulis typographicis descripta, in quibus quoque inest vita T. Pomp. Attici, et quorum varias lectiones inserui. Alterum sine nota loci, anni, et typographi, ulloque signo typographico, in forma maxima continet vitas Plutarchi parallelas, a variis in linguam Latinam translata. His sub finem inserta est T. Pomp. Attici vita, præfixa inscriptione: *Incipit vita Pomponii Athici Clarissimi viri E greco sermone in latinum Per Cornelium Nepotem Translata.* (Hoc exemplar diversum esse videtur ab iis, quæ pariter habent collectiones vitar. Plut. Latine a variis factarum, et a Schlegel. in lib. mem. p. 28. sqq. late sunt descripta, et ex quibus varias vitæ Attici lectiones idem notavit. Quædam tamen vitæ in illo etiam exemplari traductæ dicuntur in latinum linguarium. Incipit a vita Niciæ et Crassi. Foran ductum fuit ex vetust. Schlegelii exemplari.) Alterum ab initio inscriptum est: *Hoc in volumine hæc continentur Epistola ad Augustinum Mapheum per Bartholomeum salicetū Bononiensem: et Ludovicū Regiū Corneliensem. M. T. C. epistolarū et brutū liber unus.* (Sequuntur in volumine, in titulo haud memorati, *M. T. C. ad Quint. fratrem tres libri.*) *M. T. C. ad Octavium epistola. M. T. C. epistolarū ad T. Pō. Atticum libri XVI. T. P. Attici vita per Cornelium nepotem, &c.* In calce: *Venetiis mccccxcix. die XII. Jun. in fol.* Inscriptio ipsa vitæ Attici præmissa, eadem est, quæ legitur in fronte voluminis. Prius opus citatur *Ed. ant.* posterius autem *Ed. Ven.* Add. Harles. not. ad nostrum locum.

2 *Pomp.* omisso prænomine Ed. [ant.] Brix. [Ven.] Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Bos. 1.—3 *Romano* Ms. Leid. 2. [Rutgers. in varr. lectt. libr. 11. c. 8. coniecit *ab origine ultima stirpis Romæ generatus*, vel *Romano genere natus*, quæ posterior emendatio placuit Ernstio. Atque statim] τὸ generatus inclusit unci Heusing. [eumque secutus est Ith. Heusing. tamen sententiam, copiose explicitam, docte lateque refutavit Staver. ad ed. 3. qui quidem locum esse iudicans mutilatum, τὸ gener. signis parentheses inclusit. Attamen Kappius in Opuscul. Harles. p. 466. bene tuitus τὸ generatus, locum sic in-

#### NOTE

<sup>a</sup> *T. Pomponius Atticus*] De quo jam in præfatione. Porro gens Pomponia familias habuit Bassorum, Secundorum, Labeonum, et Atticorum: quod si ita est, male opinatur Manucius, eum ideo Atticum dici, quia sic Græce loquebatur, ut Athenis natus

videretur: id nihilominus Cic. confirmat auctoritate sua lib. v. de Finibus, his verbis: 'Ita enim Athenis se collocavit, ut sit pæne unus ex Atticis, ut id etiam cognomine videatur habiturus.'

<sup>b</sup> *Ab origine ultima stirpis Romanæ*]

trem obtinuit dignitatem.<sup>c</sup> Patre usus est diligente,<sup>5</sup> indulgente, et, ut tum erant tempora, diti, in primisque studioso literarum. Hic, prout ipse amabat literas, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas impertiri<sup>6</sup> debet, filium erudit. Erat autem in puero, præter docilitatem ingenii, summa suavitas oris ac vocis,<sup>7</sup> ut non solum celeriter<sup>8</sup> acciperet, quæ tradebantur,<sup>a</sup> sed etiam excellenter pronuntiaret.<sup>9</sup> Qua ex re in pueritia nobilis<sup>10</sup> inter æquales ferebatur, clariusque

<sup>a</sup> *Ut non modo sine mora conciperet quæ docebatur.*

interpretatus est: 'T. Pomp. Atticus, qui generatus est ab antiquissima familia gentis Romanæ, per omnem vitam retinuit equestrem dignitatem a majoribus acceptam, neque ad senatoriam aspiravit dignitatem.' Asserunt quoque Nepoti illud vocab. Bremi et Schmied. cum primis Paufler. In Novis Miscell. Lipsiens. tom. III. p. 669. sqq. I. C. S. vocc. singula sic ordinat et copiose illustrat: T. P. A. generatus stirpis ab ultima origine Romanæ, atque subintel- ligit homo. Num id multis persuaserit, equidem nescio et fere dubito. Bosium olim in prima quidem edit. legisse divisim genere natus, notat culpate Gebhard. Sed in altera edit. Bosius neque in contextu, neque in sua annotatione ad h. l. illius meminit lectionis. Lambinus jam delendum putabat τὸ generat. Add. Barth. Advers. 42. 29.]—4 *Acceptam* Ed. Brix. Statim *aquestrem* Ed. Med. [Tum *optinuit* Ed. Ven.]—5 *Usus diligente, et ut tum erant tempora diti* Ms. Medic. *usus est indulgente et ut t. e. t. d.* Ed. Brix. [*usus est indulgente*, omisso τὸ diligente, Ed. vetust. Schleg. (qui haud improbat,) et antiq. Sed *diligente* Ed. Jens. cum Epp. Cic. ap. Schleg. Atque *indulgente* haud male omitti, opinatur Tzschuck. Vocis id includendum tanquam glossema, arbitrabatur censor in Neu. Leipz. L. Z. a. 1804. p. 1742. sqq. *ut cum er. t.* Ed. ant. *ut tunc er. t.* Ed. Tzschuck.]—6 *Impartiri* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. [antiq.] Arg. Heus.—7 Sic etiam Ms. Mendos. Sed *atque vocis* Ed. qu. [Weiz. *et vocis* Ed. Long.]—8 *Celeriter* aberat a Ms. Mend. [Ed. vet. Schleg. et ant.] Statim *acciperet* Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. Ed. Brix. [vet. Schlegel. et ant. Long. Bos. 2. Stav. et plurr. seqq.] Sed *arriperet* Ed. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. [Schmied.]—9 *Pronunciaret* Ed. Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Keuch. Bos. 1.—10 *Ita* Ms. Gif. Mendos. [Ed. ant. Lamb. Stav. et plurr. seqq.] Sed *quæ ex re pueritia nobilis vitæ* Mss. Medicæ.

## NOTÆ

Scilicet, regia: nam gens Pomponia originem suam referebat ad Numam Pompilium, qui inter quatuor filios unum Pomponem vocavit, a quo postea Pomponii dicti sunt; cumque esset ultimus, ideo hic dicitur *ab origine ultima*. Vel, ut aliis placet, *ultima*, pro *prima*, hic sumitur, ut apud Virgil. Æneid. VIII. de Saturno, primo Latini regis progenitore, loquens, ait: 'qui sanguinis ultimus auctor.' *Ultimus* enim, quasi ultra omnia, sive

retro sive ante respicias.

<sup>c</sup> *Equestrem obtinuit dignitatem*] Non Senatoriam recusando, sed eam non affectando; quia eam recusantibus altera adinebatur. Sueton. Equestres autem dignitatis hæc erant ornamenta et insignia, equus publice datus, et annulus aureus. Census vero ad hunc ordinem obtinendum requirebatur quadringentorum millium nummorum: hic ordo medius erat inter patricios et plebeios.

exsplendescibat, quam<sup>11</sup> generosi condiscipuli animo æquo<sup>12</sup> ferre possent.<sup>b</sup> Itaque incitabat omnes studio suo:<sup>13</sup> quo in numero fuerunt L. Torquatus, C. Marius<sup>d</sup> filius,<sup>14</sup> M. Cicero; quos consuetudine sua<sup>15</sup> sic sibi devinxit, ut nemo iis<sup>16</sup> perpetuo fuerit carior.

2. Pater mature decessit. Ipse adolescentulus,<sup>1</sup> propter affinitatem P. Sulpicii, qui Tribunus<sup>2</sup> pleb. interfectus est, non expers fuit illius periculi. Namque Anicia,<sup>3</sup> Pomponii consobrina, nupserat M. Servio,<sup>4</sup> fratri P. Sulpicii.<sup>e</sup> Itaque interfecto P. Sulpicio,<sup>5</sup> posteaquam vidit, Cinnano tumultu<sup>f</sup> civitatem esse<sup>6</sup> perturbatam, neque sibi dari facultatem pro dignitate vivendi, quin<sup>7</sup> alterutram partem

<sup>b</sup> *Splendidiusque emicabat, quam id a generosis scientiarum æmulis sine invidia ferri valeret.*

~~~~~  
*qua re in p. n.* Ms. Leid. 2. [*qua ex re pueritia nobis* Ed. Ven. *qua ex re pueritia nobilis* Ed. Long. *Qua ex re, puer ita, nobilis* tentabat Ernst. et Ith. in textum recepit.] Mox *æqualis* Ms. Leid. 2. *æqualcis* Ed. Long. Lamb. Schot.—11 *Quod gen.* Ms. Voss. 3. [Ed. vet. Schleg. et ant.] ut Cat. 1.—12 Sic etiam Ms. Mendos. [et edd. plurimæ:] al. *æq. anim.*—13 Sic etiam Ms. Mendos. [Ed. ant. et rell. fere omnes.] Sed *suo studio* Ed. Gebh.—14 Sic etiam Ms. Mendos. Sed *C. Silus* Ms. Leid. 2. *C. Marii filius* Ms. Voss. 1. [*C. mari. F.* Ed. ant. *C. Marii filius* Ed. Ven.] *C. Marii F.* Ed. Med. Arg. Long. *C. Marius. C. filius R.* Ms. Voss. 3. *C. Marius C. filius* Ed. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1.—15 [*Sua* abest ab ed. vet. Schleg. et ed. ant. in quibus quoque legitur *dejunxit* loco *devinxit.*] Mox *sibi* aberat a Ms. Gif.—16 *His* Ed. Brix. Med. Arg. [*hiis* Ed. ant.] Statim *perpetua* Ms. Voss. 1. 3.

1 *Adul.* Ed. Med. Arg. ubique.—2 *Tribu.* Ed. Arg. [*Tr. Pl.* Ed. Long.]—3 *Antia* Mss. Medicc. Ed. Brix. [ant. et vet. Schleg.] *Antea* Ms. Voss. 3. *Anitia* Ed. [Ven.] Med. Arg.—4 Ita Mss. Medicc. Voss. 1. 3. Leid. 2. [Ed. antiq. et Ven. Long. Bos. 2. Stav. et seqq.] Sed *M. Serrilio* Ms. Leid. 1. *M. Servio Sulpicio* Ed. Lamb. Schot. *Servio* Ed. Bos. 1. conf. Reines. Epp. ad Rupert. p. 584. Statim *fratri Sulpicii* Ms. Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. Ed. Brix. [vet. Schleg. in qua tamen scribitur *Sulpitii*, Ed. antiq. in qua antem scribitur modo *Suplitius*, modo *Supplicius*;) Med. Arg. Long. Keuch. Heus. Patav. [Ith. Stav. 3. Schmied. Heur. *fratri sulpici* Ed. Ven.] In Ed. Med. Arg. [Ith.] scribitur *Sulpitius* ubique.—5 *Interf. Sulp.* Ed. Brix. Med. Arg. Long. Bos. 1. Keuch. Heus. [Ven. Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Ith. Brem. Heindr. Schmied. *interf. Suplitio* Ed. antiq. in qua statim excusum legitur *posteaquam.*]—6 *Esse* aberat a Ms. Voss. 3. idemque mox *sibi clarum fac.*—7 *Cum alt.* Ms. Leid. 2. tum *dissotiat* Ed. Med. [In Ed. antiq. interpungitur et legitur:

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *C. Marius*] Is Caius Marius C. Marii, septies consulis, filius fuit.

<sup>e</sup> *P. Sulpicii*] Clarissimi oratoris; sed cum tribunus plebis esset et perniciosas leges auctore Mario ferre

vellet, occisus est. Cic. Catilin. III. et lib. III. de Oratore.

<sup>f</sup> *Cinnano tumultu*] Quantas turbas excitaverint in repub. Sylla, Marius, et Cinna, nemo nescit, qui vel tan-

offenderet, dissociatis animis civium, cum alii Syllanis, alii Cinnanis<sup>8</sup> faverent partibus; idoneum tempus ratus studii obsequendi suis, Athenas se contulit. Neque eo secius<sup>9</sup> adolescentem Marium, hostem judicatum, jovit opibus suis;<sup>10</sup> cujus fugam pecunia sublevavit.<sup>11</sup> Ac, ne<sup>12</sup> illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari,<sup>13</sup> eodem magnam partem fortunarum trajecit suarum. Hic ita vixit,<sup>14</sup> ut universis Atheniensibus merito esset carissimus. Nam, præter<sup>15</sup> gratiam, quæ jam in adolescentulo<sup>16</sup> magna erat, sæpe<sup>17</sup> suis opibus inopiam eorum publicam levavit. Cum enim versuram<sup>18</sup> facere publice necesse esset,<sup>8</sup> neque ejus conditionem æquam<sup>19</sup> haberent;<sup>c</sup> semper se interposuit, atque ita,<sup>20</sup> ut neque usuram unquam<sup>21</sup> ab iis acceperit, <sup>22</sup> neque longius, quam dictum esset, eos<sup>23</sup> debere pas-

<sup>c</sup> Cum enim publica necessitas ea esset, ut æs alienum alieno dispungeretur, nisi majori favore id fieri posset.

*offenderet. Dissoc. an. civium: quorum alii Syllanis.* In Ed. vet. Schleg. extat quoque *quorum alii Syllanis.* Atque] *Syllanis* etiam Mss. Medicæ. *Sullanis* [Ed. Ven. Long.] Gebh. Heus. Stav. 2. 3. Patav. [Harl. Tzschuck, et rell. *Syllanis* in Ed. Lamb. Bos. aliisque: v. Cellar. Orthogr. Lat. ed. Harles.]—8 *Cynanis* Ed. Med.—9 *Secus* Ed. Arg. *Statim adul.* Ed. Med. Arg. ubique.—10 *Opibus jurit suis* Ms. Mendos. *jurit operibus suis Athenas.* Ms. Voss. 3. *virit op. suis* Ed. Med.—11 [*Ciris fug. pecuniis sublev.* Ed. antiq. Atque *pecuniis subl.* etiam Ed. vet. Schleg. item] Ms. Mendos. Voss. 1. 3. Ed. Brix.—12 [*At ne* Ed. Bos. 2. Stav. Harl. Tzsch. 1. Wetz.] *Sed ac ne* Ed. [vet. Schleg. item ant. et Ven.] Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Hensing. [Tzschuck. 2. Ith. Heinr. Schmied. *Atque ne* Ed. Brem.]—13 *Ferret rei familiari* Ms. Voss. 3. *afferr. rei familiaris* Ms. Med. 1.—14 *Sic itaque vixit* Ms. Medic. 2.—15 *Propter* Ms. Voss. 3.—16 *Adol.* omissa præpositione Ed. Gebh. Keuch. [*in adulesc.* Ed. ant.]—17 *Sic* Ed. [antq. et vet. ap. Schlegel. it. Venet.] Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. [Ith. Brem. Wetz. Tzschuck. 1. 2. Harl. Heinr. Schmied. Paufl. *sæpius* Ed. Bos. 2. Stav.]—18 *Ita* Ms. Gif. Sav. Put. [Ed. vet. Schleg. qui notat lect. *quoniam en. vers.* Lamb. Bos. 2. et seqq.] *Sed usuram* Ms. Leid. 1. Voss. 1. 3. Mendos. Ed. [ant. in qua extat *quoniam enim usuram*; Ven.] Brix. Med. Arg. Long.—19 *Æque* Ms. Mendos. Medic. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [vet. Schleg. et ant. in qua excusum est *eque*:] *æque ante* Ms. Leid. 2.—20 *Ita*, omisso τῶν *atque*, Ed. Brix. [vetus ap. Schlegel. qui probat omissionem, et antiq. at ed. 1470. ap. Schleg. exhibet *atque*.]—21 *Unquam* aberat a Ms. Mendos. Medic. 2. Ed. Brix. [antq. item vet. ap. Schleg. cui id placet: sed Ed. 1470. ap. eundem præbet τὸν *unquam*, it. Ven.]—22 *Accepit* Ed. Brix. [*acceperit* Ed. Ven.]—23 *Æs debere* Ms. Mendos. *debitum debere* Ms. Medic.

## NOTE

tillum historiam Rom. delibaverit.

<sup>8</sup> Cum enim versuram facere publice necesse esset] *Iti versuram facere dicuntur*, qui, mutato creditore, satisfaciunt ea pecunia, quam a novo acceperunt pari vel majori fœnore.

tur, qui, mutato creditore, satisfaciunt ea pecunia, quam a novo acceperunt pari vel majori fœnore.

sus sit.<sup>d</sup> Quod utrumque erat iis salutare. Nam neque indulgendo inveterascere eorum æs alienum patiebatur,<sup>e</sup> neque multiplicandis usuris crescere. Auxit hoc officium alia quoque liberalitate. Nam universos frumento donavit, ita ut singulis septem<sup>24</sup> modii tritici darentur: qui modus mensuræ medimnus Athenis appellatur.<sup>b</sup>

3. Hic autem sic se gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur. Quo factum est, ut huic omnes honores, quos possent, publice haberent, civemque facere studerent. Quo beneficio ille uti noluit.<sup>i</sup> Quod nonnulli ita<sup>2</sup> interpretantur, amitti civitatem Romanam, alia ascita.<sup>3</sup> Quamdiu affuit, ne qua sibi statua poneretur, restitit: absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi, et Phidiæ,<sup>4</sup>

<sup>d</sup> Neque ultra diem datam ad solvendum veniam dederit.

<sup>e</sup> Neque enim indulgentiæ suæ debita eorum prorogari sinebat.



1. *debere*, omissio τῶ εὐς, Ed. Brix. [vetust. probante Schlegel. antiq. et Ven.] Med. Arg. Long. [Heinr. Paufl.] *eos* uncis inclusit Hensing. [it. Stav. 3. et Schmied.]—24 Sic etiam Ms. Medic. 2. Gif. Mendos. Leid. 1. Voss. 1. [Ed. antiq. ac Ven. Long. Bos. 2. et seqq.] Sed *sex* Ed. Lamb. Boecl. Patav. ut Matius coniec. Annot. cap. 35. p. 136. in Triga opusculi crit. rar. [Periz. ad Ælian. V. H. 6. cap. 12. videtur prætulisse *sex modii.*] VI. Ed. Gebh. Kench. Bos. 1. Mox *Modius* Ms. Medic. 2. Ed. [Ven.] Arg. Lamb. Dein *medimnus* Ms. Leid. 2. Conf. Hemsterh. ad Aristoph. Plutum p. 345. sq.

1 *Eo benef.* Ed. Oxon. [Mox *uti voluit* Ed. vet. Schleg. et antiq.]—2 *Ita* abest ab Ed. Boecl.—3 Sic Ed. [antiq. et Ven.] Med. Arg. Lamb. Schot. [asseita Wetz.] Ceterum Hensing. r. præeunte I. M. Gesnero in præf. ad Enchiridion, Gottingæ 1745. 8vo. verba, *quod non...adscita*, ut glossam, inclusit uncis. [Idem senserunt atque fecerunt Brem. ac Schmied. Conf. Cic. pro Cornel. Balbo cap. 11.]—4 Sic Ms. Mendos. Sav. Put. Gif. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [Long. Bos. et seqq. *phidie* Ed. antiq. et Ven.] Sed *Phydæ* Ms. Leid. 2. *Pilio* Ms. Ernst. *Pilia* Ed. Lamb. Schot. Kench. *aliquot Pnyce et Pæcile locis* Ed. Gebh. quæ fuit conjectura Rutgersii in Lectt. varr. v. 1. p. 449. sqq. *Fidie* Ms. Schopp. v. ejus Verisimilia III. 8. p. 109. *ipsi et Fidei* coniecit Taylor ad Demosth. tom. II. p. 596. s. tom. I. Æsch. p. 363. ed. Reisk. [*Ipsi et Philia*, h. e. τῆ Φιλία, Amicitia, quasi Divæ, coniecit et in textum admisit Gesner, quam emendationem quasi optimam ac verissimam probat Heusing. sed Stav. ad ed. 3. in Nepote ferendam negat, et copiose de lec-

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Qui modus mensuræ medimnus Athenis appellatur*] Medimnum etiam dicitur, et utrumque Cicero usurpat. Medimnus autem genus mensuræ erat continens sex modios, teste Suida et aliis.

<sup>i</sup> *Quo beneficio ille uti noluit*] Ratio-

nem subjungit; nam reipsa jure Quiritium idem duarum civitatum civis esse non poterat. Cic. pro Cæcinnæ, et pro Cornelio Balbo; 'Duarum civitatum civis esse nostro jure civili nemo potest,' &c.

locis sanctissimis, posuerunt.<sup>j</sup> Hunc enim<sup>s</sup> in omni pro-  
 curatione reipubl. actorem auctoremque<sup>6</sup> habebant. Igitur  
 primum illud munus fortunæ, quod in ea potissimum urbe  
 natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperii,  
 ut eandem et patriam haberet et domum.<sup>7</sup> Hoc specimen  
 prudentiæ, quod, cum in eam civitatem se<sup>8</sup> contulisset,



tione disputat, defendit quoque *Phidiæ*, et intelligit familiarem Attici quen-  
 dam, ad eumque refert *Hunc in o. proc...habebant*. Idem rejicit conjecturam  
 Justi Lipsii, *ipsi et Fidei*, ante Taylorum in Electt. 1. 14. excogitatum. Add.  
 longas Harles. et Kapp. (qui *Hunc* referre malit ad Atticum,) annotationes.]  
 —5 *Nunc est* Ms. Voss. 3. [*Nunc enim* Ed. aut. et Ven.]—6 Sic etiam Ed.  
 [Ven. Long. Lamb.] Gebh. Boecler. [Stav. 1. 3. Ith. Wetz. Tzschuck.  
 Heindr.] Sed *auctorem auctoremque* Ms. Mendos. Ed. Brix. Stav. 2. [antiq.  
 Harl. Schmied.] *publicum actorem auctoremque* Ed. Med. Arg. *auctorem* [*acto-  
 remque*] Ed. Hens. [Stav. ad ed. min. legere jubet *auctorem auctoremque*, h. e.  
 inceptorum s. suasorem et perfectorem, laudatque Drakenb. ad Liv. II. 41.  
 10. Sed ad ed. 3. nihil mutandum censet et sequens *Hunc* ad Phidiam refert,  
 non ad Atticum, uti Hensing. fecerat, ideoque negarat, Atticum, cum non  
 esset Atheniens. civis, Athenis dici potuisse *actorem* in administratione civi-  
 tatis, cum *actores* ii tantum esse possent, quos leges publica negotia agere sine-  
 bant. Sed hæc nimis esse subtilia, et *Hunc* etiam ad Phidiam referendum  
 esse judicat Tzschucke.]—7 *Dominam* Ed. Lamb. Schot. Bos. 1. [Amstel.  
 Brem. at repugnat Tzschucke. quod non solum langueat hæc repetitio, sed et  
 disjiciat conuexorum rationem: *domus*, ait, est domicilium, sedes, tribus; et  
 civitatis jus innuit.] *Domum voluit* Ms. Mendos. Medic. 1. 2. Leid. 2. Voss.  
 1. 3. Ed. Med. Arg. [*domum voluerit* Ed. antiq. et vet. apud Schleg. qui hanc  
 lectionem probat. Stav. ad ed. min. optime emendatum esse judicabat a  
 Gronov. ad Liv. XXXIX. 36. 15. ‘eandem et patriam habuit et domum.’ Sed  
 in ed. 3. Bosianam lectionem secutus, edidit *quod in ea potiss. urbe natus, in  
 qua domicilium o. terr. esset imperii; ut eandem et patriam haberet et domum,  
 voluit*. Idem Stav. in Novis Misc. Observatt. tom. VI. p. 519. sq. jure reje-  
 cit audacem Withofii emendationem, in Encæniis critic. p. 211. propositam,  
*educatricem pro domum voluit*. Kappius tentat: *esset imperii...et eandem et pa-  
 triam habere et domum voluit*. Censor edit. Tzschucke. post *domum* posuit  
 colou, (quod tamen jam fecerat Hensing.) quia *illud munus fort. et hoc spe-  
 cimen prud.* sibi opponantur. Hensing. vero, qui in not. verba, *ut eandem...  
 domum*, resecanda arbitrabatur, in appendicula retractavit sententiam, sed  
 audacius emendare sustinuit: *Igitur primum illud munus fortunæ, ut in ea potis-  
 simum urbe natus, in qua domic. orbis terr. esset imperii, eandem et patriam haberet  
 et domum.*—8 *Se civitatem* Ed. [antiq. et Ven. Long.] Gebh. Patav.—9 Sic

## NOTÆ

<sup>j</sup> *Itaque aliquot ipsi, et Phidiæ, locis sanctissimis posuerunt*] Hic locus varie legitur, et plurimi reponunt, *Itaque aliquot ipsi, et Piliæ, &c.* Quod valde probò; nam Piliam Attici fuisse uxorem certum est ex Cicerone, et ejus

nuptiis affuisse ipsemet testatur Epist. lib. II. 3. ad Quintum fratrem, hancque nomine designat Epist. ad Atticum lib. IV. 4. item Epist. lib. XIV. 15. et alibi. Qui aliter legunt, nihil nisi obscuritatem offendunt.

quæ antiquitate, humanitate, doctrina<sup>9</sup> præstaret omnes,<sup>k</sup> unus ei ante alios fuerit carissimus.

4. Huc<sup>1</sup> ex Asia Sylla decedens<sup>1</sup> cum venisset, quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium, captus adolescentis et humanitate<sup>2</sup> et doctrina. Sic enim Græce<sup>3</sup> loquebatur, ut Athenis natus videretur. Tanta autem<sup>4</sup> suavitas erat sermonis Latini, ut appareret, in eo nativum quendam leporem esse, non ascitum. Idem poemata pronuntiabat et Græce et Latine,<sup>5m</sup> sic, ut supra nihil posset addi.<sup>6</sup> Quibus rebus factum est, ut Sylla nusquam<sup>7</sup> [eum] ab se dimitteret, cuperetque secum deducere.<sup>8</sup> Qui cum<sup>9</sup> persuadere<sup>10</sup> tentaret: 'Noli, oro te,' inquit Pomponius,<sup>11</sup> 'adversum eos me

//////////

etiam Ms. Mendos. [sed doctrinaque Ed. Ven. Long.] Mox ei unus Ed. [Ven.] Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Kench. Sed unus ei Ms. Mendos. Gif. Ed. [antiq.] Brix. [Bos. 2. et seqq.] Ab. Ed. Boecl. Bos. 1. abest τὸ εἰ.

1 Huc Ms. Voss. 1. Mox Sylla Ed. Brix. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. ubique: [Silla Ed. ant. Dein quoniam ibi fuit Ed. vet. Schleg. quoniam diu ibi fuit Ed. ant.] Mox decedens convcnisset Ms. Leid. 2.—2 Adol. hum. Ed. Kench.—3 Græce Ed. Med. Arg.—4 Enim Ms. Leid. 2. Statim erat suav. [Ed. Ven. Long.] Gebh. Kench. Patav. sed suavitas erat Ms. Mendos. Gif. Ed. [antiq.] Brix. Med. Arg. [Bos. et seqq.]—5 Et Græceque Latine Ms. Voss. 3.—6 Adii erat in Ms. Gif. Med. 1. 2. Leid. 2. Voss. 1. Mendos. [Ed. antiq. et Ven. Long. Bos. 2. Stav. 1. 2. et plurr. seqq.] Aberat a Ms. Voss. 3. Ed. Lamb. Schot. Boecl. Kench. Bos. 1. [Amstel.] Uncis inclusit Heusingerus, [item Stav. in ed. 3. nec improbat Wetz. sed bene tuetur Tzschuck.]—7 Sic Ms. Leid. 2. Gif. Schot. Ed. [antiq. et Ven.] Brix. Med. Arg. [Long. Lamb. Bos. et seqq.] Sed nunquam Ed. Gebh. Kench. Statim cum aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. [ant. et Ven.] Brix. Med. Arg. [Long. Heintr. uncis includerunt Bos. in ed. 2. Stav. Heus. Harl. Tzschuck.] uncis absunt ab Ed. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. [Ith. Brem. Wetz. Schmied.] Tm a se Ed. Long. Gebh. Sed ab se Ms. Mendos. Voss. 1. 3. Leid. 2. Ed. [antiq. et Ven.] Brix. Med. Arg. [Lamb. Bos. et seqq.]—8 Cuperet, quia secum deduceret Ms. Voss. 3.—9 Sic Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. [Ed. Ven. Long. Kench. Amstel. qui quum Ed. Hens. Stav. 3. Harl. Tzschuck.] quem cum Ed. Brix. [q' quin persuad. tēptaret Ed. ant. qui quin Ed. vet. Schleg. cui cum Ed. Lamb. Bos. Ith. Stav. 1. 2. Wetz. Schmied.]—10 Dissuaderet pro persu. tent. Ms. Ernst.—11 Inquit Pompon. uncis inclusa sunt in Ed. Arg.—12 Sic etiam Ms.

#### NOTE

<sup>k</sup> Quæ antiquitate, humanitate, doctrina præstaret omnes] Hæc sunt elogia Athenarum. Quantum ad antiquitatem, hæc Just. lib. II. 'Non advenæ, neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit,' &c. De humanitate vero et doctrina quis ambigit?

<sup>1</sup> Huc ex Asia Sylla decedens] Qui Dictator fuit, postquam Marianam factionem penitus delevit.

<sup>m</sup> Idem poemata pronuntiabat et Græce et Latine] Commentarium de Ciceronis Consulatu Græce scripsisse, sed parum comite, testatur ipse Cic. ad Atticum, Epist. II. I.



velle ducere,<sup>12</sup> cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui.' At Sylla, adolescentis officio collaudato, omnia munera ei, quæ<sup>13</sup> Athenis acceperat, proficiscens jussit deferri. Hic complures annos moratus, cum et rei familiari<sup>14</sup> tantum operæ daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, et omnia reliqua tempora aut literis<sup>15</sup> aut Atheniensium reipubl. tribueret, nihilominus amicis urbana officia præstitit. Nam et ad<sup>16</sup> comitia eorum ventitavit, et, si qua res major acta est, non defuit; sicut Cicroni in omnibus ejus<sup>17</sup> periculis singularem fidem præbuit: cui ex patria fugienti LLS. ducenta et quinquaginta millia<sup>18</sup> donavit. Tranquillatis autem rebus Romanis, remigravit Romam,<sup>19</sup> ut opinor, L. Cotta<sup>20</sup> et L. Torquato Coss. quem diem<sup>21</sup> sic universa civitas Atheniensium prosecuta est, ut lacrymis desiderii futuri dolorem indicaret.

5. Habebat avunculum Q. Cæcilium,<sup>o</sup> equitem Rom. familiarem L. Luculli,<sup>p</sup> divitem, difficillima natura: cujus



Mendos. [Nulla est in libris varietas lectionis. Sed Schottus annotarat, *ducere* melius quoque in suo cod. scripto (Mendos.) quam *deducere*: quod præcedenti versu positum, rectius ibi quadret.]—13 *Qui Athenis* Ed. Schot. Eadem [uti quoque Long.] Paulo post *comptureis*.—14 [*Quum rei fam.* ed. vet. ap. Schleg. qui probat. it. antiq. *quum et rei fam.* Ed. Ven. a. 1470. et altera Ven. ac rell.]—15 *Aut bonis artibus* Ed. Brix. [vet. ap. Schlegel. et ant.]—16 *Ad* aberat a Ms. Voss. 1. 3.—17 *Omnibus suis periculis* Ms. Mendos. Leid. 2. Ed. Med. [*ejus* uncis inclusum est in Ed. Bos. 2. Stav. Harl. Tzschuck. 1. 2. Brem.] Sed absunt unci a Ms. Gif. Ed. [antiq. et Ven.] Brix. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. [et quibusdam recentt.] Abest τὸ *ejus* ab Ed. Arg.—18 Pro *LLS...millia* legitur *sestertia ducenta et quadraginta millia* in Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. *H. S. CC. et quinquaginta milia* Ed. Ven. Long. Gebh. et *milia* in Ed. Brix. et ant. ac Tzschuck. quoque, sed *millia* in Ed. Long. aliisque scriptum est.] Sed *sestertia ducenta et quadraginta milia* Ed. Med. *H. S. duc. et quinquag. milia* Ed. Arg.—19 [*Rem. Romani* Ed. ant. et vet. ap. Schleg. Siatim, num *ut opinor* additum sit a Nepote, dubitat Tzschuck. sed id teneatur Brem. ac Büchling.]—20 *L. Cocta* Ed. [antiq.] Brix. Med. *L. Cota* Ed. Rom. Arg. [Ven.] Mox *consulibus* Ed. Brix. [et antiq.]—21 *Quem quidem* Ms. Ernst. *quem diem quotibet* Ms. Medic. *quem*, omisso τῆς *diem*, Ed. Gebh. [probantque Kapp. et censor ed. Tzschuck.]

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Aut literis*] Scilicet Philosophiæ Epicuræ, ut Cicero testatur De Legibus.

<sup>o</sup> *Habebat avunculum Q. Cæcilium*

Hunc quoque avunculum Attici fuisse testatur Cic. ad Atticum, Epist. 1. 1. et II. 19.

<sup>p</sup> *Familiarem L. Luculli*] Hic Con-

sic asperitatem veritus est, ut, quem nemo ferre posset, hujus<sup>1</sup> sine offensione ad summam senectatem retinuerit benevolentiam. Quo facto, tulit pietatis fructum. Cæcilius enim moriens testamento adoptavit eum,<sup>2</sup> hæredemque fecit ex dodrante;<sup>3</sup> ex qua hæreditate accepit circiter centies LLS.<sup>4</sup> Erat nupta soror Attici Q. Tullio<sup>5</sup> Ciceroni;<sup>6</sup> easque nuptias M. Cicero conciliarat; cum quo a condiscipulatu<sup>7</sup> vivebat conjunctissime, multo etiam familiaris, quam cum Quinto;<sup>8</sup> ut judicari possit, plus in amicitia valere similitudinem morum,<sup>9</sup> quam affinitatem. Utebatur autem intime Q. Hortensio, qui iis<sup>6</sup> temporibus principatum eloquentiæ tenebat,<sup>1</sup> ut intelligi non posset, uter eum<sup>7</sup> plus diligeret, Cicero an Hortensius: et id, quod erat difficultinum, efficiebat, ut, inter quos tantæ<sup>8</sup> laudis esset æmulatio, nulla intercederet obtrectatio, essetque talium virorum copula.

<sup>1</sup> Cujus acerbitatem ita excolendo demulsit.

<sup>2</sup> Reliquitque hæredem ex novem partibus.



1 Hic Ms. Voss. 3. Dein benevolentiam Ed. Med. Arg. [Ven. et antiq.]—2 Centies sestertium Ms. Mendos. Leid. 2. Ed. Brix. [antiq.] centies H. S. Ed. Arg. Gebh. ubique. [Ed. Ven. Long. centies sestertiorum Ed. Brem.] cent. sextertium Ms. Voss. 1. 3. cent. sextertium Ed. Med.—3 Tullio simpliciter Ms. Voss. 3. Ed. Brix.—4 Discipulatu Ms. Medic. 2. [Ed. ant. et vet. ap. Schlegel.] condisciplina Ms. Ernst. Schop. h. e. Bavar. 1. V. Schop. Verisim. III. 8. p. 107.—5 Quinto Ed. Gebh. [cum Q. Ed. Ant.]—6 His temp. Ed. Med. Arg. [antiq. Ven. Long.]—7 Uter tum Ms. Mendos. uter eorum Ms. Voss. 3. Mox diligeretur Ms. Mendos.—8 Tanta Ms. Leid. 2.

#### NOTÆ

sul adversus Mithridatem missus est; ejus res ferro et fame affixit, eumque regno suo Pontico expulit, atque iterum cum Tigrae Armeniorum Rege superavit.

<sup>2</sup> Cæcilius enim moriens testamento adoptavit eum] Quod etiam patet ex his Val. Max. verbis lib. VII. 9. 'Pomponium Atticum testamento adoptavit, omniumque bonorum reliquit hæredem.'

<sup>5</sup> Erat nupta soror Attici Q. Tullio Ciceroni] Hic M. T. Ciceronis, orato-

rum principis, frater fuit, qui duxit Pomponiam Attici sororem.

<sup>9</sup> Plus in amicitia valere similitudinem morum] Hinc Cic. in Lælio: 'Nihil est quod ad se rem tam alliciat, tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo.'

<sup>1</sup> Qui iis temporibus principatum eloquentiæ tenebat] Præsertim autem eloquentiæ vis Hortensii in incredibili gestus suavitate consistebat. Cic. in Bruto.

6. In republ. ita versatus est,<sup>1</sup> ut semper optimarum partium et esset et existimaretur, neque tamen se civilibus fluctibus<sup>2</sup> committeret, quod non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se iis<sup>3</sup> dedissent, quam qui maritimis jactarentur. Honores non petiit, cum ei pate- rent, propter vel gratiam vel dignitatem: quod neque peti more majorum,<sup>4</sup> neque capi possent, conservatis legibus, in tam effusis<sup>4</sup> ambitus largitionibus, neque \* geri e republ.<sup>5</sup> sine periculo, corruptis civitatis moribus. Ad hastam publicam nunquam<sup>4</sup> accessit.<sup>7</sup> Nullius rei neque præes,<sup>6</sup> neque manceps<sup>7</sup> factus est. Neminem neque suo<sup>7</sup> nomine, neque subscribens, accusavit. In jus de sua re nunquam iit; iudicium nullum habuit. Multorum consulum præ-

<sup>b</sup> *Publicæ venditioni nunquam affuit.*

//////////

1 *Est versatus* Ed. [antiq. et Ven. Long.] Gebh. Keuch. Heus. Patav. [Ith. Heinr. Schmied. Paulo post Ursin. et Schott. corrigunt *optimatum partium*; sed Heus. h. l. probat *optimarum*.]—2 *Civibus fructibus* Ms. Voss. 1.—3 *His* Ed. Heus. [ant. et Ven. Long. uti rell. ante Lambin.].—4 *Effusi* Ms. Gif.—5 *Neque e republ.* (omisso τῶν geri) Ms. Mendos. Voss. 3. Medic. 2. Ed. Brix. Med. [antiq. et vet. ap. Schlegel. qui illam comprobat lectionem: *neque Reip. sive piculo* Ed. Ven. ita etiam Ed. Long.] *neque res geri* Ms. Medic. 1. *neque ere. p.* Ms. Voss. 1. *neque rep.* Ms. Gifan. Leid. 2. *neque geri e republ.* Ed. Lamb. Schot. Bos. 1. [Heus. Harl. Tzschuck. Ith. Brem. Wetz. Schmied. nam *e republ.* est ad commodum reipubl. At censor ed. Tzschuck. opinatur, *geri sine periculo*, deletis verbis *e republ.* requirere concinnitatem:] *neque retineri sine per.* Ed. Gebh. Keuch.—6 *Præs* aberat a Ms. Leid. 2. Mox *manceps* in eodem. *Statim factus fuit* Ms. Mendos. Ed. [antiq.] Med. Arg. *factus* Ed. Brix.—7 *Suo*, omisso τῶν *neque*, Ms. Voss. 3. Ed. [ant. it. Venet. et vet. apud Schlegel. qui id probat,] Brix. Long. Gebh. Keuch. [*neque unci* incluserunt Bos. in ed. 2. et Stav. in ed. 1. 2.] Sed unci absunt ab Ed. Med. Arg. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. Heus. [Stav. 3. Harl. et rell. meis: quare, quod *neque* extat, testibus Stav. atque Heusing. in codd. Gif. Voss. 1. 2. Leid. uncos ejeci. Paulo post *in jus de sua re nunquam iudicium habuit* Ed. vet. ap. Schleg. et ant. *judic. null. hab.* Heusing. ab interprete quodam explicandi causa apposita esse suspicatur. Alii explicant, iudex nunquam fuit; alii, nunquam reus factus est: v. Tzschuck. et

#### NOTE

<sup>1</sup> *Quod neque peti more majorum* Hic Nepos sui sæculi vitia carpit, quibus mos et consuetudo majorum in postulandis dignitatibus despicietur.

<sup>2</sup> *Ad hastam publicam nunquam ac-*

*cessit* Quod veniebat, hastæ subijci dicebatur.

<sup>3</sup> *Neque præes, neque manceps* Quod falsum est, si, ut refert Cicero Epist. 1. 19. apud Sicyonios vectigalia exercuit.

torumque præfecturas delatas sic accepit, ut<sup>8</sup> neminem in provinciam sit secutus: honore fuerit contentus, rei familiaris despexerit fructum. Qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit<sup>9</sup> ire in Asiam,<sup>x</sup> cum apud<sup>10</sup> eum legati locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cum præturam gerere noluisset, asseclam<sup>11</sup> esse prætoris. Qua in re non solum dignitati serviebat, sed etiam tranquillitati, cum suspiciones quoque vitaret criminum. Quo fiebat, ut ejus observantia<sup>y</sup> omnibus<sup>12</sup> esset carior; cum eam officio, non timori neque spei, tribui viderent.

7. Incidit Cæsarianum civile bellum,<sup>z</sup> cum haberet annos circiter sexaginta.<sup>1</sup> Usus est ætatis vacatione,<sup>a</sup> neque [se] quoquam<sup>2</sup> movit ex urbe.<sup>i</sup> Quæ amicis suis opus fuerant ad Pompeium proficiscentibus, omnia ex sua re familiari

<sup>i</sup> *Senectutis immunitate fruitus est, nec pedem Roma extulit.*

Harl.]—8 *Ut aberat* Ms. Voss. 3. in eodem vero paulo post *fuit*, et, uti quoque in Ms. Leid. 2. [atque Ed. ant. ac vet. ap. Schlegel.] *despexit*, pro *fuerit ac despexerit*.—9 Ita Ms. Mendos. [Ed. ant. et Ven. Long. Lamb. Bos. et sqq. Quidam, ait Heusing. *voluit*.]—10 *Quem apud* et *mox possit obtinere* Ms. Voss. 3.—11 *Assecla* Ed. Med.—12 [*Hominibus* Ed. vet. apud Schlegel. et ant.]

<sup>1</sup> *Circiter annos sexaginta* Ms. Mendos. *et cum haberet circiter annos septuaginta* Ms. Medic. 1.—<sup>2</sup> *Neque quoquam movit* Ms. Schop. vid. Schop. *Verissim.* III. 8. p. 108. *neque quidquam movit* Ms. Medic. 1. [*se* uncis incluserunt Bos. in Ed. 2. Heusing. qui annotat, *movere* sæpe absolute hoc ipsum, quod *se movere*, significare, laudatque Vechneri *Hellenol.* I. I. 6. p. 62. Ed. Stav. Tzschuck. Harl. Bipont.] *sed se*, omissis uncis, Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. Ed. [antiq.] Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat. [Ith. Wetz. Schmied. Heint. Pauli. *neque quoque se mov.*

#### NOTE

<sup>x</sup> *Qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam*] Is, ut mox dictum est, sororem Attici duxerat, et Prætor fuit, M. Valer. Messala, et M. Pusio Pisone Coss. Asiam provinciam sortitus Lucio Flacco successit. Vide Cic. ad Atticum lib. 1.

<sup>y</sup> *Ejus observantia*] Qua, scilicet, ipse alios observabat.

<sup>z</sup> *Incidit Cæsarianum civile bellum*] Mar. Marcello, et Servio Sulpicio Coss. vel, ut aliis placet, anno Urb.

Cond. 705. L. Corn. Lentulo, et Claudio Marcello Coss. ex Cassiodori *Chronicis*.

<sup>a</sup> *Usus est ætatis vacatione*] Vacationes sunt excusationes a muneribus publicis militaribus, et aliis, quæ senibus concedebantur. Unde Quintil. *Declam.* 306. 'Est præcipuum jus senectutis, quoniam non una subito omnis ætas, non perpetuo Senatorem citat Consul; est sua legionibus requies, &c.

dedit. Ipsum Pompeium conjunctum<sup>3</sup> non offendit, (nulum<sup>4</sup> ab eo habebat<sup>k</sup> ornamentum,<sup>b</sup>) ut ceteri,<sup>5</sup> qui per eum aut honores, aut divitias ceperant:<sup>6</sup> quorum partim invittissimi castra sunt secuti, partim summa cum ejus offensione domi remanserunt.<sup>c</sup> Attici autem quies<sup>7</sup> tantopere Cæsari fuit grata, ut victor, cum privatis pecunias per epistolas imperaret,<sup>8</sup> huic non solum molestus non fuerit, sed etiam sororis filium et Q. Ciceronem<sup>9</sup> ex Pompeii castris concesserit. Sic vetere instituto vitæ effugit<sup>10</sup> nova pericula.

8. Secutum est illud, occiso<sup>1</sup> Cæsare,<sup>d</sup> cum republ.

<sup>k</sup> Nullam enim ab eo dignitatem acceperat.

Ed. Ven.]—3 *Ipsum Pompei. conjunctum* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. et Ven. Long. Bos. Heus. et seqq.] Sed *ips. Pomp. conjunctum* Ed. Rom. Med. *ipsum Pomp. conjunctus* Ed. Gebh. *ipsum conjunctum* Ms. Medic. 1. *ipsum Pompeium sibi junctum* Ms. Medic. 2. *ips. Pompeium non junctus offendit* Ms. Ernst.—4 [Nullum enim a Lambin. profectum venit in Ed. Bos. Stav. 1. 2. Ith. Wetz. Heinr. Paufl. Sed] *enim aberat* a Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. [vet. ap. Schlegel. it. antiq. in qua vitiose excusum legitur: *Nullum ab eo abebat ornamentum:*] Med. Arg. Long. Heus. in qua etiam verba, *null. ab eo h. orn. inclusa sunt uncinis.* [Pariter in Ed. Stav. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Schmied. *offendit. Nul. q̄ ab eo hēbat ornamentum:* ut Ed. Ven.]—5 *Exteri* Ms. Voss. 3.—6 *Ceperunt* Ms. Leid. 2. *cæperant* Ed. Arg. cæp. Ed. Med. [Ven.]—7 *Quos* Ms. Voss. 3.—8 *Impetraret* Ms. Voss. 3. [Ed. antiq. et vet. ap. Schlegel.] *Statim huic non solum non* Ms. Leid. 2.—9 *Sic quoque* Ed. ant. et Ven. Long. Bos. 2. Heus. et seqq.] Sed *sororis filium Q. que Ciceronem* Ms. Leid. 2. *sororis Q. et filium Ciceronem* Ms. Voss. 3. *sororis et Q. Ciceronis fil.* Ed. Lamb. Schot. Bos. 1. *sor. fil. et Q. Ciceronis* Ed. Med. Arg. [Wetz. tamen malit cum aliis legere, vel *sororis et Q. Ciceronis filium*, vel *sororis filium, Q. Ciceronem.*] Schottus legi volebat, *ei Q. Ciceronem*, (quomodo et Ursinus conjecerat;) vel de utroque *Quincto*, filio et patre, intelligi. Alii, ommissa copula, ediderunt, *sororis filium, Q. Ciceronem.*—10 *Regit pro vitæ effugit* Ms. Leid. 2.

<sup>1</sup> Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. [Ed. Jens. 1470. ap. Schleg. Ven. Long. Lamb. Bos. Stav. 3. (quem secutus est Harl.) Heus. quorum quidem prior, suadente partim Bos. interpunxit atque edidit: *illud. Occiso...convertisse; sic M. &c. posterior, n. Hensing. pariter quidem, nisi ut daret, convertisse [videretur:] sic M. &c.*] Sed *illud tempus occ.* Ms. Schop. Ernst. Ed. Brix. [vet. apud Schlegel. et ant.] *Tum quando resp.* Ed. Med. et *Brutum* Ms. Mendos.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Nullum ab eo habebat ornamentum* Quidam rectius legi putant, *auctora-mentum.*

<sup>c</sup> *Partim summa cum ejus offensione domi remanserunt*] Quod Cic. pro Ligario, et Seneca philosophus compro-

bant: aiunt enim Pompeium pro hostibus se habere dixisse, qui extra castra sua essent. Cæsarem vero eos, qui in hostium castris non essent, pro amicis habiturum.

<sup>d</sup> *Occiso Cæsare*] Nemo nescit Jul.

penes Brutos videretur esse et Cassium, ac tota civitas se ad eos convertisset.<sup>2</sup> Sic M. Bruto usus est, ut nullo ille adolescens<sup>e</sup> æquali familiaris, quam hoc sene,<sup>l</sup> neque solum eum principem consilii haberet,<sup>3</sup> sed etiam in convictu.<sup>4</sup> Excogitatum est a quibusdam, ut privatum<sup>5</sup> ærarium Cæsaris interfectoribus ab equitibus<sup>6</sup> Rom. constitueretur. Id facile effici posse arbitrati sunt, si et principes illius<sup>7</sup> ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est a C. Flavio,<sup>8</sup> Bruti familiari, Atticus, ut ejus rei princeps esse vellet. At ille, qui officia amicis<sup>9</sup> præstanda sine factione existimaret, semperque a talibus se consiliis removisset, respondit: si quid Brutus de suis facultatibus uti voluisset, usurum, quantum eæ paterentur;<sup>10</sup> se<sup>11</sup> neque cum quoquam de ea re collocuturum,<sup>12</sup> neque<sup>m</sup> coi-

<sup>l</sup> Ut ipsi juveni coævus nemo familiarior fuerit, quam senex ille.

<sup>m</sup> Neque in concilium venturum.

Ed. Brix. [*Bruto* Ed. ant. et vet. Schleg. at M. et Dec. Brutus sunt intelligendi.]—<sup>2</sup> Ita Ms. Gif. Leid. 1. [Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2. Brem. Wetz. Heinr. *convertisse* Ed. Stav. 3. Tzschuck. Harl. quod equidem malim.] Sed *ad eum convertisse videretur* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [antiq. et Ven.] Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Ith. Schmied. *ad eum* (n. Brutum) *convertisset* Ed. Ricklefs. *ad eum* etiam Ed. vet. ap. Schlegel.] *convertisse [videretur]* Ed. Heus. [conf. Tzschuck. ad ed. 2.]—<sup>3</sup> *Habebat* Ms. Leid. 2.—<sup>4</sup> *In conjunctis* Ms. Medic. 1.—<sup>5</sup> *Privatum* Ed. Gebh.—<sup>6</sup> *Equitibus*, omisso τῶν ab, Ms. Mendos. Voss. 3. [Ed. ant. et vet. Schleg.]—<sup>7</sup> *Ejus ordinis* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Med. [vet. Schleg. et ant.]—<sup>8</sup> *C. Flavio*, omisso τῶν a, Ms. Voss. 3. a *G. Flavio* Ms. Voss. 1. Ed. Med. Arg. a *Q. Flavio* Ed. [vet. et ant.] Brix.—<sup>9</sup> *Qui amicis officia* Ed. [antiq.] Brix. Med.—<sup>10</sup> *Se hæc pater*. Ms. Voss. 3. *hæ pater*. Ed. [vet. Schleg.] Med. Arg. [Long. *he pat*. Ed. ant. et Ven.]—<sup>11</sup> Sic Ed. [vet. ap. Schleg. qui probat, et ant.] Gebh. Keuch. Heus. [Harl. Ith. Wetz. Tzschuck. 1. 2. Ricklefs. Heinr. Schmied. *sed* in Ms. Mendos. Ed. Ven. Long. Bos. Brem. etiam Lamb. Fischer tamen extare scripsit *se* in Ed. Lamb.] *se neque eum quoquam* Ms. Leid. 2. *sed neque eum quoquam* Ed. Med. Arg.—<sup>12</sup> *Colloquaturum* Ms. Voss.

#### NOTÆ

Cæsarem tribus et viginti vulneribus in curia occisum fuisse a Bruto et Cassio cædis auctoribus, postquam devictis Pompeianis partibus Dictaturam perpetuam invasisset, Idibus Martiis anno Urbis Cond. 710. ipso Julio Cæsare, et M. Antonio Coss.

<sup>e</sup> Ut nullo ille adolescens] Ille voca-

tur adolescens, qui Præturam exercebat; ad quam exercendam quadragenarium esse oportebat. Attamen a 17. ad 46. annum adolescentia antiquitus pertingebat, ut ab antiquis observatum est. Nihilominus Varro ad 30. tantum pertingere ait.

turum.<sup>f</sup> Sic ille consensionis globus<sup>g</sup> hujus unius dissensione disjectus est.<sup>h</sup> Neque multo post superior esse cœpit Antonius, ita ut Brutus<sup>i</sup> et Cassius, provinciarum, quæ iis necis causa<sup>j</sup> datæ erant a consulibus,<sup>k</sup> desperatis rebus, in exilium<sup>l</sup> proficiscerentur. Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti, abjecto Bruto<sup>m</sup> Italiaque cedenti LLS.<sup>n</sup> centum millia muneri<sup>o</sup> misit. Eidem in Epiro absens trecenta jussit<sup>p</sup> dari; neque eo magis potenti adulatus est Antonio,<sup>q</sup> neque desperatos reliquit.

9. Secutum<sup>r</sup> est bellum<sup>s</sup> gestum apud Mutinam.<sup>t</sup> In

<sup>r</sup> Ita hunc consentientium cœtum, unus ille dissentiens disturbavit.

3. pro vulgato collocatur.—13 Est aberat a Ms. Voss. 3. [Ed. vet. ap. Schlegel. ant.]—14 Bruti Ms. Ernst.—15 Ita Ms. Sav. Put. Gif. Medic. 1. 2. Ernst. Leid 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. et Ven.] et ceteri cum Hens. [qui tamen in appendicula, multis gravibusque prolatis argumentis, oppugnat illam lectionem. necis, et emendat necessitatis.] Sed quæ iis dicis causa [h. e. per simulationem, non ex animo, de conjectura Cujacii in Observatt. x. 37.] Ed. Lamb. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Amstel. Schmied.] v. Victor. Varr. viii. 24.—16 A consule Ms. Mendos. Medic. 1. 2. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Brix. Med. [vet. Schlegel. ant. et Ven.]—17 Exsulum Ed. Schot. [Statin proficiscantur Ed. vet. Schleg. et antiq.]—18 Sestertia Ed. Brix. [ant. ubi etiam milia legitur. H. S. C. M. Ed. Ven. Long. Sestertiorum cent. mill. Ed. Brem. Sestertium centum milia Ed. Tzschuck. 2.] sextercia Ed. Med.—19 Numerari Ms. Medic. 1. Mox Epyro Ms. Leid. 2. Epyro Ed. [vet. et Ven.] Med. Arg. ubique: [Epiro Ed. Long.]—20 Jussit aberat a Ms. Voss. 1.

1 [Secutus Ed. vet. ap. Schleg. et antiq.]—2 Mundinam Ms. Voss. 3. Nu-

#### NOTÆ

<sup>f</sup> De ea re collocaturum, neque coiturnum] Id est, neque privatim ea de re cum quoquam loqui velle, neque publice et palam in concilio agere; quia colloqui potest esse privatorum; hic vero coire est concilium habere publicum; unde Comitia.

<sup>g</sup> Consensionis globus] Sic Val. Max. ‘pugnantium globos,’ ‘hostium globos’ dixit.

<sup>h</sup> Que iis necis causa datæ erant a consulibus] Sic legit Savaro ex Mss. Sed contra Lambinus ac Schottus dicis causa legunt; quod magis probo, nam hæc antiqua loquendi formula ‘dicis causa,’ ‘dicis gratia;’ Gallice,

par manière d’acquit. Quia Brutus et Cassius per speciem et nomen provinciarum e Rep. remoti fuerant, et veluti exulati. Sic etiam loquitur Cic. ad Atticum Epist. i. 18. pro Muræna, et alibi.

<sup>i</sup> Abjecto Bruto] Reflante fortuna prostrato.

<sup>j</sup> Potenti adulatus est Antonio] Quia tunc Antonius supremam rerum administrationem cum Lepido invaserat.

<sup>k</sup> Secutum est bellum gestum apud Mutinam] Cujus belli causa fuit testamentum Cæsaris. Vide Florum lib. iv. 4. Hoc autem inter Anto-

quæ si tantum eum prudentem dicam, minus, quam debeam, prædicem, cum<sup>3</sup> ille potius divinus fuerit; si divinatio<sup>4</sup> appellanda est perpetua naturalis bonitas, quæ nullis casibus neque agitur,<sup>5</sup> neque minuitur. Hostis Antonius iudicatus<sup>1</sup> Italia cesserat: spes restituendi<sup>6</sup> nulla erat. Non solum ejus<sup>7</sup> inimici,<sup>m</sup> qui tum<sup>8</sup> erant potentissimi et plurimi, sed etiam qui<sup>9</sup> adversariis ejus se dabant,<sup>10n</sup> et in eo lædendo se<sup>11</sup> aliquam consecuturos sperabant commendatio-

//////////

*midiam* Ms. Medic. 1. 2. Voss. 1.—3 *Quamquam* Ms. Voss. 3.—4 [*Divinitas* (h. e. *divina natura*,) corrigendum putabat Buchner, quod etiam Schotto in mentem venerat. Atque Bosius in indice sub voc. *divinare* scribit, conjecturæ isti favere, quæ toto isthuc capite subjiciantur, nisi tamen malis *divina* legere. Quæ conjectura in ind. sub voc. *divinus* etiam proponitur. Primum quidem *divinus* h. l. de Attico a Boeclero explicatur, qui ea parte prudentiæ, quæ *divinatio* s. *prudentia* dicitur, valet, n. rectitudine, constantiaque consilii ac propositi. Huic Boecleri interpretationi ibid. subjiciuntur ea, quæ sequuntur: ‘videri possit potius idem esse, ac divinandi peritus, siquidem *divinatio* in seqq. retineri deberet. Sed ea merito suspecta est legendumque forsitan *divina*, ut ita vocetur *bonitas naturalis*.’ Sed infra in cap. 16. Nepos *prudentiam quodammodo esse divinationem, posse existimari* scripsit. Nihil igitur h. l. mutandum est. *Divinus* enim dicitur divinandi sive futurorum peritus, vates; hinc *divinatio* nihil aliud est, ac summa, solito major prudentia, qua viri acutissimi e longinquo futura, et quæ sibi adversa esse possint, prospiciunt. *Bonitas* autem h. l. est insita a natura usuque confirmata animi bona indoles: v. interpretes et Schlegel. l. c. p. 74. Fischer. ascripsit hæc: ‘Struchtmeyer lib. 1. animadversion. crit. cap. 10. p. 54. conjecit *appellanda ea est, omisso τῶ divinatio*. Pater ejus conjecit *divina appell. est*.’—5 *Neque agitur* Ms. Ernst. *augetur*, omisso τῶ *neque*, Ms. Voss. 1. *augetur* Ed. Gebh. Kench. Patav. *agitur* [h. e. huc illuc impellitur, præsertim casibus; v. Stav. ad ed. 3. et Harl.] Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Rom. Brix. Med. [et omisso τῶ *neque* Ed. vet. ap. Schlegel. qui probat; ant. et Ven. Long. *neque agitur* Ed. Lamb. Bos. Stav. Hens. et seqq.]—6 *Restituenda* Ms. Leid. 2.—7 *Ejus* aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Rom. Med. Arg. [vet. probatque Schleg. p. 43. ant. Long. Gryph. Heinrich.] Inelusit uncinis Heusing. [item Harl. Stav. 3. Bipont. Tzschuck.]—8 *Qui tamen* Ed. Rom. Long. Schot. [qui tñ Ed. Ven.] *qui dum* Ms. Voss. 3.—9 *Etiam amici advers.* Ed. Rom. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Kench. Amstel. Bos. 1. Patav. [Sed *etiam qui adv.* Ed. ant. et Ven. Bos. 2. Stav. et rell. v. Gesn. et Tzsch.]—10 *Ejus dabant* Ms. Voss. 1. *Statim in eo*, omisso τῶ *et*, Ms. Mendos. Voss. 3. Ed. Brix. [antiq. ac vet. Schlegel.]—11 *Se hoc loco aberat* a Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. ap. Schleg. ant. et Ven.] Med. Arg. Long. sed *se sperabant* Ed. Med.

#### NOTÆ

nium et Octavium Cæsarem tum juvenem motum est. Mutina vero urbs est Galliæ Cisalpinæ, nunc vulgo, *Modene*.

<sup>1</sup> *Hostis Antonius iudicatus*] Causam

hujus iudicii accipe a Cic. Philipp. II.

<sup>m</sup> *Ejus inimici*] Ex quorum numero acerrimus fuit Cicero.

<sup>n</sup> *Adversariis ejus se dabant*] Pro,

*cedebant*.



nem,<sup>12</sup> Antonii<sup>13</sup> familiares insequabantur; uxorem Fulviam omnibus rebus spoliare cupiebant; liberos etiam extinguere parabant. Atticus, cum Ciceronis intima familiaritate uteretur, amicissimus esset<sup>14</sup> Bruto, non modo nihil iis indulisit ad Antonium violandum, sed e contrario familiares ejus ex urbe profugientes, quantum potuit, texit, quibus rebus indiguerunt, adjuvit. P. vero Volumnio<sup>15</sup> ea tribuit, ut plura a parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fulviæ, cum litibus distineretur,<sup>16</sup> magnisque terroribus vexaretur,<sup>17</sup> tanta diligentia officium suum præstitit, ut nullum illa stiterit<sup>18</sup> vadimonium sine Attico,<sup>o</sup> hic<sup>19</sup> sponsor omnium rerum fuerit. Quin<sup>20</sup> etiam cum illa fundum<sup>21</sup> secunda fortuna emisset in diem, neque post calamitatem versuram<sup>22</sup> facere potuisset;<sup>p</sup> ille se interposuit, pecuniam-

<sup>o</sup> *Ut illa nusquam in iudicium venerit, absente Attico.*

<sup>p</sup> *Cum hæc prædium in prosperitate emisset certo tempore solvendum, nec ad-versante fortuna ab aliò solvere valuisset.*

Arg. al.—12 Sic Ms. Gif. [Ed. Bos. 2. Stav. Heus. et rell.] Sed *commendationem vel commoditatem* Ms. Leid. 1. *commoditatem* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. et al. ant. ap. Schleg. qui probat p. 43. et 48. et Ven.] Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [‘Possit,’ ait Tzschuck. ad ed. 2. ‘alterum, n. *commoditat.* retineri, quod propius spectare posse videatur ad *ludendo* et *consecuturos*. Possit et utrumque adhiberi, si sequentia cogites. Spoliatio enim *commoditatem*, occisio *commendationem* parabat.’]—13 [Sic Ed. ant. et Ven. Long. Bos. 2. Heus. Stav. et rell.] Sed *ejus* Ed. Lamb. Boecl. Bos. 1. abest ab Ed. Gebh. Keuch. Patav.—14 *Esset* abest ab Ed. Brix.—15 [*Volumnium* Ed. vet. Schlegel. *Volunio* Ed. ant. *Volunio* Ed. Ven. conf. infra cap. 12. et 10. Ad eum scriptæ sunt epistolæ Ciceron. vii. 32. 33.]—16 *Destinaretur* Ms. Medic. 2. Ed. Med. Arg. [*destincretur* Ed. Ven.] *delincretur* Ms. Ernst. Leid. 2.—17 *Versaretur* Ed. Brix. An fuit in Ms. *versaretur*? Vulgata certe longe exquisitior. [Heus. *versar.* non plane damnat.]—18 Ita Ms. Gif. Ernst. [Ed. Lamb. Bos. Stav. et seqq.] v. Otho ad A. Gell. ii. 14. Sed *steterit* Ms. Sav. *præstiterit* Ms. Mendos. Long. Patav. Voss. 1. 3. Leid. 2. Ed. Brix. Med. Arg. [Ven. Long. vet. et antiq. ap. Schlegel. qui lectioni *præstitit.* favet.—19 *Ut sponsor* Ed. Brix. [ant. et vet. ap. Schleg.] *qui spons.* Ed. Med. Arg. *sponsor simpliciter* Ed. [Ven. Long.] Gebh. Keuch. Patav.—20 *Quod etiam* Ms. Voss. 1. [Ed. vet. Schleg. et antiq.]—21 *Fundum* aberat a Ms. Leid. 1. Statim *secunda fortuna* aberant a Ms. Mendos. Voss. 1. Ed. Med. [Uncis inclusa sunt duo illa voce. in Ed. Bos. 2. Stav. Heus. Tzschuck. 1. Harl.] Sed unci absunt ab Ed. [antiq. et Ven.] Brix. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Ith. Brem. Tzschuck. 2. Wetz. Schmied. Heindr. Ricklefs.]—22 *Usurum* Ms. Mendos.

## NOTÆ

<sup>o</sup> *P. vero Volumnio*] Is inter Antonii dicebatur præfectus fabrum, de quo familiarissimos erat, qui et Eutrapelus Cic. Epist. ix. 26.

que sine foenore, sineque<sup>23</sup> ulla stipulatione ei<sup>24</sup> credidit: maximum existimans quæstum, memorem gratumque cognosci; simulque aperire, se non fortunæ, sed hominibus solere esse amicum. Quæ cum faciebat, nemo eum temporis<sup>25</sup> causa facere poterat existimare. Nemini enim in opinionem<sup>26</sup> veniebat, Antonium rerum potiturum. Sed sensim is<sup>27</sup> a nonnullis optimatibus reprehendebatur,<sup>28</sup> quod parum odisse malos cives videretur.

10. Ille autem sui iudicii, potius, quid<sup>1</sup> se facere par esset,<sup>2</sup> intuebatur,<sup>9</sup> quam quid alii laudaturi forent.<sup>3</sup> Conversa subito fortuna est.<sup>4</sup> Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno [in] periculo<sup>5</sup> Atticum [futurum]<sup>6</sup> putarat propter intimam familiaritatem Ciceronis et Bruti. Itaque ad adventum imperatorum de foro decesserat, timens proscriptionem,<sup>p</sup> latebatque apud P. Volumnium, cui, ut os-

<sup>9</sup> *Hic vero suo iudicio nitens, quid æquum sibi faciendum esset, magis perpendebat.*

//////////

Medic. 1. 2. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et ant. sed *resursum* Ed. Ven. et rell. V. ad cap. 2.]—23 *Sine*, omisso τῆς *que*, Ed. Brix. [ant.]—24 *Ei* abest ab Ed. [ant. et vet. Schlegel.] Brix. Med. Arg. Long. Bos. 1. Gebh. Keuch. Inclusit illud uncinis Heusing. [Stav. in ed. 3. *Statim credit* Ed. Ven.]—25 *Eum in opinionem temp.* Ms. Leid. 2.—26 [Sic Ed. Ven. Rom. Long. Lamb. Bos. Heus. Stav. et rell.] *Sed neminis enim opinioni* Ms. Mendos. [Ed. ant.] *nemini enim opinioni* Ms. Leid. 2. Voss. 1. [Ed. vet. ap. Schlegel.] *hominis enim opinioni* Ed. Brix. *nemini enim in opinione* Ed. Med.—27 Ita etiam Ms. Mendos. [Ed. ant. et Ven. Long. Lamb. Bos. Stav. Heus. et rell.] *Sed is aberat a Ms. Medic. 2. sed sensum is* Ms. Voss. 3. *sed sensus ejus* Ed. Gebh. Keuch. [probatque Gesner. At *sensim* tuetur Kapp. rejicitque Hensingeri interpretationem, *clam, tacite, non multis audientibus*: add. Harles.]—28 *Opt. ejus rei repr.* Ms. Medic. 1. 2. *opt. ejus repr.* Ms. Mendos. Voss. 1. 3. Ed. Rom. [Ven. Long.] *ejus reprah.* Ed. Med. Arg.

1 *Quod se* Ed. Brix. [antiq.]—2 *Essent* Ed. Med.—3 *Quid illi laud. for.* Ed. Gebh. Keuch. *quid alieni foret* Ed. Brix. [vet. Schleg. qui probat: it. ant.] Bos. 1.—4 Ita Ms. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. [Ed. antiq. Lamb. Bos. Stav. Ith. Tzschuck. Harl. Wetz. Heinr.] *Sed conversa fortuna est* Ms. Leid. 2. Ed. [Ven. Long.] Gebh. *Conversa subito fortuna* Ed. Brix. [Schmied. quidem videtur melius, in ablativ. consequent. Sed v. Tzschuck. et Harl. not.] *conversa sub. fortuna [est]* Ed. Heus. Hinc incipit cap. 10. in edit. Palav.—5 *In periculo* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Brix. [Ven.] Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. [Ith. Wetz. Schmied. sed τῆς in uncinis incluserunt Bos. 2. Heus. Stav. Tzschuck. Harl. Brem. Bipont.] *periculo*, omisso τῆς *in*, Ms. Mendos. Voss. 3. [Ed. antiq. Heinr. Paufler. Ricklefs.] *Statim Atticum* Ed. Med.—6 *Futurum* aberat Ms. Voss. 3. Ed. [ant. et Ven. ac vet. Schleg.]

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Timens proscriptionem*] Hanc Florus 'Syllanam' vocat ob immanem Ciceronis crudelitatem. Et ea est, quam Cicero cum filio, fratre, fratrisque

tendimus, paulo ante opem tulerat, (tanta varietas iis temporibus fuit fortunæ, ut modo hi,<sup>8</sup> modo illi in summo essent aut fastigio, aut periculo,) habebatque<sup>9</sup> secum Q. Gellium Canum,<sup>10</sup> æqualem simillimumque sui. Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum, quod cum eo, quem puerum<sup>11</sup> in ludo cognoverat,<sup>r</sup> adeo conjuncte vixit, ut ad extremam ætatem amicitia eorum creverit. Antonius autem, etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut non solum ei,<sup>12</sup> sed omnibus etiam ejus<sup>13</sup> amicis esset inimicus, eosque vellet proscribere; multis hortantibus tamen, Attici memor fuit officii, et ei, cum requisisset, ubinam esset, sua manu scripsit, ne timeret, statimque ad se veniret: se eum, et illius causa [Gellium] Canum<sup>14</sup> de proscriptorum numero exemisse. Ac,<sup>15</sup> ne quod in periculum<sup>16</sup> incideret, quod

<sup>r</sup> Qui a pueritia in scholis sibi notus fuerat.

//////////

Brix. Med. Arg. Long. Gebh. [Pauffl.] Sed erat in Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith. Wetz. Heinr. Schmied.] nunc tamen omissis, [qui additi sunt in Ed. Bos. 2. Heus. Stav. Harl. Bip. Tzschuck. Ricklefs. Brem.]—7 *His temp.* Ms. Mendos. Ed. Brix. [ant. et Ven. Long.] *in his temp.* Ed. Gebh. Keuch.—8 *Modo ii* Ms. Voss. 1.—9 *Habebat* Ed. Brix. Gebh. Keuch.—10 *Sic* Ms. Gif. (a quo tamen [ut. ab Ed. ant.] prænomen Q. aberat,) Mendos. (in quo tamen *Quinctum* erat,) Ed. Brix. [Bos. Stav. Heus. Bipont. et seqq.] *Quintum Gellium Canium* Ed. Long.] Sed *Gelum Canium* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Q. *Sellium Canium* Ms. Voss. 3. Q. *Gellium Canium* Ed. Med. [Ven.] Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. In Arg. est *Canium*: Ed. Gebh. *Gellium Canium*.—11 *Puer* Ms. Voss. 3.—12 *Solum eis* Ms. Voss. 3. *Mox etiam omnib.* Ms. Medic. uterque, Ed. Brix. [antiq. Ven. Longol.] Keuch. *sed omnibus suis am.* Ed. Patav.—13 *Sic* Ms. Gif. Medic. uterque, Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. Lamb. Bos. et seqq.] *Sed suis amic.* Ms. Leid. 2. Ed. [Ven.] Arg. Long. Gebh. Keuch. Amstel. [Nec damnant Ernst. Stav. ad ed. 3. et Heusing. quos vide;] *ejus præfert* Gronov. Pecun. vet. de Centes. et unc. usur. p. 647. [ac Tzschuck. propter præcedens ei.]—14 *Et ejus causa Gellium Canium* Ms. Schop. (Verisim. III. 8. p. 109.) Ernst. *et illius Canum* Ms. Gif. [se eum *Gellium Canum* Ed. vet. Schleg. et antiq. *seiu* (pro se eum) et *gel. Canium* Ed. Ven.] *et Gellium Canum* Ed. Brix. *et Gellium Canium* Ed. Med. Long. Lamb. Schot. Gebh. Keuch. Bos. 1. Patav. *et Gellium Canium* Ed. Arg. *et il. c. Galium Can.* Ms. Voss. 3. *et [illius causa] Gellium Canum* Ed. Hens. [Ith. Tzschuck. 1. 2. uncos omiserunt Patav. edit. Wetz. Heinr. Schmied. Bipont. Pauffl. Ricklefs. *illius causa* [Gellium] *Canum* Ed. Bos. 2. Stav. Harl. Brem.]—15 *Exemisset at* Ms. Leid. 2.—16 *Sic* Ms. Voss. 3. Ed. Lamb. Schot. Boecl.

#### NOTÆ

filio, omnibus denique clientibus et legunt: et sic scribit Martialis, lib. 1. amicis proscriptus est. ‘Gaudent jocosæ Canio suo Ga-

<sup>9</sup> *Gellium Canum*] Quidam *Canium* des.’

*Delph. et Var. Clas.*

*Nep.*

Z

noctu fiebat, præsidium ei<sup>17</sup> misit. Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed etiam<sup>18</sup> ei, quem carissimum habebat, præsidio fuit.<sup>s</sup> Neque enim<sup>19</sup> suæ solum a quocumque auxilium petiit salutis,<sup>t</sup> sed conjunctim: ut appareret, nullam sejunctam sibi ab eo velle fortunam.<sup>20</sup> Quod si gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hyeme marique scopuloso servat; cur non singularis ejus existimetur prudentia, qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus ad incolunitatem pervenit?

II. Quibus<sup>r</sup> ex malis ut se emergerat,<sup>2</sup> nihil aliud egit, quam ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio. Cum proscriptos præmiis imperatorum<sup>3</sup> vulgus conquireret,<sup>u</sup> nemo in Epirum venit, cui res ulla<sup>4</sup> defuerit. Nemini non ibi perpetuo manendi potestas facta est. Qui<sup>s</sup> etiam post prælium Philippense<sup>r</sup> interitumque C. Cassii et M.

<sup>s</sup> Hoc pacto Atticus se non tantum a maximo metu, verum etiam eum, quem summo opere diligebat, liberavit.

<sup>t</sup> Nec enim separatim quæquam suæ vitæ protectorem quæsivit.

<sup>u</sup> Cum plebs triumvirorum mercede illecta exules investigaret.

Bos. 1. Patav. [Stav. 3. Harl. Tzschuck. Ith. Brem. Wetz. Schmied. Ricklets.] Sed quod peric. ommissa præpositione, Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Brix. [vet. Schleg. et ant. ac Ven.] Med. Arg. Long. Gebh. Kench. [in uncis inclus. Bos. 2. Stav. 1. 2. Heus. (quem vid.) Bipont.]—17 Præs. eis misit Ms. Medic. 2. præsid. et misit Ms. Voss. 3.—18 Sed et Ed. Brix. [antiqu.]—19 Enim aberat a Ms. Leid.—20 Sic Ms. Voss. 1. Ed. [vet. ap. Schlegel. qui probat, item antiqu. et Ven.] Brix. Med. Arg. Long. Gebh. Kench. Heus. [Stav. 3. Harl. Ith. Heinr. Schmied. Ricklets.] velle esse fort. Ed. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. [Tzschuck. Wetz. rō esse uncis cinxerunt Bos. in ed. 2. Stav. Brem.]

1 Qui ex Ms. Mendos.—2 Sic Ms. Ernst. [Ed. Ven. Long. Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] sed ut se emergerit Ms. Gif. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Med. Arg. ut sæpe emergerit Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et antiqu. At se emergere bene ac frequenter dici, docent illustrantque Schott. atque Ernst. ad h. l. et Westerhiov. ad Terent. Andr. iii. 3. 30.] ut se emersit Ed. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1.—3 Imperatoris, (u. Antonii forsân.) Ms. Mendos. Medic. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiqu. et vet. Schlegel. Heusing. opinatum, id fortasse pro imperatoris i. e. imperatoris positum esse; refutavit Stav. ad ed. 3.]—4 Res nulla Ms. Voss. 3. re ulla Ed. Brix. [vet. Schleg. qui præfert, et antiqu.] Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. A verbis: 'Cum proscr. præm.' &c. incipit cap. 11. in Ed. Patav.—5 Quin etiam Ms. Mendos. Ed. [vet. Schleg. et ant. ac Ven.] Brix. Med. Long. Lamb. Schot. [Ricklets. probatque Tzschuck., sed

#### NOTE

<sup>r</sup> Post prælium Philippense] In quo Cæsaris perierunt, et pœnas cædis Brutus et Cassius interfectores J. ejus dederunt.

Bruti, L. Julium<sup>6</sup> Mocillam prætorium,<sup>7</sup> et ejus filium, Aulumque Torquatam, ceterosque pari fortuna percussos,<sup>8</sup> instituerit tueri,<sup>9</sup> atque ex Epiro<sup>10</sup> his omnia<sup>11</sup> Samothraciam supportari jusserit. Difficile est<sup>12</sup> omnia persequi, et non necessaria.<sup>13</sup> Illud unum intelligi volumus, illius liberalitatem, neque temporariam,<sup>14</sup> neque callidam fuisse.<sup>5</sup> Id ex ipsis rebus ac temporibus judicari potest, quod non florentibus se venditavit;<sup>15</sup> sed afflictis semper succurrit: qui quidem Serviliam, Bruti matrem,<sup>5</sup> non minus post mortem ejus, quam<sup>16</sup> florente, coluerit. Sic liberalitate<sup>17</sup>

<sup>5</sup> *Hujus munificentiam nec temporis causa factam, nec captatricem extitisse.*

<sup>7</sup> *Quod potentibus non obsecutus est.*

//////////

ita, ut postea legi debeat *instituit...jussit*, et sic edidit Ricklefs.]—6 *Uilium* Ed. Med.—7 *Ita* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Rom. Brix. [ant. et Ven.] Par. Long. [Gryph. Bos. 2. Heus. et seqq.] Sed *prætorum* Ed. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. Statim *et filium ejus* Ed. [Ven. Long.] Gebh. Keuch.—8 *Percussos* Ms. Voss. 3.—9 *Ita* Ms. Leid. 2. Mendos. Gif. Ed. Brix. [ant. et Ven. Long. Bos. 2. Stav. et seqq.] Sed *instituit tueri* Ms. Voss. 1. Ed. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. *instituerunt tueri* Ms. Voss. 3. *institerit tueri* Ed. Gebh. Keuch.—10 *Atque Epiro* Ed. Brix. [*atque ex Epyro* Ed. antiq.]—11 *His omnibus* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Boecl. Keuch. *iis omnia* Ed. [Ven. Long.] Gebh. Statim *Samotrac.* Ed. [antiq.] Med. Arg. Dein *jusserit etiam* Ms. Leid. 2. Ed. Brix. [antiq. Ven. Long. Bos. 2. Stav. et seqq.] Sed *jussit* Ed. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1.—12 *Difficile est*, omisso *τῶ enim*, Ms. Mendos. Gif. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. cui placet id, et antiq.] Med. Heus. Patav. [Stav. 3. Harl. Bipont. Tzschuck. 2. Ith. Heinr. Schmied. Paufl.] Contra *difficile enim est* Ed. Arg. [Ven. Long.] Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Tzschuck. 1. Ricklefs. Brem. Wetz. qui explicat *autem*. At *τὸ enim* unci inclusum est in Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2.] Statim *prosequi* Ms. Voss. 1. Ed. Rom. Arg.—13 *Ita etiam* Ms. Mendos. Sed *necessarium* Ed. Long. [Schmied. Bellermand. et sic conjecit quoque Lamb. ac Brem. omnino comprobant. At Freinsh. emendat *etiam necessaria*. Tamen vulgata lectio potest, iudicibus Ricklefs. et Tzschuckio, retineri, et commode explicari, dummodo *necessaria* referas ad *omnia*.]—14 *Neque temporar.* absunt ab Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et ant. Dein pro *callidam*, h. e. insidiosam, ad suum commodum et suam utilitatem omnia referentem; *callidam* legere jubent atque temerariam interpretantur Lang. et Manut. ad Cic. de Offic. 1. 24. ac Schott. ad nostrum locum.]—15 *Venditavit* Ms. Leid. 2. Ed. Brix. Arg. [vet. ap. Schleg. et antiq. ac Ven.] *vindicarat* Ms. Mendos. *vindicavit* Ed. Med.—16 *Qua* Ed. Arg. *q̄* Ed. Med. Statim *florente etiam* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Rom. [antiq. et Ven. Lamb. Bos. 2. Heus. et plurr. seqq.] Sed *eo florente* Ms. Ernst. *florentem* Ed. Brix. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Schmied. et Wetz. probavit in not.]—17 *Libertate* Ms. Leid. 2. *Libe-*

#### NOTÆ

\* *Serviliam, Bruti matrem*] Hæc erat soror Catonis Uticensis, eamque Julius Cæsar adolescens amaverat, unde

quidam crediderunt Brutum a Julio Cæsare genitum fuisse. Vide Plutarchum et Suetonium,

utens, nullas inimicitias gessit; quod neque lædebat<sup>18</sup> quenquam, neque, si quam injuriam acceperat,<sup>19</sup> non malebat<sup>20</sup> ulcisci, quam oblivisci.<sup>21</sup> Idem immortalī memoria percepta<sup>22</sup> retinebat beneficia; quæ autem ipse tribuerat,<sup>23</sup> tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat.<sup>24</sup> Itaque hic fecit, ut vere dictum videatur: Sui cuique mores fingunt fortunam.<sup>a</sup> Neque tamen prius ille<sup>25</sup> fortunam, quam se ipse, finxit; qui cavet, ne qua in re jure<sup>26</sup> plecteretur.<sup>†</sup>

12. His igitur rebus effecit,<sup>1</sup> ut M. Vipsanius<sup>2</sup> Agrippa,<sup>3</sup> intima familiaritate conjunctus<sup>3</sup> adolescenti Cæsari, cum

<sup>2</sup> Idem perpetuo beneficiorum a se ante acceptorum recordabatur.

<sup>a</sup> Quisque sibi pro moribus suis fortunam statuit.



*rulitatem* Ed. Rom. [Ven.]—18 *Ledebat* Ed. Brix. [antiq.]—19 *Acceperat* Ed. Brix. ubique.—20 Ita Ms. Leid. 1. 2. Mendos. (in quo tantum scriptum erat *mallebat*,) Voss. 1. 3. Ed. Rom. [Ven. Long. Bos. 2. Stav. per Græcismum tunc duæ negationes fortius negant; id vero in voce. *neque non* posse evinci, dubitat Tzschucke et Censor Fischeri *quod non* lubentius deleret. Atque] *non* omissum est in Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. in qua, uti in antiq. et Paris. ap. Heusing. editum est, *malchat ulcisci*, omissis voce. *quam oblivisci*,] Ed. Lamb. Schot. Gebh. Bos. 1. Heus. [Harl. Ith. Wetz. Tzschuck. 1. 2. Bipont. Ricklefs. Pautl. (quem vid.) Schmied. Heinr. *quod non* uncis inclusit Brem. multus de hoc loco.]—21 *Oblivisci quam ulcisci* Ed. Long. Gebh. Keuch. Patav. [atque sic, si non retineretur, legendum censuit Lambin.] Heus. quem conferes, *quod quam oblivisci* uncis inclusit.—22 Sic Ms. Mendos. Ed. Brix. [Venet. sic *percepta*,] Med. Arg. Par. Long. Gryph. Keuch. Heus. [Stav. 3. Harl. Ith. et seqq.] Sed *præcepta*, h. e. ante capta, Ms. Voss. 3. Ed. [antiq.] Gebh. Stav. 1. 2.—23 *Tribueret* Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et antiq.] *Statim tamdiu ipse mem.* Ms. Leid. 2.—24 *Receperat* Ed. Keuch.—25 *Ille prius* Ms. Gif. Ed. Brix. [antiq. Dein *quam se ipsum*, propter oppositum *fortunam*, Tzsch. dare voluisse, colligi potest ex nota ad ed. 2. et *ipsum* in textum hand male admisit Ricklefs.]—26 Ita Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. [Ed. antiq. Lamb. Bos. Paris. Stav. et rell.] Abest *quod jure* ab Ed. Rom. [Ven.] Long. Gebh.

1 *Fecit* Ms. Leid. 2.—2 *Iuspanius* Ed. Brix. *Iupsanius* [Ed. ant.] et Med. Aberat a Ms. Leid. 2.—3 *Convinctus* Ed. Med. [Statim *adulescenti* Ed. ant.]

#### NOTÆ

<sup>†</sup> *Ne qua in re jure plecteretur*] Ad dicitur ex manuscriptis *jure*: quod Nepotis menti conformius est, ut legenti cuilibet patebit.

<sup>a</sup> *Ut M. Vipsanius Agrippa*] Hic, ut fert Seneca Epist. 21. Attici gener erat, atque tres habuit uxores, quarum prima Pomponia Attici filia,

altera Marcella Octaviæ filia, tertia Julia Aug. Cæsaris, ex qua Caium et Lucium Cæsares, Posthumum Agrippam, Agrippinam, et Juliam habuit. Dux quoque belli peritissimus fuit, de quo Virg. Æneid. viii. 'Parte alia, ventis et Dis Agrippa secundis Arduus agmen agens, cui, belli insigne

propter suam gratiam, et Cæsaris potentiam, nullius conditionis non haberet potestatem,<sup>b</sup> potissimum ejus deligeret<sup>d</sup> affinitatem, præoptaretque<sup>e</sup> equitis Romani filiam generosarum<sup>f</sup> nuptiis. Atque harum nuptiarum conciliator fuit, (non est enim celandum,) M. Antonius triumvir reipubl. constituendæ:<sup>7</sup> cujus gratia cum augere possessiones posset suas, tantum abfuit<sup>8</sup> a cupiditate pecuniæ, ut nulla<sup>9</sup> in re usus sit ea, nisi in deprecandis<sup>10</sup> amicorum aut periculis, aut incommodis.<sup>c</sup> Quod quidem sub ipsa proscriptione<sup>11</sup> perillustre fuit.<sup>v</sup> Nam cum L. Saufei<sup>12</sup> equitis Romani, æqualis sui, qui cum eo complures<sup>13</sup> annos, studio ductus philosophiæ,<sup>14</sup> habitabat,<sup>15</sup> habebatque in Italia<sup>16</sup> pretiosas

<sup>b</sup> *Penes eum omne conjugium esset.*

<sup>c</sup> *Nisi ut ab amicis aut pericula aut incommoda propulsaret.*

—4 *Diligeret* Ms. Mendos. [Ed. ant. et Ven.] Patav. Bos. 1. [Hens. Ith.] *Diligeret* Ed. Med. Arg. Gebh. Boecl. Kench. [Amst.]—5 Sic etiam Ms. Mendos. [*peroptaretque* Ed. Ven. Long. Sed *perperam*, judice Bosio.]—6 *Generosam* Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et ant. ac Ven.] Med. Rom. Arg. Long. Lamb. [in meo tamen exempl. V. D. manu ascripsit: *forte generosarum.*] Par. Gryph. Schot. Boecl. Kench. *generosum* Ed. Gebh. operarum errore: [in Ms. Voss. 1. 3. Ed. Bos. 2. Stav. et rell. *generosarum* legitur.] Paulo post *non est enim* etiam in Ms. Mendos. Ed. Brix. [ant.] Sed *non enim est* Ed. [Ven. Long.] Lamb. Schot. Kench.—7 *Constituendæ* aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. ap. Schleg. et ant. ac Ven.] Brix. Med. Arg. Long. [Sed, suadentibus Manutio ac Puteano, atque usu loquendi exigente, id recepit Lamb. (quem reliqui sunt secuti,) acnteque suspicatus est, illius verbi omissionem ortum esse ex antiqua scriptura *M. Antonius III. vir R. P. C. cujus*, indeque *C. prius potnisse facile absorberi.*]—8 *Tantum afuit* Ms. Mendos. Leid. 1. Voss. 1. Ed. Keuch. Schot. Stav. 2. [Harl. V. Bos. et VV. LL. ad xvii. 5. p. 346. sq. at Stav. ad ed. 3. *adfuit* prætulit:] *tam abfuit* Ms. Medic. 2. *tamen abfuit* Ed. Brix. [vet. Schleg. et antiq.]—9 *Nulli* Ed. Brix. —10 *Precondis* Ms. Leid. 2.—11 Ita Ms. Voss. 1. 3. Ed. Rom. [ant. ac Ven.] Brix. Long. [Bos. 2. et sqq.] Sed *sub illa proscriptione* Ms. Leid. 2. *sub ipsam proscriptionem* Ed. Lamb. Schot. Bos. 1.—12 *Saufei* Ed. Brix. [antiq. et Ven. Long.] Med. Arg. Gebh. *Saufrio* Ms. Leid. 2.—13 [Ita Ed. Bos. Stav. Harl. Ith. Brem. Wetz. Heinr. Paufl. Ricklefs.] sed *cum eo* absunt ab Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et antiq.] Med. Arg. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1. *qui cum plures* Ed. Rom. [Ven. Long. ubi tamen editum est *pluris*,] Gebh. Uncis voce. *cum eo* inclusit Hens. Patav. [it. Tzschuck. et Schmied. Sed ii absunt quoque a Ms. Guelferb. et exempl. Corner.]—14 *Philosophiæ* aberat a Ms. Voss. 1.—15 *Athenis habit.* Ed. Med. Arg. Lamb. Schot. Boecl. Kench. Bos. 1. Amstel. Patav. [item liber Corner. in quo legitur: *qui com-*

## NOTE

superbum, Tempora navali fulgent  
rostrata corona.'

<sup>v</sup> *Quod quidem sub ipsa proscriptione*

*perillustre fuit*] Quia cum æmulatione  
et certatim proscriptorum bona tunc  
temporis ab omnibus triumvirorum

possessiones, triumviri bona vendidissent, consuetudine ea, qua tum res<sup>17</sup> gerebantur; Attici labore atque industria factum est,<sup>18</sup> ut eodem nuntio Saufeius<sup>19</sup> fieret certior, se patrimonium amisisse et recuperasse. Idem L. Julium Calidum,<sup>20</sup> quem, post Lucretii Catullique<sup>21</sup> mortem,<sup>w</sup> multo elegantissimum poetam nostram tulisse ætatem vere videor posse contendere, neque minus virum bonum, optimisque artibus eruditum, post proscriptionem<sup>22</sup> Equitum, propter magnas ejus Africanas<sup>23</sup> possessiones, iu proscriptorum numerum a<sup>24</sup> P. Volumnio, præfecto fabrum<sup>x</sup> Antonii, absentem relatum, expedit. Quod in præsentī utrum<sup>25</sup> ei

plures annos stud. ductus philos. Athenis habitabat, quam lectionem secutus est Grasius in interpretatione Gallica, et unice veram esse contendit Jac. Fr. Heusing. in prolus. de Corn. Nep. rec. cum Flav. Mall. Theodori libro de metris, p. 124. sq. et Schleg. l. c. pag. 72. sq. Kapp. conjecit *qui complur. annos astu studio...habitabat.* Tzschuck. vero in longa not. ad ed. 1. et 2. vulgatam lect. *qui cum eo retinet et tantum mutat post Schottum habitarat.* Heusing. copiosus de varietate lectionis, tandem conjicit, *qui complures... philosophiæ aberat vel afuerat.*—16 *Italiam* Ms. Voss. 3. Statim *preciosas* Ed. Brix. [ant. *peiosas* Ed. Ven.] *præciosas* Ed. Arg.—17 *Tum gereb.* Ms. Leid. 2.—18 Sic Ed. Brix. Rom. [antiq. et Ven.] *Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecler. Keuch. Pat.* [Tzschuck. 1. 2. Ricklefs. probante Bosio in not.] *Sed factum, ut* Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. [Bos. Hens. Harl. Bipont. Ith. Brem. Heiur. Paufl. Schmied.] *Mox nuncio* Ed. Brix. ubique, [Ven. Long.]—19 *Saufeus* Ms. Mendos. Ed. Med. Arg. *Saufrius* Ms. Leid. 2. Statim *fieret clarior* Ms. Mendos. Medic. 2. Leid. 2. Voss. 1. (in hujus margine notatum erat ‘al. certior.’) 3. Ed. Brix. Med. [vet. Schleg. et ant.]—20 *Calidum* Ms. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. Schleg. ant. et Ven.] Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Keuch. Bos. 1. Patav. [*Calidum* Ed. Gebh. Bos. 2. et seqq. et firmavit Periz. in epist. 23. ad Heius. sub finem, in Burm. sylloge epistolar. tom. iv. p. 764.] Statim *quem Lucr.* Ed. Med.—21 *Catullique* Ms. Leid. 2. Ed. Med. *Catulli* Ed. Brix.—22 *Quem post proscr.* Ms. Gif. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Med. [*quem proscriptionem* Ed. vet. Schleg. et ant.] *perscriptionem* Ms. Voss. 3. *proscriptiones* Ms. Leid. 2.—23 *Africanas* Ed. Brix. [Ven.] *affricanas* Ed. Med. [antiq.]—24 *A aberat* a Ms. Leid. 2. Ed. Med.—25 *Quod, impetratum ei, labor.* Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. (cui id placet) et antiq.] atque Heusing. [qui ex Par. exempl. sic rescripsit, *utrum*

## NOTE

amicis postulabantur, quod recusavit Atticus.

<sup>w</sup> *Post Lucretii Catullique mortem*

Lucretius Poëta insignis et Philosophus Epicureus, qui scripsit de rerum natura libros sex. Catullus vero Veronensis Poëta mordax et lascivus, qui vixit Syllæ et Marii temporibus,

de quo Ovid. Trist. II. ‘Sic sua lascivo cantata est sæpe Catullo Fœmina.’

<sup>x</sup> *Præfecto fabrum*] Ille erat qui fabris eorumque operibus et machinis, quibus maxime in bellis opus est, præerat.



laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit judicare; quod in eorum periculis, non secus absentes, quam præsentes, amicos Attico esse curæ cognitum est.

13. Neque vero minus<sup>1</sup> ille vir, bonus paterfamilias habitus est, quam<sup>2</sup> civis. Nam cum esset pecuniosus, nemo illo<sup>3</sup> minus fuit emax, minus ædificator.<sup>4</sup> Neque tamen non in primis<sup>5</sup> bene habitavit,<sup>6</sup> omnibusque optimis rebus usus est. Nam domum habuit in colle<sup>7</sup> Quirinali<sup>8</sup> Tamphilanam,<sup>6a</sup> ab avunculo hæreditate relictam; cujus amœnitas<sup>7</sup> non ædificio, sed sylva constabat. Ipsum enim tectum, antiquitus<sup>8</sup> constitutum, plus salis, quam sumtus habebat:<sup>9</sup> in quo nihil commutavit, nisi si quid<sup>9</sup> vetustate coactus est. Usus est familia, si utilitate judicandum est, optima; si forma, vix mediocri. Namque in ea erant

<sup>d</sup> Et tamen inter optimates commodas ædes habuit.

<sup>e</sup> Nam ipsa domus, ab antiquo structa, plus venustatis, quam impensæ, exhibebat.



supplendum duxit, ei retulit ad Calidum, et vulgatam lectionem, quod in præsentibus utrum ei labor, graviter oppugnavit. Heusingero assentitur Wetzel. in not. et Hans. impetratum in contextum quoque recepit. At vulgatum late tumentur Kapp. Tzschuck. Stav. ad ed. 3. Brem. et Schmied. qui cum Tzschuck. in ed. 1. post quod comma posuit. Ei aberat a Ms. Leid. 2. [Paulo ante absentem expedie. omisso τῶν relatum Ed. vet. Schleg. et ant.]

1 Neque vero ille, omisso τῶν minus, Ms. Mendos. Gif. Leid. 2. Voss. 1. [nec displicuit Schotto; atque ad hoc Schotti iudicium respicit Bos. in nota:] neque minus ille Ed. Brix. [et antiq. ac vet. Schleg.]—2 *Habitus quam* Ms. Leid. 2.—3 *Ille* Ms. Voss. 1.—4 *Imprimis* Ed. Med. Arg. ubique.—5 *In ralle* Ms. Mendos. Medic. 1. 2. Voss. 1. (in hujus tamen margine scriptum erat 'al. colle,') 3 Ed. Brix. Med. [vet. Schleg. et ant.]—6 *Tamphilianam* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Brix. [antiq.] Gebh. *Tamphilarem* Ms. Voss. 3. *Circilianam* Ms. Ernst. *Pamphilianam* Ed. Med. Long. *Pamphilanam* Ed. Arg. [pamphilianū Ed. Ven.] Q. Bæbius Tamphilus ap. Cic. Phil. v. 10.—7 *Amæn.* Ed. Med. [amænit. Ed. antiq.]—8 *Antiquitatis* Ms. Medic. 1. *antiquis* Ms. Voss. 3.—9 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [antiq.] Brix. Lamb. [Bos. 2. Stav. (qui de formula nisi si laudat Duker. ad Flor. iv. 7. Plura conguessit Drakenb. ad Liv. vi. 26. tom. II. p. 376.) Heus. et seqq.] Sed si quidem Ed.

#### NOTE

<sup>y</sup> *Nemo illo minus fuit emax, minus ædificator*] Ex publica Attici vita ad privatam transit Nepos, cujus sententiæ subscribit Cic. Parad. 6. his verbis: 'Non esse emacem vectigal est.' Et Lacones, si cui mala imprecabantur, quatuor ipsi accidere optabant, quorum primum erat ædificandi

desiderium. Locus extat apud Suidam.

<sup>z</sup> *In colle Quirinali*] Unus ex septem urbis Romæ montibus: est in sexta regione, statim post templum Quirini.

<sup>a</sup> *Tamphilanam*] Sic dictam a quodam Tamphilo Romano.

pueri literatissimi, anagnostæ optimi,<sup>b</sup> et plurimi librarii,<sup>f</sup> ut ne pedisequus<sup>10</sup> quidem quisquam esset, qui non utrumque<sup>11</sup> horum pulchre facere posset. Pari modo artifices ceteri,<sup>12</sup> quos cultus domesticus desiderat, apprime<sup>13</sup> boni. Neque tamen horum quenquam, nisi domi natum domique factum habuit: quod est signum non solum continentiæ, sed etiam diligentiæ. Nam et non intemperanter<sup>14</sup> concupiscere quod a plurimis<sup>15</sup> videas, continentis debet duci; et potius<sup>16</sup> diligentia, quam pretio,<sup>17</sup> parare, non mediocris est industriæ. Elegans, non magnificus; splendidus, non sumtuosus;<sup>18</sup> omni diligentia munditiem,<sup>19</sup> non affluentiam<sup>20</sup> affectabat. Supellex<sup>21</sup> modica, non multa,<sup>c</sup> ut in neutram partem conspici posset.<sup>g</sup><sup>22</sup> Nec hoc<sup>23</sup> præteribo, quan-

<sup>f</sup> *Lectores peritissimi et amanuenses multi.*

<sup>g</sup> *Ut nec quid sordidi nec quid superflui videri valeret.*

Rom. [Ven.] Long. nisi quid Ed. Bos. 1.—10 *Pedissequus* Ed. Brix. [antiq. Ven.] Arg. Long. Patav. *pedissecus* Ed. Med.—11 *Utrum hor.* Ms. Mendos. Voss. 3. [Ed. antiq.] *utrumque h.* Ed. Med. Arg. Long.—12 *Ceteri* Ed. Brix. et al. ubique. Dein *desyderat* Ms. Mend. Ed. Arg. *desiderabat* Ms. Medic. 2.—13 *Adprime* Ms. Mendos. pro vulgato *apprime*.—14 *Imperanter* Ms. Mendos. Voss. 3. Medic. 1. 2.—15 *Pluribus* Ed. Long. Gebh. Keuch. [Ven.]—16 *Potius* aberat a Ms. Mendos. Ed. [vet. Schlegel. et antiq.] Brix. Gebh. [uncis inclus. in Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2. Brem.] Unci absunt ab Ed. Med. [Ven.] Arg. Long. Lamb. Gryph. Schot. Boecl. Keuch. Patav. Heus. [Stav. 3. Harl. Ith. Bip. Wetz. Heinr. Paufl.—17 *Præcio* Ed. Med. ubique: *Præcio* Ed. Arg. ubique: [*precio* Ed. ant. et Ven. ac Long.]—18 *Sumptuosus* Ed. Brix. [antiq. et Ven.] Statim *omnique* Ms. Gif.—19 *Munditiam* Ms. Schopp. Ernst. Medic. 1. 2. Ed. Brix. [vet. Schleg. ant. et Ven. in quibus scriptum est *mundician.*] Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Keuch. Patav. [*munditiam* Ed. Bos. Stav. et rell.]—20 *Adfluentiam* Ms. Mendos. Schop. Ernst. Med. 1. 2. Voss. 3. Ed. Brix. [vet. Schleg. qui probat, et antiq.] Heus. Patav. [Bipont. Harl. Ith. Tzschluck. 1. 2. Heinr.] Sed *affluentem* Ed. Rom. [Ven.] Long. Gryph. [Lamb. Bos. Stav. (qui *adfluentem* interpretatur non abundantem, vel non nimiam, muliere quippe luxuriosa, quam viro gravi digniorem: qui tamen sensus ex altera quoque lectione fluit,) Wetz. (qui vero in nota præfert alteram lectionem,) et Paufl.] *affluentes* Ms. Leid. 2. *affluebã* Ed. Med.—21 *Suppell. mod.* Ms. Mendos. Ed. Rom. [Ven. Lamb. Bos. Heus. Stav. Harl. Ith. Brem. Bipont. Wetz. Heinr. Schmied. Paufl. sed ita, ut sit *rd suppellex uno p scriptum* in edd. Brix. Lamb. Long. Stav. 3. Heus. Harl. aliisque: v. Stav. ad ed. 3. et Cellar. orthogr. Lat. p. 367. ibique Harles. *Suppell.* Ed. ant. Bos. et al.] Sed *supellex non mod.* Ed. Brix. [vet. Schleg. et antiq.] Long. Gebh. Patav.—22 Sic etiam Ms. Gif. [Ed. ant. et Ven. in quo tamen exemplo

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Anagnostæ optimi*] Hi erant lectores apud Romanos.

<sup>c</sup> *Supellex modica, non multa*] Id est, modo, non copia æstimanda.

quam<sup>24</sup> nonnullis leve visum iri putem. Cum in primis lautus esset Eques Rom. et non parum liberaliter domum<sup>25</sup> suam omnium ordinum homines invitaret; scimus non amplius, quam terna millia<sup>26</sup> æris,<sup>d</sup> peræque in singulos menses, ex ephemeride<sup>e</sup> cum expensum sumtui<sup>27</sup> ferre solitum. Atque hoc non auditum, sed cognitum prædicamus. Sæpe enim,<sup>28</sup> propter familiaritatem, domesticis rebus interfuimus.

14. Nemo in convivio ejus<sup>1</sup> aliud<sup>2</sup> acroama audivit<sup>f</sup> quam anagnosten:<sup>h</sup> <sup>g</sup> quod nos quidem jucundissimum<sup>4</sup> arbitramur. Neque unquam<sup>5</sup> sine aliqua lectione apud eum cœnatum<sup>6</sup> est; ut non minus animo, quam ventre, convivæ delectarentur.<sup>h</sup> Namque<sup>7</sup> eos vocabat, quorum mores a

<sup>h</sup> Nullus ex ejus convivis alium recitantem audivit, quam lectorem.

//////////

omissum est ut, Long. Bos. et seqq.] Sed ut in n. partem \* conspici posset Ed. Lamb. [Namque Lambinus et cum eo Boecl. putabant, hunc locum non esse sincerum.—23 Hoc aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Rom. Brix. [vet. ap. Schleg. qui probat omissionem, et ant. ac Ven.] Med. Arg. Long. Uncis inclusit Hensing.—24 Quæq. Ed. Brix.—25 Ita Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [ant. et Ven. Lamb. Stav. et seqq. Sed in domum Ed. Long. Gryph.] Mox omnium abest ab Ed. Francof. operarum, forsan, peccato.—26 Tria milia ær. Ed. Brix. [tria milia eris Ed. antiq.] Mox peræque Ed. Brix. [pereque Ed. antiq.]—27 Sumptui Ed. Brix. [ant. et Ven. Long.] Statim fore sol. Ms. Voss. 3.—28 Enim abest ab Ed. Med. [ant. Ven.]

1 Ejus aberat a Ms. Voss. 3.—2 Aliquid Ms. Leid. 2. Statim acroma Ed. Rom. [ant. et Ven.] Arg. ἀκροάμα Ed. Long. Gebh. [Manut. Gryph. Gothofr. et al. ap. Heusing.]—3 Agonasten Ms. Mendos. Voss. 3. Anagosten Ed. Brix. [Anagostem Ed. ant.]—4 Jucund. Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Brix. Med. [antiq. sic infr. c. 16.]—5 Nunquam Ms. Voss. 3.—6 Cœnatum Ed. Med. Arg. cenat. [Ed. ant.] Boecl.—7 Namque Ed. Brix. [antiq.]—8 Quom Ed. Brix. Mox

#### NOTÆ

<sup>d</sup> Quam terna millia æris] Mille æris tunc temporis 250. sestertios, denarios 62. faciebat. Vide Gronovium lib. III. de pecunia vetere.

<sup>e</sup> Ex ephemeride] Id est, ex libello seu commentario quotidianarum expensarum et erogationum.

<sup>f</sup> Aliud acroama audivit] Partim seriis partim jocosis recitationibus, adjunctis etiam cantorum et tibicinum modulis, constabant ἀκροάματα. Vide Plutarchum in Symposio, Macrobius, et Athenæum.

<sup>g</sup> Quam anagnosten] Is est, qui recitat.

<sup>h</sup> Ut non minus animo, quam ventre, convivæ delectarentur] Unde Cic. in Catone majore, 'Neque,' inquit, 'ipsorum convivorum delectationem voluptatibus corporis magis, quam cœtu amicorum, et sermonibus metiebar,' &c. Antiquissimus autem mos ille fuit, ut inter cœnandum recitaretur aliquid; ut patet ex Macrobio Saturn. lib. I. ex Gellio lib. III. 2. et ex multis aliis.

suis non abhorrent. Cum<sup>8</sup> tanta pecuniæ facta esset accessio, nihil de quotidiano<sup>9</sup> cultu mutavit, nihil de vitæ<sup>10</sup> consuetudine: tantaque usus est moderatione, ut neque in sestertio<sup>11</sup> vicies, quod a patre acceperat,<sup>i</sup> parum se splendide gesserit,<sup>12</sup> neque in sestertio centies affluentius vixerit, quam<sup>13</sup> instituerat;<sup>f</sup> parique fastigio steterit in utraque fortuna. Nullos habuit<sup>14</sup> hortos, nullam suburbanam, aut maritimam sumtuosam<sup>15</sup> villam,<sup>i</sup> neque in Italia, præter Ardeatinum<sup>16</sup> et Nomentanum,<sup>17j</sup> rusticum prædium; omnisque<sup>18</sup> ejus pecuniæ reditus constabat<sup>19</sup> in Epiroticis<sup>k</sup> et<sup>20</sup> urbanis possessionibus. Ex quo cognosci potest, eum usum<sup>21</sup> pecuniæ non magnitudine, sed ratione metiri<sup>22</sup> solitum.

<sup>i</sup> *Ut nec in viginti sestertium millibus sibi a patre relictis.*

pecunia Ms. Voss. 3.—9 *Quotidiano* Ed. Brix.—10 *Vicæ* Ed. Arg.—11 Sic Ms. Mendos. bis [Ed. antiq. Par. Lamb. Bos. Stav. et plur. sqq. in *sestertia* Ed. Wetz. bis. *HS.* Ed. Ven. Long.] *sestertio* Ed. Med. Arg. bis. Statim *vities* Ed. Med. Arg.—12 *Gessit* Ms. Voss. 3.—13 *Quæ inst.* Ed. Med.—14 *Habuerit* Ed. [Ven.] Rom. Long. Gebh. Statim *ortos* Ms. Leid. 1. Ed. [antiq.] Med. Arg.—15 *Sumptuosam* Ed. Brix. ubique. [ant. et Ven. Long.] —16 *Arretinum* Ms. Voss. 1. Mendos. [Ed. vet. Schleg. et antiq.] *Arretinum* Ms. Medic. 1. 2. Ed. Brix. *Arrentinum* Ms. Gif. *Arietinum* Ms. Voss. 3. *Ardatinum* Ed. Med. [*Ardeatinum* Ed. Rom. Ven. Par. Long. Lamb. Bos. et seqq.]—17 *Momentanum* Ed. [antiq.] Arg. *Numentanum* Ed. Boecl. Bos. 1.—18 *Omnisque* Ed. Brix. [antiq.]—19 *Redditus constabant* Ed. Brix. *redditus* erat etiam in Ms. Mendos. [Ed. ant. et Ven. ac Long.]—20 *Epir. urb.* Ms. Leid. 2. In Ed. Med. Arg. est *Epyroticis*. [Sed *Epyrothcis* et in Ed. ant. et vet. ap. Schleg.]—21 *Usum eum* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [ant.] Brix. Med. Arg. Hens. [Stav. 3. Ith. Schmied. Heinr.]—22 *Meriti* Ms. Voss. 3. Statim *solum* Ms. Leid. 2.

#### NOTE

<sup>i</sup> *Nullam suburbanam, aut maritimam sumtuosam villam*] Huic opinioni videtur repugnare Cic. lib. 1. ad Atticum, ubi sic habet: 'Ego te arbitror, cæsis apud Amaltheam tuam victimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum.' Et rursus ibidem: 'Velim ad me scribas, cujusmodi sit Ἀμαλθεῖον tuum,' &c. Unde deducimus Pomponium habuisse villam sumtuosam et magnificam.

<sup>j</sup> *Præter Ardeatinum et Nomentanum*] Ardeam Dauni regis Rutulorum re-

giam fuisse ex Æneid. x. discimus, quæ in decimo octavo ab Urbe miliario posita erat, et inter Rom. colonias annumerat Livius; unde Ardeatinum prædium. Nomentum vero Latinorum urbs mediterranea, nuuc vulgo *Lamentana*; unde Nomentana via.

<sup>k</sup> *In Epiroticis*] Huic opinioni subscribit Cic. Epist. lib. 1. his verbis: 'Epiroticam emtionem gaudeo tibi placere.'

15. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. Itaque ejus comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine facilitate: ut difficile esset intellectu, utrum eum amici magis vererentur, an amarent.<sup>1</sup> Quicquid<sup>2</sup> rogabatur, religiose promittebat: quod non liberalis, sed levis, arbitrabatur, polliceri,<sup>3</sup> quod præstare non posset. Idem in nitendo, quod semel annuisset,<sup>4</sup> tanta erat cura, ut non mandatam,<sup>5</sup> sed suam rem videretur agere. Nunquam<sup>6</sup> suscepti negotii eum pertæsum<sup>7</sup> est. Suam enim existimationem in ea re agi putabat; qua nihil habebat carius. Quotiebat, ut omnia Ciceronum,<sup>8</sup> Catonis,<sup>9</sup> Marii, Q. Hortensii,<sup>10</sup> Auli Torquati, multorum præterea equitum Rom. negotia<sup>11</sup> procuraret. Ex quo judicari poterat, non inertia, sed judicio fugisse reipubl.<sup>12</sup> procuracionem.

16. Humanitatis vero nullum afferre majus testimonium possum, quam quod adolescens idem seni Syllæ<sup>1</sup> fuerit jucundissimus,<sup>1</sup> senex adolescenti M. Bruto; cum æqualibus autem suis, Q.<sup>2</sup> Hortensio et M. Cicerone, sic vixerit,<sup>3</sup>

<sup>1</sup> Sic Ed. Rom. [Ven.] Long. Gebh. Boecl. [Bos. 1. 2. Stav. 1. 2. 3. Hens. et plerr. reccl.] Sed *an vero am.* Ms. Ernst. *quam amarent* Ms. Voss. 1. 3. Ed. [vet. ap. Schleg. et ant.] Med. Arg. Lamb.—<sup>2</sup> Sic Ed. Brix. [ant. et Ven.] Med. Arg. [Lamb. Bos. Brem. Sed *quidquid* Ed. Long. Stav. et rell.]—<sup>3</sup> *Pollicetur* Ms. Voss. 3.—<sup>4</sup> *Annuisset* Ms. Gif. Leid. 1. Voss. 1. 3. Ed. Brix. Par. [antiq. Bos. Stav. 1. Wetz. Schmied. *adnuisset* Ed. Stav. 2. 3. Harl. Tzschuck. Panfl.] Sed *admisisset* Ms. Leid. 2. Ed. Med. [Ven.] Arg. Long. Gebh. Boecl. Kench. Hens. [qui tamen in not. *admisisset* probasse videtur, Ith. Heinr.]—<sup>5</sup> *Mandatum* Ms. Medic. 1. *mandata* Ed. Brix. [antiq. et vet. ap. Schlegel.]—<sup>6</sup> Sic Ms. Mendos. Ed. Brix. [antiq. Bos. Stav. 1. Ith. Schmied. Wetz. Heinr. *numquam* Ed. Lamb. Stav. 2. 3. Harl. Tzschuck. Sed *nusquam* Ed. Ven. Long.]—<sup>7</sup> *Negotii cum pertes.* Ed. Brix. Med. Arg. [Ven. *negocii* etiam Ed. Long. ac *pertesum* Ed. quoque antiq.]—<sup>8</sup> Sic Ms. Voss. 3. [Ed. antiq. Ven. Long. Bos. Heus. et rell. recentt.] Sed *ut non Ciceronem* Ms. Mendos. *ut omnia Ciceronis* Ed. Brix. Med. Arg. *ut omnia M. et Q. Ciceronum* Ed. Lamb. Gebh. (in qua tamen est *Quinctii*) Kench. Boecl. Patav.—<sup>9</sup> *M. que Catonis* Ed. Arg.—<sup>10</sup> *M. que Hortensii* Ms. Mendos. Voss. 3. Ed. Med. *Marci Q. Hortensii* Ms. Gif. *Marcique Hortensii* Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. ant. Long.] *Marcique Hortesii* Ed. Rom. [Ven.] *Hortensii* omissis *Marii, Q.* Ed. Arg. Lamb. Boecl. [*Marii, Q.*] *Hort.* Ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. Wetz. quos consules.]—<sup>11</sup> *Negocia* Ed. Brix. ubique. [Ven. Long.]—<sup>12</sup> *R. P.* Ed. Brix. [r. p. Ed. ant.]

<sup>1</sup> *Jocund.* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [ut supra 4. *Sille fuer. jocund.* ant. et al.]—<sup>2</sup> *Qu. Hort.* Ed. Brix.—<sup>3</sup> *Vixit* Ed. Brix.—<sup>4</sup> *Judicare diff.* Ms. Leid. 2.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Quam quod adolescens idem seni Syllæ* [Qua de re paulo supra,

ut *judicare difficile*<sup>4</sup> sit, cui ætati fuerit aptissimus: quam eum præcipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit aut familiarior.<sup>5</sup> Ei rei sunt indicio, præter<sup>6</sup> eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus [jam]<sup>7</sup> sunt editi, sexdecim<sup>8</sup> volumina epistolarum,<sup>m</sup> ab consulatu<sup>9</sup> ejus usque ad extremum tempus ad Atticum missarum: quæ qui legat, non multum desideret<sup>10</sup> historiam contextam illorum<sup>11</sup> temporum.<sup>k</sup> Sic enim omnia de studiis principum, vitiis ducum, mutationibus<sup>12</sup> reipubl. perscripta<sup>13</sup> sunt, ut nihil in iis<sup>14</sup> non appareat, et facile existimari possit, prudentiam quodammodo<sup>15</sup> esse divinationem. Non enim Cicero ea solum, quæ vivo se acciderunt, futura prædixit;<sup>n</sup> sed etiam, quæ nunc usu veniunt, cecinit<sup>16</sup> ut vates.

<sup>k</sup> *Implicitam hujus sæculi historiam non valde ignoret.*

//////////

Voss. 1. Ed. Brix. [Ven. Long.] Gebh. Keuch. [Stav. 3. Heus. Harl. Ith. Bipont. Tzschuck. 2. Wetz. Ricklefs. Heindr. Schmied. (uti supra legitur cap. 12.) pro *judicari* in Ed. Lamb. Bos. Tzschuck. 1. *ut judicare facile sit* Ed. vet. Schleg. et antiq.]—5 *Familior* Ed. Arg. [Paulo ante *quintus* pro *Quintus* in Ed. vet. Schleg. et ant.]—6 [*Inditio præter* Ed. ant. *idictio pter* Ed. Ven.] Tum *liberos* Ed. Med.—7 *Jam* abest ab Ed. Rom. [Ven. Long.] Gebh. Keuch. Uncis id inclus. in Ed. Bos. 2. Heus. Stav. [Tzschuck. Harl. Brem.] Unci vero absunt ab Ed. [antiq.] Brix. Med. Arg. Lamb. Boecl. Bos. 1. Statim *æditi* Ed. Med. Arg.—8 *Undecim* Ms. Mendos. Medic. 2. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. Schleg. et ant. ac Ven.] Brix. Med. Arg. Rom. Par.—9 *Consulatu* Ed. Brix. [ant.]—10 *Desiderat* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. et Ven.]—11 *Ita etiam* Ed. Brix. Med. Arg.—12 *Sic Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. Lamb. Bos. Heus. Stav. et seqq.] Sed eorum temp.* Ed. Rom. [Ven. Long.] Gebh. Keuch.—13 *Sic Ms. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [ant. Lamb. Par. Bos. Stav. Heus. et seqq.] Sed æmulationibus* Ed. Rom. [Ven.] Long. Gryph. *ac mutationibus* Ed. Gebh. Keuch. Amstel. de conjectura Rutgers. varr. lectt. lib. II. c. 8. p. 121.—14 *Scripta* Ms. Voss. 3. Ed. Brix. Par. [vet. Schlegel. et antiq. ac Ven. *Sed perscripta* Ed. Long. Lamb. Bos. Stav. Heus. et seqq. *scripta per sunt* Ed. Rom. notante Heusingero.]—15 *Ita etiam* Ed. Brix. Med. Arg. [antiq. Lamb. Bos. Stav. et plurr. seqq.] *Sed nihil in his* Ed. Rom. Keuch. [Ven. Long. Wetz.]—16 *Quomodo* Ms. Mendos.—17 *Recinit* Ms. Leid. 2.

#### NOTE

<sup>m</sup> *Sexdecim volumina epistolarum*] Quicquid olim circumvolvi solebat in charta aut scripto codice, volumen dicebatur: id autem patet ex 16. Epist. ad Atticum.

<sup>n</sup> *Futura prædixit*] Multa sane hic

afferri possent exempla, quibus Ciceronem futura prædixisse probetur; quæ quidem exempla passim in Epist. ejus legentibus occurrunt: sed illud instar omnium erit, quod ex Philippica II. excerptum est, ubi M. Anto-

17. De pietate autem Attici quid plura commemorem? cum hoc ipsum vere<sup>1</sup> gloriantem audierim in funere matris suæ, quam extulit annorum nonaginta, cum esset septem et sexaginta,<sup>2</sup> se nunquam cum<sup>3</sup> matre in gratiam redisse,<sup>4</sup> nunquam cum sorore fuisse in simultate, quam prope æqualem<sup>5</sup> habebat.<sup>1</sup> Quod est signum,<sup>6</sup> aut nullam unquam<sup>7</sup> inter eos querimoniam intercessisse, aut hunc<sup>8</sup> ea fuisse in suos indulgentia, ut, quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. Neque id fecit natura solum, quanquam omnes ei paremus;<sup>p</sup> sed etiam doctrina. Nam et principum philosophorum ita percepta habuit præcepta,<sup>9</sup> ut iis<sup>10</sup> ad vitam agendam, non ad ostentationem,<sup>q</sup> uteretur.

18. Moris etiam majorum summus imitator fuit, antiquitatisque amator: quam adeo diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo volumine<sup>r</sup> exposuerit, quo magistratus ornavit.<sup>r</sup> Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris est populi Romani,<sup>2</sup> quæ non in eo suo tempore

<sup>1</sup> *Quæ illi fere coæva erat.*

//////////

1 Vero Ms. Mendos. Mox *audiverim* Ed. Brix. [ant.]—2 *Nonaginta septem: et sexaginta* Ms. Mendos. Voss. 3. Ed. Brix. [vet. Schleg. et ant.] *non cum esset vii. et letata* Ed. Med.—3 *Cui ma.* Ed. Brix.—4 *Redisse* Ed. [ant.] Brix. Med. Arg. [Long. Lamb.] Schot. Gebh. Keuch.—5 *Ita* Ms. Gif. Mendos. Sav. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. Lamb. Stav. Hens. et seqq.] Sed *atate aequalem* Ed. qu. [Ven. Long.] *Statim habebat* Ed. Med.—6 [*Quod est in signum* Ed. vet. Schleg. et ant.]—7 *Nunquam* Ms. Voss. 3. Mox *intercessisse* Ed. Med.—8 *Hunc* abest ab Ed. Brix. [vet. ap. Schlegel. et ant.]—9 *Percepta...præcepta* Ed. Brix. [*percepta...precepta* Ed. ant.] atque *habuerat* Ed. [Ven.] Gebh. Sed *habuit etiam* Ms. Mend. [Ed. ant. Long. Lamb. Stav. et rell.]—10 *Ita etiam* Ms. Mendos. Voss. 1. 3. Sed *his* Ed. [Ven. Long.] Gebh. Mox *ostentationem* Ed. Arg.

1 *Voluminum* Ms. Voss. 3.—2 *Sic* Ms. Gif. [Ed. Lamb. Bos. et seqq.] Sed

#### NOTÆ

nio futuram ejus perniciem prædicat his verbis: ‘Quis autem meum consulat præter P. Clodium, qui vituperaret, inventus est? Cujus quidem te fatum, sicuti C. Curionem manet; quoniam id domi tuæ est, quod fuit illorum utrique fatale.’

<sup>p</sup> *Quanquam omnes ei paremus*] Sic Chrysippus: τὸ τέλος εἶναι ἀκολούθως τῆ φάσει ξῆν. Et Seneca de vita beata cap. 3. ‘Interim, quod inter omnes

Stoicos convenit, rerum naturæ assentire, ab illa non deerrare, et ad illius legem exemplumque formari, sapientia est.’

<sup>q</sup> *Non ad ostentationem*] Eorum instar, de quibus D. Hieronymus Epist. 34. ‘Philosophus gloriæ animal, et popularis auræ vile mancipium.’

<sup>r</sup> *Quo magistratus ornavit*] Vossius censet legendum esse *ordinavit*, de hist. Latina, 1. 2. De eo autem At-

sit notata; et, quod difficillimum fuit, sic familiarum<sup>3</sup> originem subtexit, ut ex eo clarorum virorum propagines possimus cognoscere.<sup>4</sup> Fecit hoc idem separatim in aliis libris; ut<sup>5</sup> M. Bruti rogatu Juniam familiam a stirpe<sup>5</sup> ad hanc ætatem ordine enumeravit,<sup>6</sup> notans, qui, a quo<sup>7</sup> ortus, quos honores quibusque temporibus cepisset.<sup>8</sup> Pari modo Marcelli Claudii, Marcellorum; <sup>9</sup> Scipionis Cornelii,<sup>u</sup> et Fabii Maximi,<sup>10</sup> Fabiorum,<sup>v</sup> et Æmiliorum<sup>w</sup> quoque:<sup>11</sup> quibus<sup>12</sup> libris nihil potest esse dulcius iis,<sup>13</sup> qui aliquam

[p. r. Ed. ant.] P. R. Ed. Brix. [Ven. Pop. Rom. Ed. Long. populo romano Ed. Gebh.]—3 *Familiarium* Ed. Brix.—4 *Cogere* Ed. Med.—5 *Ut abest ab Ed. Brix.*—6 *Enumeraverit* Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. Ed. [vet. apud Schlegel., id probantem, et ant. ac Ven.] Med. Arg. Long. Lamb. Gebh. Boecl. Patav.—7 *A quoque* Ms. Voss. 3. Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. qui hanc commendat lectionem, et ant. ac Ven. Rom. Paris. Gryph. ap. Heus. Long.] Gebh. *Stattim ortus est* Ms. Leid. 2.—8 *Cæpisset* Ed. Brix.—9 *Ita* Ms. Medic. 2. [Ed. Bos. 2. Heus. Stav. et seqq.] *Sed Marcelli: Claudii: et Marcellorum* Ed. Brix. *Marc. Cl. de Marcellorum* Ed. Med. Arg. [antiqu. et Ven. ac Long.] Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—10 *Maximii* Ms. Voss. 1.—11 *Sic* Ms. Mendos. Ed. Med. Arg. [acc. Ed. ant. sic mutata tantum scriptura atque interpunctio: *Fabii maximi fabiorum: et Emiliorum quoque.*] *Sed Fabiorum Æmiliorum* Ms. Voss. 1. *Fab. et Æmiliorum* Ed. Brix. [Long.] *Fab. et Æmiliorum* Ed. Ven. *de Corneliorum et Fabiorum et Æmiliorum quoque* Ed. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Patav. *de Fab. et Æm.* Ed. Gebh. [*Corneliorum et*] *Fab. et Æm. quoque* Ed. Heus. [add. Kapp. in Harles. opusc. p. 469.]—12 *Qui libris* Ed. Keuch. *operarum peccato.*—13 *His* Ms.

## NOTE

tici volunine sic loquitur Cic. in Bruto: 'Eam utilitatem habuit Attici liber, quam requirebam; ut explicatis ordinibus temporum, uno conspectu omnia viderem.' Vide eundem ibidem paulo post, et Epist. ad Atticum, xii. 23.

\* *Juniam familiam a stirpe*] Gens Junia una est ex nobilissimis quæ a Trojanis et Ænea originem sumserunt; ex qua Brutus fuit, cujus rogatu Atticus de ea stirpe scripsit, ab ejus antiqui Bruti tertio filio, qui fratrum conjurationis expers fuit, quique una cum patre reges ejecit, originem ducens, ut ait Cic. Tusc. Quæst. iv. et Philippica i. Huic tamen sententiæ refragatur Dionysius lib. iv.

<sup>t</sup> *Marcelli Claudii, Marcellorum*] Vide Plutarchum, Posidonium, et Livium; inter quos Plutarchus Marcellum a Marte deducit.

<sup>u</sup> *Scipionis Cornelii*] Certum est apud omnes historicos Gentem Corneliam amplissimam et nobilissimam omnium esse, sive dignitatem sive res præclare gestas consideremus. Vide C. Sigonium in suo Scipione Æmiliano, et Streinium de Gente Cornelia.

<sup>v</sup> *Fabiorum*] Qui suam originem ad Fabium Herculis filium referunt. Plutarchus in Maximo. Vide eundem Streinium de Gente Fabia.

<sup>w</sup> *Æmiliorum*] Qui similiter ab Æmilio Ascanii filio se ortos credebant. Festus. Plutarchus vero eos a Ma-



cupiditatem<sup>14</sup> habent notitiæ<sup>15</sup> clarorum virorum. Attingit<sup>16</sup> quoque poeticeen; credimus, ne ejus<sup>17</sup> expers esset suavitatis. Namque<sup>18</sup> versibus, qui honore rerumque<sup>19</sup> gestarum amplitudine ceteros Romani populi præstiterunt, exposuit; ita, ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum non amplius quaternis quinisque<sup>20</sup> versibus descripsit. Quod vix credendum sit, tantas res tam breviter potuisse declarari. Est etiam liber,<sup>21</sup> Græce confectus,<sup>2</sup> de consulatu<sup>22</sup> Ciceronis. Haecenus, Attico<sup>23</sup> vivo, edita hæc a nobis<sup>24</sup> sunt.

19. Nunc, quoniam fortuna nos superstites ei esse voluit, reliqua persequemur; et, quantum poterimus,<sup>1</sup> rerum exemplis lectores docebimus, sicut supra significavimus, suos cuique mores plerumque<sup>2</sup> conciliare fortunam. Namque hic contentus ordine equestri,<sup>3</sup> quo erat ortus, in affinitatem pervenit imperatoris Divi [Julii] filii:<sup>m 4y</sup> cum jam

<sup>m</sup> Julii Cæsaris filii.



Leid. 2.—14 *Aliquam aviditatem* Ms. Medic. 2. [et gravius videtur Wetz. in not.] *aliam cupiditatem* Ms. Voss. 3. Ed. Brix. [vet. ap. Schlegel. et ant.]—15 *Notitiæ* Ed. Med. Arg. [Ven. Long. *noticie* Ed. ant.]—16 *Attingit* Ed. Arg. Mox *poeticam* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Brix. [antiq. Paris. sed Heus. probat lectionem *poeticen*, quæ est in Ed. Rom. Ven. Long. Lamb. Gryph. Bos. et seqq.] *peticam* Ms. Voss. 3. Ed. Med.—17 *Ejus* aberat a Ms. Mendos.—18 *Namque* Ed. Brix. [antiq. et Ven.]—19 Sic Ms. Mendos. Ed. Rom. Brix. [antiq. et Ven. Long. Lamb. Bos. Heus. et plurr. seqq.] Sed *rerum* ommissa conjunctione *que* Ed. Gebh. [Brem.]—20 Sic Ed. [Rom. Gryph. Amstel.] Gebh. Kench. Heus. Pat. [it. Harl. Tzschuck. 2. Ith. Heinr. Bipont. Wetz. pro vulgato *quinisque*. Conf. Bentlei. ad Horat. Od. iv. 2. 13. et alibi; et a manu docta ad meum exempl. Lamb. correctum est *quinisve* in margine. *Quaternis cum isque versibus descripsit* Ed. vet. Schlegel. et ant.]—21 *Etiam unus liber* Ed. Brix. [antiq. ac Ven. Long.] Gebh. Kench. Patav. *et unus liber* Ms. Voss. 3.—22 *Consulatu*, ommissa præpositione *de*, Ms. Voss. 3.—23 *Attico* Ed. Med. Mox in eadem et Arg. *ædita*.—24 Sic etiam Ms. Voss. 1. Leid. 2. [Ed. Lamb. Bos. Stav. et fere omn. rell.] Sed *edita a nobis* Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. qui probat, et antiq. ac Ven. Long.] Gebh. Kench. Patav. *hæc* unciis inclisit Heus. qui a verb. *Haecenus Attico, &c.* cap. 19. incipit: quod etiam fecerunt edit. Patav. [Tzschuck. Ith. Heinr.]

1 Sic etiam Ms. Mendos. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *potuerimus* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. Schlegel. et ant. ac Ven.] Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. Patav.—2 *Plerumque* et postea *namque* Ed. Brix. [*namque* etiam Ed. antiq. et Ven.]—3 *Equestri* Ed. Med.—4 *Divi filii* Ms. Men-

#### NOTÆ

merco, Numæ Regis filio, natos fuisse <sup>2</sup> *Est etiam liber, Græce confectus* scribit. Unde Æmilii dicti sunt et De hoc a principio in Attico. Mamertini. <sup>3</sup> *Divi [Julii] filii* Inserendum est,

ante familiaritatem ejus esset consecutus<sup>5</sup> nulla<sup>6</sup> alia re, quam elegantia vitæ, qua<sup>7</sup> ceteros ceperat principes civitatis, dignitate pari, fortuna humiliore.<sup>8</sup> Tanta enim prosperitas Cæsarem<sup>9</sup> eum est consecuta, ut nihil ei non tribuerit<sup>10</sup> fortuna, quod cuiquam ante detulerit; <sup>11</sup> et conciliarit, quod nemo adhuc civis Romanus quivit consequi.<sup>12</sup> Nata est autem<sup>13</sup> Attico neptis ex Agrippa,<sup>2</sup> cui virginem

dos. Gif. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Med. Gebh. Heus. [Ith. Heinr.] *duci* [I. divi] *fili* Ed. Brix. [*duci filii* Ed. vet. Schleg. et antiq. *Julii* unciis inclus. in Ed. Bos. 2. Stav. Harl. Brem. Tzschuck. Ricklefs.] Unci absunt ab Ed. [Ven.] Arg. Long. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Wetz. Schmied.]—5 *Consequutus* Brix. ubique [et ant.].—6 *Ulla alia* Ed. Keuch. operarum errore, [qui sublatus est et editum *nulla alia* in iterata edit. Hafniensi a. 1776.]—7 *Quæ* Ms. Voss. 3. et mox *ceperat* abest ab Ed. Brix. [et ant. ac vet. Schleg. *caperat* Ed. Ven.]—8 *Humiliores* Ms. Mendos. [Leid. Voss. 1. 3. Ed. Ven. Long. Jens. epp. Cic. ap. Schlegel.] *humiliores anteibat* Ed. Brix. [vet. Schleg. qui probat, et antiq. nec Schmied. illam lectionem in nota et in Lexic. Corn. p. 81. sqq. omnino rejicit, atque verba *qua...anteibat* referendo ad Augustum, quem omnes illius ætatis laudare solebant, ita intelligit, Atticum consecutum esse Augusti familiaritatem elegantia vitæ, qua Augustus omnes superabat superiores imperatores dignitate pares, at fortuna humiliores, h. e. haud æque felices; atque Nepotem, cum scripsisset *humiliores fortuna*, transiisse ad laudem et divinam felicitatem Augusti, omnia, quæ nulus adhuc Romanus nactus esset, consecuti. At Wetzl., (uti jam Bosius sensit,) *humiliores*, si etiam ante esset *pares*, se probaturum esse, profitetur.]—9 Ita Ms. Leid. 2. [Ed. Bos. Brem. Harl. Ricklefs. *Cæsarem est consecuta* Ed. Ven. omisso pronomine *eum*. Atque] *cum* abest ab Ed. Arg. Long. Lamb. Gebh. Boecl. Kench. Heus. Patav. [Ith. Wetz. Tzschuck. Heinr. Bipont. Schmied. Paufl.] *Cæsarum eum* Ms. Mendos. Gif. Ed. Brix. [vet. Schlegel. et antiq.] *Cæsarum caussa est sequutus* Ms. Voss. 3. *Cæsarum est eum cons.* Ed. Med. *Cæsarem* unciis incluserunt Heusing. [Stav. Tzschuck. 1. v. Tzschuck. ad ed. 2. et Harl.]—10 *Tribuere* Ed. Gebh. [*tribueret* Ed. Ven. Long.]—11 *Tulerit* Ed. Brix. [antiq. et vet. Schlegel.]—12 Sic Ms. Leid. 1. [Ed. Jens. cum epp. Cic. Venet. 1470. ap. Schlegel. Bos. Stav. Harl. Tzschuck. Brem. Wetz. (qui tamen locum interpolatum esse suspicatur,) Ricklefs. Heinr. qui comprobat Bosii judicium atque interpretationem.] *Sed quam civis R. quiv. conseq.* Ms. Gif. Leid. 2. Ed. Med. [*quod Civis romang quiti cõseq.* Ed. Ven.] Ab Ed. [vet. Schleg. et antiq.] Brix. absunt ista verba omnino: *quod civis Rom. quivit consequi* Ed. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. [Bipont. Ith. Schmied. Paufl. Heusing. ad Atticum omnia refert, et plura mutat, aut aliter explicat, repugnante tamen Staver. ad ed. 3. cui vero totus locus est suspectus.]—13 Sic Ms. Mendos. Ed. [antiq.] Brix. Med. Arg. Par. Lamb. Schot. Boecl. Kench. Bos. 2. Heus. [Stav. 3. Ith. Wetz. Schmied. Heinr. Bipont. Paufl. *Sed nata autem est* Ed. Ven. Long. Bos. 1. Stav. 1. 2.

## NOTÆ

Julii, qui Augustus est.

Suetonius in Tiberio cap. 7. Hanc tamen Tacitus Vipsaniam vocat.

<sup>2</sup> *Nata est autem Attico neptis ex Agrippa*] Hanc Agrippinam vocat

filiam collocarat.<sup>14</sup> Hanc Cæsar, vix ammiculam,<sup>a 15</sup> Tiberio Claudio Neroni, Drusilla<sup>16</sup> nato,<sup>a</sup> privigno suo, despondit: quæ conjunctio<sup>17</sup> necessitudinem eorum sanxit,<sup>b</sup> familiaritatem<sup>18</sup> reddidit frequentiore.

20. Quamvis ante hæc sponsalia non solum, cum<sup>1</sup> ab urbe abesset,<sup>2</sup> nunquam ad suorum quenquam literas<sup>3</sup> misit, quin Attico mitteret,<sup>c</sup> quid ageret, imprimis<sup>4</sup> quid legeret; quibusque<sup>5</sup> in locis, et quamdiu esset moraturus; sed etiam<sup>6</sup> cum esset in urbe, et propter suas infinitas occupationes minus sæpe, quam vellet, Attico frueretur, nullus dies tamen temere intercessit,<sup>7</sup> quo non ad eum scriberet: cum modo aliquid<sup>8</sup> de antiquitate ab eo requireret; modo aliquam ei quæstionem

<sup>a</sup> *Vix annum habentem.*

Harl. Tzsch. 1. 2. Wetz. Ricklefs.]—14 Ita Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Mendos. Gif. Ed. Brix. Par. Keuch. [antiq. Lamb. Bos. Stav. Heus. et seqq.] Sed collocavit Ed. [Ven. Long.] Gebh.—15 *Amiclam* Ms. Voss. 3. Statim *Tiberio* aberat a Ms. Voss. 3. [Ed. antiq. et vet. Schleg. Brix. Paris. T. Claud. Ed. Ven. Long. et Gryph.]—16 *Drusilia* Ms. Voss. 1. 3. *Drusila* Ed. Med. Arg.—17 *Convinctio* Ed. Med.—18 *Sansit, fam.* Ms. Voss. 1. *sic auxit, ut fam.* Ms. Medic. [sanxit: familiaritudinem Ed. antiq. et vet. ap. Schleg.]

1 *Quia* Ms. Voss. 3.—2 *Esset* Ms. Mendos. Voss. 3. Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et antiq.]—3 *Litteris* Ms. Voss. 3. Statim *misit cum* Ms. Leid. 2.—4 *Ageret imprimis: quid* Ms. Mendos. Ed. Rom. Brix. [Ven. Par. Long. Gryph.]—5 *Quibus* Ed. Heus. [Ith. Bipont. Heiur. Schmied. Paufl. quibusve Ed. Wetz.]—6 Ita quoque Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. Mendos. [Ed. antiq. Lamb. Bos. Stav. Heus. et seqq.] *At sed* Ed. [Ven. Long.] Gebh. Keuch. Patav.—7 *Nulla dies tamen interc.* Ms. Mendos. *nullus dies temere interc.* Ms. Rom. Ed. Gebh. Keuch. Patav. [*nullus dies temere intercesserit* Ed. Ven. Long.] *nullus dies tamen temere intercesserit* Ms. Voss. 1. Ed. Med. Arg. *nullus dies tamen intercesserit* Ms. Voss. 3. Ed. Brix. [antiq. et vet. ap. Schlegel. Atque ita modo *temere* modo *tamen* vel omissum est vel servatum. Ita quoque multi libri exhibent *intercesserit*, quod quidem, tanquam modeste et dubitanter affirmantis foret indicium, cum Hensing. quem consules, Tzschuckius et al. haud asperrantur, neque tamen in textum recipere audent. Hi enim, ut Lamb. Bos. Stav. et seqq. ediderunt *null. dies tam. temere intercessit.*]—8 *Quo non aliquid* Ms. Mendos. Ed. Rom. Brix. [antiq. et vet. Schlegel. qui id probat.] Med. Arg. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *quo aliquid* Ed. [Ven.] Long. Sed *cum* (aut *quum*) Ms. Leid. 1. Ed. Bos. 2. [Stav. et

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Tiberio Claudio Neroni, Drusilla nato*] Is Tiberius Imperator fuit, et successor Augusti Cæsaris, et privignus ejus: Drusilla vero dicta est, quæ et Livia Imperatrix, et uxor ejusdem Augusti, nec non Tiberii mater.

<sup>b</sup> *Necessitudinem eorum sanxit*] Quidam legunt *auxit*, quia jam Cæsarem inter et Atticum necessitudo erat, quæ hac affinitate adaucta est.

<sup>c</sup> *Quin Attico mitteret*] Id est, scriberet, seu nuntiaret.

poëticam<sup>9</sup> proponeret; interdum jocans ejus verbosiores eliceret<sup>10</sup> epistolas. Ex quo accidit, cum ædes<sup>11</sup> Jovis Feretrii, in Capitolio<sup>d</sup> ab<sup>12</sup> Romulo constituta, vetustate atque incuria detecta prolaberetur,<sup>13</sup> ut, Attici admonitu,<sup>14</sup> Cæsar eam reficiendam curaret. Neque vero ab M. Antonio<sup>15</sup> minus absens literis colebatur: adeo, ut accurate ille ex ultimis terris,<sup>16</sup> quid ageret, quid curæ<sup>17</sup> sibi haberet, certiore faceret<sup>18</sup> Atticum. Hoc quale sit, facilius existimabit is, qui judicare poterit, quantæ sit sapientiæ, eorum retinere usum benevolentiamque,<sup>19</sup> inter quos maximarum rerum non solum æmulatio, sed obtrectatio tanta intercedebat, quantam<sup>20</sup> fuit incidere<sup>21</sup> necesse inter Cæsarem atque

//////////

seqq. recent.]—9 *Peticam* (1. *peticam*, ut cap. 18.) Ms. Voss. 3. *aliquæ quæst. poet. ei prop.* Ed. [Ven. Long.] Gebh. Keuch. Patav.—10 *Ediceret* Ed. Brix.—11 *Ædis* Ms. Mendos. Ed. Brix. Med. Arg. recte. [*edis* Ed. ant.]—12 Sic etiam Ms. Mendos. Sed a *Romulo* Ed. Brix. [antiqu.] *Statim constituta* Ms. Mendos. Ed. Brix.—13 *Tecta prolaberentur* Ms. Mendos. Ed. Brix. [vet. Schleg. et ant. in qua etiam in curia divisim est excusum.] *tecta prolaberentur* Ms. Voss. 3.—14 Sic Ed. Rom. Paris. [Ven. Long.] Patav. Heus. Stav. [Harl. et al.] Sed *ammonitu* Ms. Voss. 1. Ed. [antiqu.] Med. Arg. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. *monitu* Ms. Voss. 3.—15 Sic etiam Ms. Leid. 2. Mendos. Ed. Brix. [ant. Lamb. Bos. Stav. Heus. et seqq.] a *M. Ant.* Ed. [Ven. Long.] Gebh. In Ms. Voss. 3. erat *robust M. Antonus. Mox colebantur* Ms. Leid. 2. *colabant* Ed. Keuch. vitiose.—16 *Exul tum litteris* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Rom. Med. Arg. [Ven.] *exul tum iis terris* Ms. Mendos. Ed. Brix. *exul tum his terris* Ms. Voss. 3. Ed. Paris. Long. Lamb. Schot. Gryph. Boecl. Bos. 1. Keuch. Patav. Amstel. [*exultum iis terris, quid ageret curæ sibi haberet, certiore facere Atticum* Ed. vet. Schleg. et ant. in qua tamen editum est *...cure...cercioem.* add. Staver. ad ed. 3.]—17 *Ageret, curæ* Ms. Mendos. Voss. 3. Ed. [vet. et ant.] Brix. Heus. [Bipont. Ith. Heinr. Wetz. Schmied. sed *ageret, quid curæ* Ed. Ven. Long. Lamb. Bos. Stav. Harl. Ricklefs. Paufl. Brem. Tzschuck. qui contra Heusing. bene tuetur *quid curæ*, quia, ut ait, studium et cura vocabulo *accurate* declaratur, amicitia et conjunctio ex argumentis epistolarum probatur.]—18 *Facere* Ms. Mendos. Ed. Brix. [ant. et vet.] Heus. [et qui eum supra sunt secuti, sed *faceret* Ed. Ven. Long. Lamb. Bos. Stav. et alii, hunc secuti et antea nominati.]—19 *Benivol.* Ed. Brix. [antiqu. et Ven.] Med. Arg. Lamb. Schot. Gebh. ubique. *Statim intra quos* Ed. Brix. [antiqu. et vet. Schlegel.] *in quos* Ed. Med.—20 *Quantum* Ed. Arg. [*quanta* Ed. vet. Schleg. et ant.]—21 Sic Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Rom.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Cum ædes Jovis Feretrii, in Capitolio* Hoc templum a Romulo conditum fuit, ex spoliis hostium; sic dictum, teste Livio lib. 1. quia hostium Rege occiso, spolia ejus suspensa, fabricato ad id apte Feretro gerens, in Capitolium ascendit, et ejus templi

finis designavit, et sub nomine Jovis Feretrii construxit.

<sup>e</sup> *Ex ultimis terris* Id est, ut interpretatur Manucius, ex Ægypto. Alii legunt, *exul tum his terris*; quia hostis judicatus Antonius Italia cesserat: sed hæc lectionem minus probo.

Antonium, cum se uterque principem non solum urbis Romæ,<sup>22</sup> sed orbis terrarum esse cuperet.

21. Tali modo cum septem et septuaginta<sup>1</sup> annos complisset,<sup>f</sup> atque ad extremam senectutem non minus dignitate, quam gratia fortunaque, crevisset, (multas enim hæreditates<sup>2</sup> nulla alia re, quam bonitate est<sup>3</sup> consecutus,) tantaque<sup>4</sup> prosperitate usus esset<sup>5</sup> valetudinis, ut annos triginta medicina non indiguisset; nactus est morbum, quem initio et ipse et medici contempserunt. Nam putarunt<sup>6</sup> esse tenesmon:<sup>o</sup> <sup>7</sup> <sup>8</sup> cui remedia celeria faciliæque proponebantur. In hoc cum tres menses sine ullis doloribus, præterquam quos ex curatione capiebat, consumsisset;<sup>8</sup> subito tanta vis morbi in unum<sup>9</sup> intestinum prorupit, ut extremo tem-

° Existimarunt enim levem esse dissenteriam.

//////////

Brix. [ant. et Ven.] Long. Lamb. [Bos. Stav. Heus. et seqq. Atque Heusing. hanc lectionem contra Grævium, dubitantem, an Latine dicatur *incidit obtrect. inter Casarem et Anton.* vindicat simili loco Quintil. I. O. lib. II. c. 1. 70. p. 977. 'Ut inter eos non forenssem contentionem, sed studiosam disputationem crederes incidisse.'] Sed *intercedere* Ed. Gebh. Gryph. et al. ap. Heusing.—22 Sic Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Med. Gebh. [Bos. Sed *Romanæ* Ed. ant. et Ven. Long. Lamb. Stav. Heus. et seqq.]

1 *Sexaginta* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. Schleg. et ant.] Brix. VII. et LXX. Ed. Med. Arg. Lambin.—2 Sic Ed. Brix. Arg. ubique [Ven.] alii *hered.*—3 *Est* abest a Ms. Leid. Voss. 1. 3. Ed. Brix. Med. [antiq. et Ven.] Arg. Long. Gebh.—4 *Nunquam* Ms. Leid. 2.—5 *Est valet.* Ms. Mendos. Voss. 1. 3. [Ed. Long.] *est valetudin.* Ed. Brix. [ant. et Ven.] *valetudin.* Ed. Med. *Statum ut annes xxx.* Ms. Mendos. *ut annis trig.* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [ant. et Ven. in qua, ut in Ed. Long. excusum est *annis xxx.*] Med. Arg. Gebh. Keuch. Heus. [Ith. Heinr. Paufl. Schmied. *annos* (supple *per*) *rell.*] *Mox contempserunt* Ed. Brix. [ant. et Ven. Long. Stav. 2.]—6 *Putat* Ed. Med. *putare* Ed. Arg.—7 *Tenesmon* Ms. Gif. [Lamb. Bos. Gryph. Stav. 1. 2. Wetz. Schmied. Tzschuck. 2. Heinr. Paufl.] Sed *tenasmon* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. Schleg. et ant. ac Ven.] Rom. Brix. Med. Arg. Long. [Ith. Heus. Stav. 3. Tzschuck. 1. Harl. Ricklefs.] *τεναςμόν* Ms. Mendos. *τενεσμόν* Ed. Gebh. immo *τενεσμόν* [ut Manut. ap. Heusing. et Celsus I. 18. diserte scribit, 'quod *τενεσμόν* Græci vocant.']—8 *Consumsisset* Ed. Brix. et al.—9 [In *inum*, uti Barth. conjiciebat, dederunt Heusing. Ith. Ricklefs. Schmied. Heinr. et antea, notante Heusingero, Ed. Paris. et unum

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Cum septem et septuaginta annos complisset*] Nimirum anno ab Urbe Condita 721. Cn. Domitio et C. Sossio Coss. anno undecimo post mortem Ciceronis, ut dicitur postea.

<sup>8</sup> *Nam putarunt esse tenesmon*] Hic morbus est dysenteriaæ affinis, et veluti prænuntius; estque crebra et inanis voluntas egerendi, ut refert Plin. Hist. Natur. lib. xxviii.

pore per lumbos fistula putris eruperit.<sup>10</sup> Atque hoc priusquam<sup>11</sup> ei accideret, postquam in dies dolores accrescere, febremque<sup>12</sup> accessisse sensit, Agrippam generum ad se accessiri<sup>13</sup> jussit, et cum eo L. Cornelium Balbum, Sextumque Peducaem.<sup>14</sup><sup>h</sup> Hos ut venisse vidit, in cubitum innixus,<sup>15</sup> ‘Quantam,’ inquit, ‘curam diligentiamque<sup>16</sup> in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cum vos testes<sup>17</sup> habeam, nihil necesse est<sup>18</sup> pluribus verbis commemorare. Quibus quoniam, ut spero, satisfeci, me nihil reliqui fecisse,<sup>19</sup> quod ad sanandum me pertineret, reliquum

//////////

tuetur quoque Tzschuck. qui præterea proruit conjicit pro prorupit.]—10 *Fistulae puris eruperit* Ms. Gif. [*fistulae puris erumperent* Ed. ant. et vet. Schlegel.] *fistulae puris erumperet* Ms. Mendos. (in quo ascripta hæc erant: *fistulae puris erumperent*: al. *fistulae pus erumperet*: al. *fistulae putres eruperint*.) Voss. 1. Brix. *fistula puris* (sic etiam Schoppii Mss. tres legunt) *erumperet* Ms. Voss. 3. *fistulae puris eruperit* Ms. Leid. 2. *pus erumperet* Ms. Medic. [quod probavit Bos. et Schmied. in textum admisit *pus eruperit*. Heusing. quoque in nota lect. cod. Medic. et conjecturam Bosii præfert vulgatæ. At unde haberit, cod. Medic. exhibere *eruperit*, et id probasse Bosium, equidem nescio. Nam in Ed. 2. Bosii (uti repetitum est in ed. Stav. et Fischer.) clare legitur *erumperet*.] *fistulae putris eruperit* Ed. Rom. [Ven.] Long. *fistulae putris erumperent* Ed. Med. *fistulae putris eruperent* Ed. Arg. *fistula pus se eruperit* conjecit Oudendorp. ad Cæs. B. C. I. 8. Obs. misc. x. p. 103.—11 Ita etiam Ms. Mendos. Ed. Rom. Brix. [ant. et Ven.] Long. [Lamb. (ubi tantum, uti in Ed. Ith., *prius, quam* commate distinctum legitur.) Bos. Stav. et seqq. Brem. autem verba *atque hoc...accideret*, tanquam adulterina uncis inclusit. Sed Ricklefs, lacunam hic cum aliis suspicatus, post *accideret* stellulas, lacunæ signa, posuit. Mox *accederet* Ed. Ven. pro *accideret*.]—12 *Febresque* Ms. Leid. 2. Ed. Rom. Brix. Med. Arg. [antiq. et Ven. Long.] Gebh. Gryph. Keuch.—13 *Accersi* Ms. Voss. 1. [Bos. 1. 2.] Sed *accersi* Ms. Mendos. Gif. Voss. 3. Ed. Brix. [antiq.] Schot. *accessiri* Ed. Med. Arg. *accersi* Ed. Rom. [Ven.] Long. *accessiri* Ms. Leid. 2. Ed. Gebh. Keuch. Stav. Patav. [Heus. Ith. Wetz. Bipont. Harl. Ricklefs. Schmied. Heinr. v. supra ad x. 2. inter varr. lectt.] *arcersi* Ed. Lamb. Similis permutatio in libris scriptis et editis apud Justin. xviii. 2. 4.—14 [*Sex q; peduceu* Ed. ant. *Sextuq; peduceu* Ed. Ven. *peduceum* etiam Ed. Long.] *Sex. q. peduceum* Ed. Brix. Med. Arg.—15 Sic Ms. Gif. Mendos. Medic. 2. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Rom. Paris. Brix. Med. [antiq. Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *nixus* Ed. Arg. [Ven. Long.] Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1.—16 *Et diligent.* Ed. Brix. [ant.] Mox *valetudin.* Ed. Brix. [antiq. et Ven.].—17 *Nos testes* Ms. Voss. 1. 3.—18 Ita Ms. Sav. Medic. 1. 2. Voss. 1. 2. Ed. Brix. Med. [ant. Bos. 2. Paris. Stav. Heus. et seqq.] Sed *nihil opus est* Ed. Arg. [Ven. Long.] Lamb. Boecl. Bos. 1. Pat. *nihil necesse* Ms. Leid. 2. Mendos. Gif. Ed. Gebh. Keuch.—19 Sic Ms. Leid. 1. 2. Voss. 1. 3. Ed. Rom. [ant. et Ven.] Brix. Med. Arg.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> L. Cornelium Balbum, Sextumque Peducaem] Attici familiarissimos, quorum alter, scilicet Balbus, genere Gaditanus erat, quem, cum de civi-

tate in periculum vocaretur, Cicero defendit, cujus extat oratio. Alter vero prætor fuit.

est, ut egomet<sup>20</sup> mihi consulam. Id vos ignorare nolui.<sup>21</sup> Nam mihi stat, alere morbum desinere.<sup>1</sup> Namque<sup>22</sup> his diebus quicquid cibi potionisque sumsi, ita produxi vitam, ut auxerim dolores sine spe salutis. Quare a vobis peto primum, ut consilium probetis meum; deinde, ne frustra debortando conemini.<sup>23</sup>

22. Hac oratione habita, tanta constantia<sup>1</sup> vocis atque vultus,<sup>2</sup> ut non ex vita, sed ex domo in domum videretur migrare, cum quidem Agrippa eum flens, atque osculans,<sup>3</sup> oraret atque obsecraret, ne ad id,<sup>4</sup> quod natura cogeret,<sup>5</sup> ipse quoque acceleraret,<sup>6</sup> et quoniam tum quoque posset temporibus superesse,<sup>7</sup> se sibi suisque reservaret; preces ejus taciturna sua obstinatione depressit.<sup>7j</sup> Sic cum bi-

<sup>P</sup> Et quia tunc etiam aliquamdiu vitam producere posset.

//////////

Long. Gebh. [Bos. 2. Stav. (cui tamen totus locus est suspectus,) Heus. et seqq.] Sed nihil reliqui feci Ed. Lamb. Schot. nihilque reliqui feci Ed. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—20 Et egomet pro ut egomet Ms. Leid. 2.—21 Vos... volui Ed. Med.—22 Nāque Ed. Brix. [Ven.] Tum quicquid Ed. Brix. et al. Statim cibi potionisque sumpsi Ms. Mendos. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et ant. (ubi tantum scriptum est pocionisque,) Paris. (ap. Heusing.) cibi potionisque sumsi Ed. Tzschneck. Harl. In reliquis libris deest potionisque.] —23 Dehortando impedire conemini Ms. Leid. 2.

1 Constantia Ed. Med.—2 Vultus fuit Ed. Brix. Par.—3 Obsecrans Ms. Schopp. qui mox omittit verba, atque obsecraret.—4 Ita Ms. Leid. 1. 2. Voss. 3. Ed. Rom. [antiq. et Ven.] Brix. Med. Arg. Long. [Bos. 2. Stav. Heus. Wetz. Harl. Tzsch. Bipont. Ricklefs. Paufl.] Sed ne id Ed. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. [Schmied. Ante sequens voc. quod supple ad.]—5 Coëgerat Ed. Brix. [vet. apud Schlegel. qui probat, et ant. Sed cogeret Ed. epist. Cicer. Jenson. 1470. Ven. et rell.]—6 Sibi acceleraret Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. qui huic lectioni favet; it. Ed. ant. cum epp. Cic. ad Attic. et ant. cum Plutarchi vitis Latine versis, ac Ven.] Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Heus. [qui in longa nota vindicat probatque sibi, quem dativ. casum h. l. esse incommodi judicat, provocatque ad Sanctii Minerv. II. c. 4. et ad Perizon. ad illum loc. nr. 5. p. 182. Denique sibi accelerare ad aliquid interpretatur, cum maximo malo exitioque suo accelerare: Ed. Bipont. Ith. Wetz. et in ind. Bos. citatur accelerare sibi aliquid:] sibi acceleraret Ed. Med. [sed sibi omittunt codd., uti videtur, Staveriani, Ed. Bos. 2. Stav. (qui contra Heusing. disputans dubitat, num dici possit ad aliquid sibi accelerare; nec Schmied. in Lexic. Corn. p. 83. sq. illam formulam concoquere poterat, aut legendum putarat, et in ed. sua rescripsit, ne id,...ipse quoque sibi acceleraret.) Harl. Brem. Ricklefs. Heinr. Paufl. et Tzschluck. qui bene animadvertit, si τὸ sibi addatur, durius istud ad ante id debere abesse.]—7 Ita etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. et Ven.] Med. Arg.

#### NOTE

<sup>1</sup> Mihi stat, alere morbum desinere] Cibum sumendo, et vitam prorogando.

<sup>j</sup> Preces ejus taciturna sua obstinatione depressit] In aliis, compressit; quod idem videtur atque cohibuit.

duum<sup>8</sup> cibo se abstinuisset, subito febris<sup>9</sup> decessit, leviorque<sup>10</sup> morbus<sup>11</sup> esse cœpit. Tamen propositum nihilo secius peregit. Itaque die quinto post, quam id consilium inierat, pridie Kalend. Aprilis,<sup>12</sup> Cn. Domitio,<sup>13</sup> C. Sosio Coss. decessit. Elatus est in lecticula,<sup>k</sup> ut ipse præscripserat,<sup>14</sup> sine ulla pompa funeris,<sup>l</sup> comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. Sepultus est juxta viam Appiam,<sup>m</sup> ad quintum lapidem,<sup>n</sup> in monumento Q. Cæcilii,<sup>15</sup> avunculi sui.



Long. [Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *compressit* Ed. Lamb. Schot. Boecl. Kench. Bos. 1.—8 *Biduo* Ed. Kench. Mox *abstinuisset* omisso τῶ se Ms. Ernst.—9 *Febri* Ed. Brix. [vet. ap. Schlegel. et ant. ac Ven.]—10 *Leviorque* ...*decessit* aberant a Ms. Mendos. Ed. Brix. [vetusta ap. Schleg. et antiq.] Aberant etiam ab Ms. Voss. 3. inde a τῶ *leviorque* ad verba C. Sosio. [Sed totus locus servatus est in Ed. Jens. 1470. cum epist. Cicer. ac Ven. et rell.]—11 *Moribus* Ms. Voss. 1. Idem dein *secus* loco *secius*.—12 *Aprileis* Ed. Schot.—13 *In Domitio* Ms. Voss. 1. Gn. *Domicio* Ed. Med. Arg. Mox *Sisio* Ed. Boecl.—14 *Prescripser*. Ed. Arg. [antiq. *p̄scripser*. Ed. Ven.] Post *ad quintum* Ed. Gebh. [*apiam ad Aquintum* Ed. ant. *ppm ad Aquint.* Ed. vet. Schleg.]—15 *Cecilii* Ed. Brix. Med. Arg. [ant. et Ven.]—In Ed. Arg. extrema hac vita additur: *TELOS*. [In Ed. Ven. *FINIS*.]

#### NOTÆ

Sicut, os alicui comprimere; *empêcher de parler quelqu'un*.

<sup>k</sup> *Elatus est in lecticula*] Honestioris conditionis mortui lectica hexaphoro efferebantur: at inferioris sortis sandapila, cui subijuncti homines quatuor. Vide Martialem, lib. VIII.

<sup>l</sup> *Sine ulla pompa funeris*] Sic Tacitus Annal. III. 'fuerunt qui funeris publici pompam requirerent.'

<sup>m</sup> *Sepultus est juxta viam Appiam*]

Quam Appius Claudius Consul lapidibus stravit, juxta quam celebriora erant Romanorum sepulcra: vide Cic. in Milone.

<sup>n</sup> *Ad quintum lapidem*] Nam tunc temporis in urbe sepeliri vetitum lege duodecim Tabularum; quam legem his verbis refert Cic. II. de Legibus: 'Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito.'



CORNELII NEPOTIS  
FRAGMENTA

QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA

ANDREÆ SCHOTTI

STUDIO COLLECTA.

---

CHRONICORUM LIB. I.

1. DE Homero et Hesiodo inter omnes fere scriptores constitit, utrumque ante Romam conditam vixisse, ut Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum et sexaginta.<sup>a</sup> *A. Gell. N. A. XVII. 21. 3.*

NOTÆ

<sup>a</sup> *Annis circiter centum et sexaginta]* Homerum et Hesiodum vixisse longe ante conditam Romam patet ex his Gellii verbis: 'De Homero et Hesiodo inter omnes fere constitit, utrumque ante Romam conditam vixisse, Silviis Albæ regnantibus, annis post bellum Trojanum plus c. et lxx. ante Romam autem conditam, ut Corn. Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter c. et lxx.' Porro Homerum *ἕριστον καὶ θειότατον τῶν ποιητῶν* vocat Plato.

Vide Herodotum, qui vitam ejus scripsit. Præterea Solinus cum Nepote consentit in eo annorum numero, quibus suffragantur fere omnes Latini scriptores, ex quorum præsertim numero sunt Plin. lib. vii. 16. qui scribebat anno Urbis octogentesimo trigesimo: Juvenalis, qui scripsit ab initio Imperii Nervæ, post Plinium circiter 20. annis: et Velleius Paternulus, qui annos fere nongentos et quinquaginta ante ipsius ætatem floruisse Homerum tradit, lib. i. 5. Sed longe

Nepoti et Lutatio Romam placet conditam Olympiadis septimæ anno secundo.<sup>b</sup> *Solin. Polyh. c. 1. ed. Salm.*

Archilochum<sup>c</sup> Nepos Cornelius tradit Tullo Hostilio Romæ regnante jam tunc poematis clarum et nobilem. *A. Gell. N. A. xvii. 21. 8.*

M. Manlius Romæ, qui Gallos<sup>d</sup> in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, convictus est consilium de regno occupando iniisse: damnatusque capitis, e saxo Tarpeio, ut M. Varro ait, præceps datus est: ut Cornelius autem Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est. *Gell. ibid.*

Alexander Magnus Pellæ oritur,<sup>e</sup> ut Nepos edidit, M. Fabio Ambusto, Tito Quintio Capitolino Coss. post Ro-

## NOTÆ

major est discordia ea de re inter scriptores Græcos: alii enim belli Trojani temporibus vixisse aiunt: alii c. annis abfuisse a Troicis temporibus: alii c. quadraginta: alii etiam c. sexaginta octo, ut Herodotus, qui ejus vitam scripsit, ut supra diximus. Sed malim cum scriptoribus Latinis sequi Apollodorum Atheniensem, qui anno centesimo migrationis Ionicæ floruisse ait, quod recidit in eum annum quem astruimus.

<sup>b</sup> *Olympiadis septimæ anno secundo*] Anno primo, non secundo, Olympiadis septimæ conditam fuisse testari videtur Solinus cap. 11. his verbis: 'Quapropter cum octingentesimo primo anno Urbis conditæ ducentesima septima Olympias computetur, par est Romam septimæ Olympiadis anno primo credi conditam.' Et Dionysius lib. 1. Jornandes simpliciter septimam dicit, non expresso anno. Alii aliter censent. Hanc conditam fuisse ipsis Palilibus, id est, xi. Kal. Maii, Sole in Tauro, Luna in Libra constitutis, quidam scriptores prodiderunt: quo sensu intelligenda sunt ista Ciceronis verba, de *Divin.* lib. 11. 98. 'Taruntius Romam, cum esset in

Jugo Luna, natam esse dicebat.'

<sup>c</sup> *Archilochum*] De tempore quo vixit Archilochus scriptores non consentiunt. Cicero eum regnante Romulo vixisse refert, id est, quadraginta quatuor, aut circiter annos ante tempus a Nepote designatum. Porro eum clarissimum Poëtam fuisse patet præsertim ex his Paterculi verbis: 'Neque quenquam alium, cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum et Archilochum, reperiemus.'

<sup>d</sup> *M. Manlius Romæ, qui Gallos, &c.*] Is postea ob defensum Capitolium Capitolinus dictus est, et domum in Capitolio publice accepit. Hunc tamen affectatæ tyrannidis postea damnatum e rupe Tarpeia præcipitem dederunt, domus diruta, et bona ejus publicata. Auctor de viris Illustribus. Hunc non præcipitem datam, sed verberibus necatum refert Nepos.

<sup>e</sup> *Alexander Magnus Pellæ oritur, &c.*] Pella Regni Macedonum Urbs primaria fuit; ad flumen Erigona, juxta Thessalonicum Sinum: unde Alexander Pellæus dicitur. Juvenalis: 'Unus Pellæo juveni non sufficit orbis.'

mam conditam anno trecentesimo octogesimo quinto. *Solin. Polyh. c. 40. (43.)*

P. Terentius maxime familiariter<sup>f</sup> vixit cum Scipione Africano, et C. Lælio, &c. quamvis Cornelius Nepos omnes æquales fuisse tradat. *Donatus s. Suet. in Vita Terentii: [sed v. Wetzel.]*

[*Minucius Felix c. 22. scit hoc Nepos et Cassius in historia. Fisch.*]

[*Nepotis liber de historicis: v. Dion. 3. Fisch.*]

[*Conf. Tertull. Apolog. x. p. 111. Haverc. s. p. 31. vol. 5. Semler. Fischer.*]

[*Catulli versicc. ap. V. D. ad A. Gellium, vii. 18. Fischer.*]

[*Hieronym. Euseb. Chron. Can. p. 106. Scal. et, ut ait, Cornelius Nepos, &c. Fisch.*]

[*Lactant. i. 13. 8. Latini Nepos. Fischer. Ad Lactantii loc. Nepotem citari in Chronicorum libris, in nota observat Cellar.*]

## CORNELII NEPOTIS EXEMPLORUM

### LIB. II.

II. **A** VIRGINE Vestale:<sup>s</sup> *Fl. Charisius lib. i. Grammat. [p. 119. ed. Putsch.]*

### LIB. V.

Cornelius autem Nepos et in libro exemplorum quinto id quoque literis mandavit, multis in Senatu placuisse,<sup>h</sup> ut ii, qui redire nollent, datis custodibus ad Hannibalem de-

### NOTÆ

<sup>f</sup> *P. Terentius maxime familiariter, &c.* Vide Cic. in Lælio, ubi Terentium familiarem suum vocat Lælius. Quis porro Terentium ignorat? omnium Poëtarum comicorum disertissimum, et purioris Latinitatis amantissimum, natione Afrum, patria Carthaginensem.

<sup>s</sup> *A virgine Vestale*] Virgines Vestales, Vestæ Deæ sacris, perpetuæque ignis custodia dicatas, nemo nescit. De iis vide Plutarchum in Numa.

<sup>h</sup> *Multis in Senatu placuisse, &c.*] Fidem et hostibus nostris datam servare tenemur: qua de re vide Cic. offic. i.

ducerentur, sed eam sententiam numero plurium, quibus id non videretur, superatam; eos tamen, qui ad Hannibalem non redissent, usque adeo intēstabiles invisosque fuisse, ut tædium vitæ ceperint, necemque sibi consciverint. *A. Gellius N. A. VII. 18. 11.*

## CORNELII NEPOTIS ILLUSTRIMUM VIRORUM

### LIB. II.

111. **SUBINDE.** *Sosipater Charis. l. II. p. 195. ed. Putschii.*

### LIB. XV.

Harum partum.<sup>i</sup> *Ibid. p. 114.*

### LIB. XVI.

A fratre patruelc. *Ibid. p. 113.*

## INCERTA QUO LIBRO VIRORUM ILLUSTRIMUM POSITA.

**C**ARTHAGO antea speciem habuit duplicis oppidi,<sup>j</sup> quasi aliud alterum amplecteretur: cujus interior pars Byrsa dicebatur, exterior Magalia.<sup>k</sup> Hujus rei testis est C. Nepos in eo libro, qui Vita Illustrium inscribitur. *Serv. ad Æn. I. 372.*

### NOTE

<sup>i</sup> *Harum partum*] Pro partium; sicut mensum, pro mensium. Lege Vossium de Analog. II. 14.

<sup>j</sup> *Carthago antea speciem habuit duplicis oppidi, &c.*] Virgilius Carthaginem et Byrsam conjunxit, ut urbes vicinas. Byrsæ autem appellationem a corio ductam esse volunt plurimi. Quidam tamen Byrsam locum quandam munitum esse volunt, quale est Romæ Capitolium, Athenis Acropolis; cui opinioni situs ipsius Byrsæ favere videtur: Byrsa enim erat interior pars urbis, et veluti arx munitissima, ut refert ipse Nepos hoc in

loco. Adde quod Byrsa Punica lingua locus munitus dicebatur.

<sup>k</sup> *Exterior Magalia*] Magalia erant Afrorum Tuguria seu Casæ. Vide Servium in Æneid. IV. ubi Magalia et Mapalia idem significare scribit. Palea enim, vel Pales, Syris est Agricola: hinc Mapale deductum, proprium Agricolæ Tugurium. Quemadmodum et Magar, lingua Punica, Villam significat. Unde Isidorus Magalia quasi Magaria dicta fuisse refert: hincque fit, ut Plautus in Pænulo Magaria dixerit.

Propius Grammatico accessi.<sup>1</sup> *Diomedes l. i. Gram. p. 405.*

A. Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit,<sup>m</sup> res Romanas oratione Græca scriptitavit. In ejus Historiæ principio scriptum est ad hanc sententiam : neminem succensere sibi convenire, si quid in his libris parum composite aut minus eleganter scriptum foret. ‘ Nam sum,’ inquit, ‘ homo Romanus, natus in Latio: Græca oratio a nobis alienissima est.’ Ideoque veniam gratiamque malæ existimationis, si quid esset erratum, postulavit. Ea cum legisset M. Cato : ‘ Næ tu,’ inquit, ‘ Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare. Nam petere veniam solemus, aut cum imprudentes erravimus, aut cum expulsi [leg. *impulsi*. Fischer.] peccavimus. Tibi,’ inquit, ‘ oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod priusquam faceres, peteres, ut ignosceretur.’ Scriptum hoc est in libro Cornelii Nepotis de illustribus viris. *A. Gell. N. A. XI. 8. et Macrob. præf. Saturn.*

[*Fischer. margini h. l. ascripsit: Hieronym. epp. f. 116. tom. 1. Erasmii; de scriptor. eccles. f. 76. 4. tom. III.*]

## CORNELII NEPOTIS

### LIB. I. DE VITA CICERONIS.

IV. CORNELIUS Nepos, et rerum memoriæ non indiligens, et M. Ciceronis, ut qui maxime, amicus familiaris fuit: atque is tamen in primo librorum, quos de vita illius composuit, errasse videtur,<sup>n</sup> cum eum scripsit tres et viginti annos

#### NOTE

<sup>1</sup> *Propius Grammatico accessi*] Sic Cic. Epist. lib. i. 14. ait, ‘ proximus Pompeio sedebam.’

<sup>m</sup> *A. Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit, &c.*] De eodem Aulo Albino loquitur Tullius (de Claris 81.) his verbis : ‘ Albinus, is qui Græce scripsit historiam:’ et Acad. 137. ‘ Albinus homo doctus, P. Scipione, et M. Marcello Coss. Græce historiam scripsit.’

<sup>n</sup> *Errasse videtur, &c.*] Quintilianus l. xii. 6. scribit Ciceronem septimum et vicesimum annum attingisse cum Roscium defendit, publice scilicet; (nam pro Quintio privatam apud Aquilium Gallum judicem egit.) Dixit et pro Sexto Amerino adolescens contra Syllæ dominantis potestatem. Vide et Fabricii historiam Cicer: ad annum 26. et 27.

natum primam causam iudicii publici egisse: Sextumque Roscium parricidii reum defendisse. *A. Gell. N. A. xv. 28.*  
 Frustra Tullium suspicimus. Refert enim Cornelius Nepos, se præsentem, iisdem pæne verbis, quibus edita est, eam pro Cornelio seditioso Tribuno<sup>o</sup> defensionem peroratam. *Hieron. ep. 71. [61. Wetz. quem vid.] ad Pammachium, c. 4.*

## CORNELII NEPOTIS

### LIB. I. EPISTOLARUM AD CICERONEM.

[*Cornelius Nepos epistolam Alexandri ad Aristotelem Latinam fecit: v. Durantius varr. II. 15. p. 249. b. tom. 3. The-saur. Gruter. Fischer.*]

v. **TANTUM** abest, ut ego magistram esse putem vitæ Philosophiam,<sup>p</sup> beatæque vitæ perfectricem; ut nullis magis existimem opus esse magistros vivendi, quam plerisque, qui in ea disputanda versantur. Video enim magnam partem eorum, qui in schola de pudore et continentia præcipiant argutissime, eosdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere. *Lactant. lib. III. 15. 10. Institutt. div.*

## M. TULLII CICERONIS AD CORN. NEPOTEM

### EPISTOLARUM LIB. II.

Itaque nostri, cum omnia, quæ dixissemus, dicta essent;<sup>q</sup>

#### NOTE

<sup>o</sup> *Pro Cornelio seditioso Tribuno, &c.*] Hanc defensionem fuisse prægrandem refert Plin. Epist. lib. I. 20. Et omnia quæ per quatuor dies latius dixerat, coarctasse dicit Ciceronem; quod pugnare videtur cum Nepote, qui refert, iisdem pæne verbis, quibus edita est, peroratam. Idem tamen fere legitur in eo libro qui inscriptus est, de laudibus Philosophiæ, apud Lactantium lib. VI. 2. his verbis: 'Malo vel unum parvum de officio libellum,

quam longam orationem pro seditioso homine Cornelio.'

<sup>p</sup> *Tantum abest, ut ego magistram esse putem vitæ Philosophiam, &c.*] Hæc scripsisse videtur, ut contradiceret his Ciceronis verbis, quæ extant in Tuscul. Quæstionibus: 'O vitæ Philosophia Dux! o virtutis indagatrix!' &c. Et lib. II. 'In eo magistra vitæ tot sæcula permaneret philosophia.'

<sup>q</sup> *Itaque nostri, cum omnia, quæ dixis-*

quæ facete et breviter et acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari *dicta* voluerunt. *Macrob. Sat. II. 1.*

### AD EUNDEM EX LIBRO INCERTO.

Hoc restiterat etiam, ut a te fictis aggrederer donis.<sup>r</sup>  
*Priscian. l. VIII. Gram. p. 792.*

Qui habet, ultro appetitur: qui est pauper, aspernatur.<sup>s</sup>  
*Ibid.*

Quid? oratorum quem huic [scil. Cæsari] antepones eorum qui nihil aliud egerunt? quis sententiis aut acutior aut crebrior? quis verbis aut ornatior aut elegantior? *Suet. Cæs. c. 55.*

Ut Tullius docet, crudelitatis increpans Cæsarem in quadam ad Nepotem epistola. Neque enim quicquam aliud est felicitas, inquit, nisi honestarum rerum prosperitas. Vel, ut alio modo definiam, Felicitas est fortuna adjutrix consiliorum bonorum: quibus qui non utitur, felix nullo pacto esse potest. Ergo in perditis impiisque consiliis, quibus Cæsar usus erat, nulla potuit esse felicitas, feliciorque meo iudicio Camillus exulans,<sup>u</sup> quam temporibus iisdem Manlius, etiamsi, id quod cupierat, regnare potuisset.<sup>v</sup> *Am. Marc. lib. XXI. extr.*

Hæc quidam veterum formidantes, cognitiones actuum variorum, stylis uberibus explicatas, non edidere supersti-

### NOTÆ

*semus, dicta essent, &c.*] Ciceronem natura sua jocularibus scommatibus valde delectatum fuisse certum est: unde ab invidis, Consularis scurra dicebatur. Vide *Macrob. Saturn. lib. II.*

<sup>r</sup> *Hoc restiterat etiam, ut a te fictis aggrederer donis*] Hoc verbum passive hic sumitur.

<sup>s</sup> *Qui habet, ultro appetitur; qui est pauper, aspernatur*] Id quoque passive intelligendum est. Vide id genus innumera apud *Priscianum lib. VIII.*

<sup>t</sup> *Quis sententiis aut acutior aut cre-*

*brior*] Vide *Cic. ad Brutum.* Oratores enumerans, negat se videre, cui Cæsar debeat cedere.

<sup>u</sup> *Camillus exulans*] Ille et alter *Romulus* dictus fuit; propterea quod ad internecionem deletis Gallis, qui urbem incenderant, et *Capitolium* obsidebant, *Remp. Rom.* restituit. De quo vide *Val. Max. lib. v. 3.*

<sup>v</sup> *Id quod cupierat, regnare potuisset*] Quoniam, ut paulo supra diximus, servato *Capitolio*, de regno invadendo cogitabat.

tes, ut in quadam ad Cornelium Nepotem epistola Tullius quoque testis reverendus affirmat. *Idem lib. XXVI. initio.*

Sententiæ illius Tullianæ ignarus, docentis, infelices esse eos, qui omnia sibi licere existimarunt.<sup>w</sup> *Idem lib. XXVI. extr.*

### IDEM AD ATTICUM DE NEPOTE.

Nepotis epistolam expecto. Cupidus ille meorum, qui ea quibus maxime γαυσιῶ, legenda non putet? et ais μετ' ἀμόμωνα: tu vero ἀμόμων, ille quidem ἄμβροτος. *Lib. XVI. ep. 5.*

Male narras de Nepotis filio.<sup>x</sup> Valde mehercule moveor, et moleste fero. Nescieram omnino, esse istum puerum. *Ep. 14.*

*Hic Schottus inseruit Catonis et Attici vitas.*

## CORNELII NEPOTIS FRAGMENTA

INCERTA PARTIM QUO LIBRO POSITA PARTIM QUIBUS  
VERBIS CONCEPTA.

VI. NEPOS auctore certo comperisse se ait, C. Lælium<sup>y</sup> quondam in Puteolano Kalend. Martiis<sup>z</sup> admonitum ab uxore, temporius ut discumberet,<sup>a</sup> petiisse ab ea ne inter-

### NOTE

<sup>w</sup> *Infelices esse eos, qui omnia sibi licere existimarunt]* Unde D. August. de Civit. Dei, lib. v. 'O miserum cui peccare licebat!' Et de Trinitate lib. XIII. 5. ait: 'Velle quod non deceat, miserrimum: nec tam miserum est, non adipisci quod velis, quam adipisci velle quod non oporteat,' &c.

<sup>x</sup> *Male narras de Nepotis filio, &c.]* Id cognationis, non proprium nomen esse puto; nam de Cornelii Nepotis filio nihil mihi uspiam occurrisset mihi

<sup>y</sup> *Nepos auctore certo comperisse se*

*ait, C. Lælium, &c.]* Hunc Velleius inter oratores annumerat. De eo etiam Cic. pro Archia poëta loquitur.

<sup>z</sup> *In Puteolano Kalend. Martiis]* Puteolanus a Puteoli, hodie *Pouzzoli*, oppidum maritimum Campaniæ, a Neapoli octavo lapide distans, a Samiis conditum. Dicti Puteoli, sive a copia puteorum aquis calidis scatentium, sive a putore, propter aquas sulphureas. Vide Fr. Schottum in Urbis Romæ admirandis.

<sup>a</sup> *Temporius ut discumberet, &c.]* Comparativus a *tempore*, quo usi sunt



pellaretur : serius tandem ingressum triclinium dixisse, non sæpe in scribendo magis successisse sibi : deinde rogatum, scripta illa proferret, pronuntiasset versus qui sunt in 'Εαυρο-  
τιμωρομένηω : [IV. 4. 1.] 'Satis pol proterve me Syri promissa  
huc induxerunt.' *Donat. vel Sueton. in Vita Terent. c. 3.*

L. Otacilius Pilitus, Rhetoricam professus, Cn. Pompeium Magnum docuit ; patris ejus res gestas, nec minus ipsius, compluribus libris exposuit : primus omnium libertinorum,<sup>b</sup> ut Cornelius Nepos opinatur, scribere historiam orsus, non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam. *Sueton. de claris rhet. c. 3.*

Cornelius Nepos in libello, quo distinguit literatum ab erudito, literatos vulgo quidem appellari ait eos, qui aliquid diligenter et acute scienterque possint aut dicere aut scribere : ceterum proprie sic appellandos poëtarum interpretes, qui a Græcis γραμματικοὶ nominentur.<sup>c</sup> *Suet. de illustr. Gram. cap. 4.*

VII. PRÆTER Physicos, Homerumque, qui universum orbem mari circumfusum esse dixerunt, Cornelius Nepos, ut recentior, ita auctoritate certior [tradit] : testem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit,<sup>d</sup> eumque ita retulisse com-

## NOTE

aliquando Ovid. *Metamorph. lib. iv.* et Columella *lib. ix.*

<sup>b</sup> L. Otacilius Pilius...primus omnium libertinorum, &c.] Quia, ut inquit Terent. 'Servum hominem causas orare leges non sinunt.' Vide de eo Otacilio Pilito Suetonium de claris Rhetorib.

<sup>c</sup> Ceterum proprie sic appellandos poëtarum interpretes, qui a Græcis γραμματικοὶ nominentur] Audi quid Seneca dicat Epist. 88. 'Grammaticus,' inquit, 'circa curam sermonis versatur ; et si latius evagari vult, circa historias. Jam ut longissime fines suos proferat, circa carmina.' Vide et Quintilianum *lib. ii. 1.* At vero

triplex est Grammaticorum genus. Alii enim Technici ; alii Historici ; alii Critici. Technici, elementa, orationis partes, et verborum structuram docent ; hi potius Grammatistæ, quam Grammatici vocandi. Historici explicant nomina regionum, fluminum, montium, urbium ; genealogias Deorum ac priscorum Heroum exquirunt. Omnium autem nobilissimi sunt Critici, qui tanquam iudices omnia probant vel improbant, et ex eorum censura librorum omnium pretium augetur vel deprimitur.

<sup>d</sup> Testem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit, &c.] Quia, ut refert Plinius, *lib. ii.* a Suevorum rege quos-

memorat: Cum Galliis proconsul præesset, Indos quosdam a rege Bætorum dono sibi datos: unde in eas terras devenissent, requirendo, cognovisse, vi tempestatum ex Indicis æquoribus abreptos, cmentosque, quæ intererant, tandem in Germaniæ littora exiisse. *Mela lib. III. c. 5. fin. et Plin. N. H. II. 67.*

Largitudo.<sup>e</sup> *Charis. l. I. c. 78.*

Eudoxus quidam, avorum nostrorum temporibus, cum Lathurum, regem Alexandriæ, profugeret, Arabico sinu<sup>g</sup> egressus, per hoc pelagus, ut Nepos affirmat, Gades usque pervectus est.<sup>f</sup> *Mela III. 9. et Plin. III. 67. et Capella l. VI.*

Paphlagonia insignis loco Heneto, a quo, ut Cornelius Nepos perhibet, Paphlagones in Italiam transvecti,<sup>h</sup> mox

#### NOTE

dam Indos dono accepit Metellus Celer, qui ex India commercii causa navigantes, tempestatibus essent in Germaniam abrepti.

• *Largitudo*] Nomen illud inusitatum, et peculiare Nepoti, unde Charisius ibidem citatus dicit, ‘Largitudo nusquam invenitur nisi apud Nepotem.’

<sup>f</sup> *Eudoxus quidam, avorum nostrorum temporibus, cum Lathurum, regem Alexandriæ, profugeret, Arabico sinu egressus, per hoc pelagus, ut Nepos affirmat, Gades usque pervectus est*] Eudoxus iste, de quo hic sermo, non idem ac ille ejusdem nominis Astrologus, de quo Cic. de Divinatione, lib. II. loquitur; et Lucan. lib. X. his verbis, ‘Nec mens Eudoxi concedet fastibus annus;’ sed quidam alius minus notus, nec tamen navigationis imperitus, qui Ptolemænm cognomento Lathyrum, vel potius Lathurum, a nomine Græco *Λάθουρος*, qui antepenultimus fuit Ægypti Rex ex Ptolemæorum prosapia, fugiens Gades usque pervenit.

<sup>g</sup> *Arabico sinu*] Arabicus sinus alias mare rubrum dicitur, ab accolis *Mar di Mecha*. Gades vero, seu *Ga-*

*dir*, Tyria lingua, vulgo *Cadiz*, nomen est insulæ, atque etiam urbis, de qua sic loquitur Rufus Avienus in descriptione Orbis: ‘Gadir prima fretum solida supereminet arce, Attollitque caput geminis inserta columnis,’ &c. Plinius duas insulas esse scribit, ultra finem Bæticæ Provinciæ, et in extremo nostri Orbis versus Occidentem, ubi Europa ab Africa dirimitur freto Herculeo. Vide eundem lib. IV. 22. Non potuit autem Eudoxus ille ab Arabico sinu Gades usque pervenire, quin totam fere Africam circuitu legerit, et Promontorium, quod vocant *bonæ spei*, transierit; quæ hodie navigatio notissima est.

<sup>h</sup> *Heneto, a quo...Paphlagones in Italiam transvecti, &c.*] Henetum quendam olim vicum in Paphlagonia fuisse, unde populi illi, qui postea Heneti dicti, ortos fuisse, innuere videtur Nepos hoc in loco; quamvis in confesso sit apud omnes fore auctores, Enetos fuisse populos ex Paphlagonia regione, non ex quodam oppido, ad Trojam a Pylemene adductos, ut refert Homerus II. II. et V. qui post Trojam captam cum diu deer-

Veneti sunt nominati. *Solin. c. 44. et Plin. vi. 2. [conf. Heyn. ad Virg. Æn. i. Excurs. vii.]*

Fauces Oceani T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi minimum, vii. M. pass. ubi vero plurimum, x. M. *Plin. lib. iii. proœm.*

Melpum opulentia præcipuum,<sup>i</sup> quod ab Insubribus, et Boiis, et Senonibus deletum esse eo die, quo Camillus Veios ceperit, Cornelius Nepos tradidit. *Plin. iii. 17.*

Ultra Aquileiam vi. M. pass. Formio amnis,<sup>j</sup> ab Ravenna CLXXXIX. pass. antiquus Italiæ auctus terminus, nunc vero Istriæ: quam cognominatam a flumine Istro in Hadriam effluente a Danubio amne,<sup>k</sup> eidemque Istro ex adverso Padi fauces, contrario eorum percussu mari interjecto dulcescente, plerique dixere falso, et Nepos [Cornelius] etiam, Padi accola. *Plin. iii. 18. § 22.*

VIII. ALPES in longitudinem x. M. pass. patere<sup>l</sup> a supero mari ad inferum, Cælius tradit: Timagenes xx. M. pass.

## NOTÆ

rassent, tandem Italiæ oras appulerunt per sinum Adriaticum, et Veneti dici cœperunt. Præterea Strabo lib. xii. scribit Enetos nobilissimam ac præcipuam Paphlagoniæ fuisse gentem.

<sup>i</sup> *Melpum opulentia præcipuum*] Insubriæ oppidum ditissimum, quod a vicinis gentibus deletum est, ut refert Plinius, lib. iii.

<sup>j</sup> *Ultra Aquileiam vi. M. pass. Formio amnis, &c.*] Aquileia Romanorum colonia ad Natisonem fluvium sita, juxta quam Timavus defluit; unde Martialis: 'Et tu Ledæo felix Aquileia Timavo.' Hanc Romani duodecies mille passibus a mari collocarunt adversus Illyricas et Pannonicas gentes. Vide Livium de bello Macedonico. Quidam Aquileiam dictam volunt a perennibus aquarum fontibus; fuitque civitas tam augusta quondam, ut altera Roma diceretur;

*Delph. et Var. Clas.*

hodie Venetis paret, et ad solitudinem propemodum perducta est; ac ex ejus destructione, quæ primo ab Attila Hunnorum rege facta est, Venetia suum habuit incrementum. Quod spectat vero ad Formionem, fluvius est Istriæ, hodie *Risano*.

<sup>k</sup> *A flumine Istro in Hadriam effluente a Danubio amne, &c.*] In eo errore fuerunt antiqui omnes, ut crederent e Danubio fluvium in Adriam confluere juxta Istros populos; unde et Jasonis e Ponto in Adriaticum sinum transitus locum habuit Historiæ, quo in errore Corn. Nepos similiter versatus est.

<sup>l</sup> *Alpes in longitudinem x. M. pass. patere, &c.*] Exiniæ esse longitudinis Alpes patet ex his Melæ verbis lib. ii. 'Alpes ipsæ ab iis littoribus longe lateque diffusæ, primo ad Septemtrionem magno gradu excurrunt; deinde ubi Germaniam attigerunt,

*Nep.*

2 B

deductis in latitudinem, Cornelius Nepos c. M.: T. Livius tria M. stadiorum: uterque diversis in locis. *Plin.* III. 19. § 23.

Inter duos Bosphoros, Thracium et Cimmerium,<sup>m</sup> directo cursu, ut auctor est Polybius; 10. M. passuum intersunt. Circuitu vero totius Ponti vicies semel centena quinquaginta M. ut auctor est Varro, et fere veteres. Nepos Cornelius trecenta millia quinquaginta adjicit. *Plin.* IV. 12. § 24.

In ora Oceani, colonia Augusti, Julia Constantia, &c. et ab ea XXXII. M. pass. colonia a Claudio Cæsare facta, Lixos. Ibi regia Antæi, certamenque cum Hercule, et Hesperidum Horti, &c. Extat in ea et ara Herculis, nec præter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Minus profecto mirentur portentosa Græciæ mendacia, de iis et amne Lixo prodita,<sup>n</sup> qui cogitent, nostros nuper paulo minus monstrifica quædam de iisdem tradidisse: prævalidam hanc urbem,<sup>o</sup> majoremque Carthagine magna; præterea ex adverso ejus sitam,<sup>p</sup> et prope immenso tractu ab

## NOTÆ

verso impetu in Orientem abeunt; direptisque populis immanibus, usque in Thraciam penetrant.'

<sup>m</sup> *Inter duos Bosphoros, Thracium et Cimmerium, &c.]* Duo sunt Bosphori, alter juxta Byzantium, qui et Thracius dicitur, estque ostium Ponti, per quod in Propontidem influit, dictum a trajectu Jovis in bovem transformati. Vide Valer. Flacc. Argon. lib. IV. Alter est Bosphorus in introitu Mæotidis Paludis, per quem in Pontum defluit. Ovid. 'Bosphorus et Tanais superant, Scythiæque paludes.' Hic etiam Cimmerius dicitur, a Cimmeriis populis, partem ejus frigidissimam incolentibus. Vide Ovid. de Ponto.

<sup>n</sup> *Minus profecto mirentur portentosa Græciæ mendacia, de iis et amne Lixo prodita, &c.]* Nihil vanius et mendacius illis fabulis, quæ Hesperidas Nymphas et eorum hortos

prodidere. Porro illi horti a Virg. et Plin. describuntur in Mauritania Tingitana prope Lixum; quanquam idem Plin. et Ptolem. eos constituunt in Pentapoleos regione, omni arborum genere refertos, in quibus mala erant aurea a Dracone pervigili servata, quem Hercules interfecisse dicitur. Vide plura apud Solinum et Plin. qui draconem hunc ceu serpentem interpretantur fuisse æstuarium maris, meatu fluctuoso instar draconis, quod hortos Hesperidum amplectebatur.

<sup>o</sup> *Prævalidam hanc urbem, &c.]* Nimirum Lixon, nam et amnis et urbis nomen est; ut ex his patet Plinii verbis: 'A Claudio Cæsare colonia facta Lixos; vel fabulosissime ab antiquis narrata. Ibi Regia Antæi, certamenque cum Hercule, et Hesperidum horti.'

<sup>p</sup> *Præterea ex adverso ejus sitam] Hoc*

**Tingi:**<sup>q</sup> quæque alia Cornelius Nepos avidissime credidit. *Plin.* v. 1.

Aliqui inter Pontum et Caspium mare CCCLXXV. M. pass. non amplius interesse tradiderunt: Cornelius Nepos CCL. M. *Plin.* vi. 11. § 12.

Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra stadia octo abesse prodidit Cernen.<sup>r</sup> Nepos Cornelius ex adverso maxime Carthaginis a continente passus mille: non ampliorem circuitu duobus millibus. *Plin.* vi. 31. §. 36.

Nepos Cornelius, qui Divi Augusti principatu obiit, Me, inquit, juvene violacea purpura vigebat,<sup>s</sup> cujus libra denariis centum venibat; nec multo post rubra Tarentina. Huic successit dibapha Tyria,<sup>t</sup> quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac P. Lentulus Spinther, Ædilis Curulis, primus in prætexta usus improbatur:<sup>u</sup> qua purpura quis non jam, inquit, tricliniaria facit?<sup>v</sup> *Plin.* vi. 39. § 63.

## NOTE

est, e regione Carthaginis, quemadmodum Virg. Æneid. I. dixit: 'Carthago, Italiam contra,' &c.

<sup>q</sup> *Prope immenso tractu ab Tingi]* Tingis Pomp. lib. I. et Plin. lib. v. Mauritaniæ pervetus oppidum, ab Antæo, ut ferunt, conditum, ex cujus nomine Mauritania Tingitana dicta est. Hæc, cum colonia Rom. a Claudio Cæsare facta esset, Julia traducta dicta est; hodie *Tanger*.

<sup>r</sup> *A terra stadia octo abesse prodidit Cernen]* Cerne, Atlantici Oceani insula, contra Atlantem montem, Ptolemæo teste; quod et scribit Polybius gravis auctor. Plin. tamen hanc inter insulas Æthiopiæ annumerat: 'Cerne,' inquit, 'nominatur insula adversa Æthiopiæ, cujus neque magnitudo neque intervallum a continente constat.' Hanc nonnulli Maderam, alii Gratosam insulam esse putant.

<sup>s</sup> *Me, inquit, juvene violacea purpura*

*vigebat, &c.]* De variis purpuræ generibus vide Cælium, Baysium, et Salsasium, qui omnium accuratissime in Notis ad Tertullianum de Pallio scripsit. Purpura autem violacea tingeatur circa littora Africæ, quæ puniceum succum emittebat. Vide eundem Salsasium loco citato.

<sup>t</sup> *Huic successit dibapha Tyria]* Purpura quæ bis tingeatur. Unde Cic. in Vatinius, 'Strumam Sacerdotii dibapho vestiunt,' *Ils couvrent son infamie en l'élevant au Sacerdoce.*

<sup>u</sup> *In prætexta usus improbatur]* Causam aperit Plin. his verbis: 'Spinther ædilis fuit Urb. Cond. anno septingentesimo, Cic. Cons. Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, veluti magnifico impendio; qualiter nunc omnes commodiores purpuræ tinguntur.'

<sup>v</sup> *Tricliniaria facit]* Hoc est, ut explicat Salsasius, accubitalia, quibus



Onychem etiam tum in Arabiæ montibus,<sup>w</sup> nec usquam aliubi, nasci putavere nostri veteres; Sudines, in Germania, potoriis vasis inde factis primum, dein pedibus lectorum sellisque. Cornelius Nepos tradit magno fuisse miraculo, cum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo et urceos magnitudine cadorum ostendisset: post quinquennium deinde, triginta duorum pedum longitudine columnas vidisse se. *Plin. xxxvi. 7. § 12.*

IX. Νέπωσ δὲ Κορνήλιος, οὐχ ὑπὸ γήρωσ, φησὶν, οὐδὲ νόσου παραλάξαι τὸν Λούκουλλον, ἀλλὰ φαρμάκοις ὑπὸ τινος τῶν ἀπελευθέρων Καλλισθένους διαφθαρέντα. Τὰ δὲ φάρμακα δοθῆναι μὲν, ὡς ἀγαπῶτο μᾶλλον ὁ Καλλισθένης ὑπ' αὐτοῦ, τοιαύτην ἔχειν δοκοῦντα τὴν δύναμιν ἐκστῆσαι δὲ καὶ καταλῦσαι τὸν λογισμὸν, ὥστ' ἔτι ζῶντος αὐτοῦ τὴν οὐσίαν διοικεῖν τὸν ἀδελφόν. *Plutarch. in Lucullo extr. [p. 520. E. s. opp. tom. 1. p. 344. tom. 3. Tubing. Fischer.]*

‘Cornelius Nepos ait, non senio, neque morbo alienata mente fuisse Lucillum, sed a quodam liberto Callisthene venenis corruptum. Datum autem esse venenum, ut Callisthenes impensius ab eo diligeretur, quod ejusmodi vi pollere id putaret. Ita vero alienasse et solvisse mentem ejus, ut adhuc viventis facultates frater procuraret.’

Καίτοι Νέπωσ ὁ Κορνήλιος φησὶν, οὐ Κράσσου, Βρούτου δὲ θριαμβεύσαντος ἀπὸ Λουσιτανῶν θυγατέρα γῆμαι Γάϊον. *Plut. in Tib. Graccho, [p. 834. C. Opp. tom. 1. c. 21. p. 227. s. tom. 5. Tub. Fisch.]*

‘Cornelius Nepos non Crassi, sed Bruti, ejus qui de Lusitanis triumphavit, filiam nuptum Caio datam, ait.’

Ἀννίβα δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἐλάχιστος ἦν λόγος, Μάρκελλον δὲ πεπτωκέναι πυθόμενος, αὐτὸς ἐξέδραμεν ἐπὶ τὸν τόπον καὶ τῷ νεκρῷ παρα-

## NOTE

lecti tricliniaries sternuntur.

<sup>w</sup> *Onychem etiam tum in Arabiæ montibus, &c.*] Notum est omnibus Onychem esse gemmæ cujusdam genus, humani unguis candorem referentis; *Plin. lib. xxxviii. 5.* Est etiam Onyx marmoris genus, in montibus Arabiæ

præcipue nascens, postea etiam in Germania inventum. Auctor idem *Plin. lib. xxxvi. 7. et 8.* Ex hoc marmore fiebant olim pretiosissima pavimenta; unde *Martialis lib. iii.* ‘*Calcutasque tuo sub pede lucet Onyx.*’

στάς, καὶ πολὺν χρόνον τὴν τε βώμην τοῦ σώματος καταμαθῶν καὶ τὸ εἶδος, οὔτε φωνὴν ἀφῆκεν ὑπερήφανον, οὔτε ἀπ' ὄψεως τὸ χαῖρον, ὡς ἂν τις ἐργώδη πολέμιον καὶ βαρὺν ἀπεκτονῶς, ἐξέφηγεν· ἀλλ' ἐπιθαυμάσας τὸ παράλογον τὸ τελευταῖος, τὸν μὲν δακτύλιον ἀφείλετο, τὸ δὲ σῶμα κοσμήσας πρέποντι κόσμῳ καὶ περιστείλας ἐντίμως ἔκαυσε, καὶ τὰ λείψανα συνθεῖς εἰς κάλπην ἀργυρεῶν, καὶ χρυσοῦν ἔμβαλῶν στέφανον, ἀπέστειλε πρὸς τὸν υἱόν. Τῶν δὲ Νομάδων τινὲς περιτυχόντες τοῖς κομίζουσιν, ὄρμησαν ἀφαιρεῖσθαι τὸ τεῦχος. Ἀντιλαμβανομένων δὲ ἐκείνων, ἐκβιαζόμενοι, καὶ μαχόμενοι διέβριψαν τὰ ὄστα. Πυθόμενος δὲ Ἀννίβας, καὶ πρὸς τοὺς παρόντας εἰπὼν, οὐδὲν ἄρα δυνατὸν γενέσθαι ἄκοντος θεοῦ, τοῖς μὲν Νομάσιν ἐπέθηκε δίκην, οὐκ ἔτι δὲ κομιδῆς ἢ συλλογῆς τῶν λειψάνων ἐφρόντισεν· ὡς δὴ κατὰ θεόν τινα καὶ τῆς τελευταῖας καὶ τῆς ἀταφίας παραλόγως οὕτω τῷ Μαρκέλλῳ γενομένης. Ταῦτα μὲν οὖν οἱ περὶ Κορνῆλιον Νέπωτα καὶ Οὐαλέριον Μάξιμον ἱστοροῦνται. Αἰβίος δὲ καὶ Καῖσαρ ὁ σεβαστὸς κομισθῆναι τὴν ὑδρίαν πρὸς τὸν υἱὸν εἰρήκασι, καὶ ταφῆναι λαμπρῶς. *Plut. in Marcello*, [c. 30. p. 331. tom. 2. *Tubing. Fischer.*]

‘Hannibal vero, cum reliquos minimi faceret, Marcellum cecidisse audito, ipse ad locum accurrit: cadaverique assistens, diuque corporis robur et formam contemplatus, neque superbam ullam emisit vocem, neque vultu lætitiā, (ut consentaneum erat eum, qui tam molestum et gravem hostem interfecisset,) præ se tulit; sed inopinatum viri exitum miratus, anulum ei abstulit, corpus digno habitu ornatum, vestibisque decentibus amictum, cremavit; reliquias in urnam argenteam lectas, aurea superaddita corona, ad filium misit. Sed quidam Numidæ, cum in ferentes ea incidissent, adimere vi conati sunt: illis reluctantibus, ac vim vi repellentibus, ossa disjecta sunt. Hannibal, hoc audito, ad eos, qui aderant, Nihil, inquit, utique Diis invitis fieri potest: sumtoque de Numidis supplicio, nullam præterea de Marcelli reliquiis colligendis curam habuit: ut qui, Dei alicujus numine Marcellum hunc exitum vitæ, et sepulturæ privationem ita præter omnium opinionem evenisse, crederet. Hæc Cornelius Nepos et Valerius Maximus narrant. Livius et Augustus Cæsar, perlatam ad filium Marcelli urnam, et honorifice sepultas ejus reliquias perhibent.’

Ἄννιβαν δὲ Μάρκελλος, ὡς μὲν οἱ περὶ Πολύβιον λέγουσιν, οὐδὲ ἀπαξ ἐνίκησεν, ἀλλ' ἀήττητος ἀνὴρ δοκεῖ διαγενέσθαι μέχρι Σκιπίωνος· ἡμεῖς δὲ Λιβίῳ, Καίσαρι, καὶ Νέπωτι, καὶ τῶν Ἑλληνικῶν τῷ βασιλεῖ Ἰόβα πιστεύομεν, ἦττας τινὰς καὶ τροπὰς ὑπὸ Μαρκέλλου τῶν σὺν Ἄννιβᾷ γενέσθαι. *Plut. in compar. cum Marcello*, [c. 1. p. 334. tom. 2. *Tubing. Fisch.*]

‘Hannibalem Marcellus, ut Polybius narrat, ne semel quidem vicit, sed invictus hic vir fuisse videtur usque ad Scipionem. Nos autem Livio, et Cæsari, et Nepoti, et ex Græcis scriptoribus regi Jubæ credimus, aliquoties Hannibalem a Marcello victum et in fugam versum esse.’

x. CORNELIUS Nepos, qui Divi Augusti principatu obiit, cum scriberet, turdos paulo ante cœptos saginari,<sup>w</sup> addidit, ciconias magis placere, quam grues;<sup>x</sup> cum hæc nunc ales inter primas expetatur, illam vero nemo velit attigisse. *Plin. x. 23. § 30.*

Apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser, &c. Postea præcipuam auctoritatem fuisse lupo et asellis,<sup>y</sup> Cornelius Nepos, Laberius, poëta mimorum,<sup>z</sup> tradidere. *Plin. ix. 17. § 28.*

## NOTE

<sup>w</sup> *Cum scriberet, turdos paulo ante cœptos saginari*] Turdus genus est avis simul et piscis. Martialis lib. xiii. ‘Inter aves turdus, mecum si iudice certes, Inter quadrupedes,’ &c.

<sup>x</sup> *Ciconias magis placere, quam grues, &c.*] Id forsan dicitur, quod ciconiarum genus sit pietatis et gratitudinis erga parentes symbolum. Unde Petronius Arbiter, in satirico de Ciconia: ‘Ciconia etiam grata, peregrina, hospita, Pietatis cultrix, gracilipes, crotalistris, Avis exul hyemis, titulus tepidi temporis, Nequitiae nidum in cacabo fecit meo.’

<sup>y</sup> *Præcipuam auctoritatem fuisse lupo et asellis, &c.*] Lupus hic nomen est piscis, quem Romani omnibus aliis prætulerunt, quem Catillonem et Li-

guritorem vocabant; metaphora ducta ab hominibus gulosis et delicatis, quos ideo Catillones vocabant antiqui, quod absumtis cibis ipsos etiam Catillos lingerent. Græce λάβραξ. ‘Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati a candore mollitiaque carnis.’ Unde Martialis lib. xiii. ‘Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi, Æquoreo dulces cum sale pastus aquas.’ Asellus similiter est piscis laudatissimus. Vide Plin. lib. ix.

<sup>z</sup> *Laberius, poëta mimorum, &c.*] Hic poëta mimographus fuit: vide Macrobi. Saturn. lib. ii. et Gellium, et Senecam Declamationum, lib. vii. et Horatium in Serm. cujus hæc verba sunt, ‘Et Laberi mimos, ut pulchra poëmata, mirer.’



Magnitudo loto arbori, quæ piro:<sup>a</sup> quanquam Nepos Cornelius brevem tradat, &c. Vinum quoque exprimitur illi, simile mulso, quod ultra denos dies negat durare idem Nepos; baccasque contusas cum alica ad cibos dolio condi. *Plin.* XIII. 17. § 32.

Scandula contectam fuisse Romam usque ad bellum Pyrrhi<sup>b</sup> annis quadringentis LXX. Cornelius Nepos auctor est. *Idem* XVI. 10. § 15.

Cornelius Nepos tradit, ante Syllæ victoriam duo tantum triclinia Romæ fuisse argentea. *Idem* XXXIII. 11. § 52.

Primus invenit lineas colorare, testa, ut ferunt, trita, Cleopantus Corinthius. Hunc, aut eodem nomine alium fuisse, quem tradit Cornelius Nepos secutum in Italiam Demaratum, Tarquinii Prisci, Romani regis, patrem, fugientem a Corintho injurias Cypseli tyranni,<sup>c</sup> mox docebitur. *Idem* XXXV. 3. § 5.

Primum Romæ parietes crusta marmoris operuisse totius domus suæ in Cœlio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram, Formiis natum,<sup>d</sup> equitem Romanum, præfectum fabrum C. Cæsaris in Gallia, &c. Adjecit idem Nepos, eum primum totis ædibus nullam, nisi e marmore, colum-

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Magnitudo loto arbori, quæ piro*] Lotus arbor frequens in Africa fuit apud Syrthes; unde Lotophagi populi, quod ejus arboris fructu credantur victitare; cujus cibus est tam dulcis, ut advenis incutiat patriæ oblivionem: itaque cum Ulyssis socii delati fuissent Africam, et Lotum gustassent, vix inde abduci poterunt. *Hom. Odys.* IX.

<sup>b</sup> *Scandula contectam fuisse Romam usque ad bellum Pyrrhi, &c.*] Scandula, quasi, scindula, a scindendo; quia ejusmodi sunt tegulæ ligneæ, non serra, sed bipennibus scissæ. Vel scandulæ a scandendo, quia in culminibus tectorum, ad tegulas imbricesque sustinendos collocantur, quo

scandentes pervenire solent. Inde tectum scandulare dicitur, quod ex scandulis constat.

<sup>c</sup> *A Corintho injurias Cypseli tyranni*] Tyrannus ille Corinthius Cypselus dictus a Cistula, quam Græci Cypselon vocant, in qua delituit occultatus a matre, cum ad mortem quæreretur. Vide *Cic. in Tusc. Quæst. lib. v. et lib. de Fato.*

<sup>d</sup> *Mamurram, Formiis natum*] Hunc propterea Catullus carpit in Epigrammate, in quo scribit eum in ædibus suis habuisse, quicquid habuisset Gallia comata, quia Præfectus fabrorum Cæsaris in Gallia fuit. Vide de eodem *Plin. lib. xxxvi. 6.*

nam habuisse, omnes solidas e Carystio, aut Lunensi.<sup>e</sup>  
*Idem* XXXVI. 6. § 7.

XI. **ÆDIS** Martis est in circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio.<sup>f</sup> *Priscian. l. VIII. p. 792. ed. Putsch.*

Non amplius ter bibere Augustum solitum<sup>g</sup> super cœnam in castris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit. *Sueton. Aug. c. 77.*

In extrema Britanniae parte Memma,<sup>h</sup> quam Cornelius etiam, Annalium scriptor,<sup>i</sup> narrat metallis plurimis copiosam, herbis frequentem, et his feraciorem omnibus, quia pecora magis, quam homines, alat. Labi vero per eam multa quam maxima relabique flumina, gemmas margaritaeque volventia. *Jornandes de rebus Gothicis, c. 2.*

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *E Carystio, aut Lunensi]* Quia in Carysto insulae Eubœae civitate, auctore Strabone lib. I. Carystiarum columnarum incisio erat: ibique Apollinis Marmorei templum. Carystii marmoris meminit Plin. lib. IV. 12. et lib. XXXVI. 6. Item Lucanus lib. V. de insula Eubœa loquens: 'Qua matris angustas fauces saxosa Carystos.' Sita est ad Pelagus Myrtoum, sub Ocha monte. In hac, si qua Solino fides est, olim Titanes regnavere. Luna vero Hetruriæ oppidum est ad mare situm, fecundissimis candidi marmoris fodinis nobilitatum.

<sup>f</sup> *Architectata ab Hermodoro Salaminio]* Hermodori Architecti celeberrimi meminit Vitruvius Architect. lib. III. 1.

<sup>g</sup> *Non amplius ter bibere Augustum solitum, &c.]* Sic Suetonius, cujus hæc sunt verba: 'Non amplius ter bi-

bere eum solitum super cœnam in castris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit.'

<sup>h</sup> *In extrema Britanniae parte Memma, &c.]* *Mona*, non *Memma*, hic legi debere videtur, quia invenitur quidem passim in auctoribus *Mona* insula Angliam inter et Hiberniam sita, quæ hodie etiam *Mon* vocatur ab incolis Britannis, qui linguam avitam retinent: sed nullibi *Memma* legitur, nisi solum hoc in libro. Hæc insula angusto vado tantum a Britanniae continente sejungitur, ut Ptolemæus, Cæsar, et Plinius eam describunt.

<sup>i</sup> *Quam Cornelius etiam, Annalium scriptor, &c.]* Hunc Cornelium Tacitum cum Schotto et Lindenbrogio existimo, ut videre est ex ejus Annalibus pluribus in locis, ac præsertim ex Agricolaë Vita, quam ipse scripsit.

## EPISTOLA CORNELIÆ MATRIS

GRACCHORUM.<sup>1</sup>

XII. DICES,<sup>2</sup> pulchrum esse inimicos ulcisci. Id neque majus neque pulchrius cuiquam, atque esse mihi<sup>3</sup> videtur;<sup>j</sup> sed si liceat republ. salva ea persequi.<sup>k</sup> Sed quatenus id fieri non potest, multo tempore multisque partibus inimici nostri non peribunt; atque, uti<sup>4</sup> nunc<sup>5</sup> sunt, erunt potius, quam republ. profligetur<sup>6</sup> atque pereat.

## EADEM ALIO LOCO.

Verbis conceptis dejerare ausim,<sup>1</sup> præterquam qui<sup>r</sup> Tiberium Gracchum necarunt,<sup>2</sup> neminem inimicum tantum molestiæ,<sup>3</sup> tantumque laboris, quantum te ob has res, mihi tradidisse: quem oportebat omnium eorum, quos ante habuerim<sup>4</sup> liberos, partes eorum<sup>5</sup> tolerare, atque curare, ut quam minimum sollicitudinis in senecta haberem, utique, quæcumque ageres, ea velles maxime mihi placere: atque

//////////

<sup>1</sup> Sic Bosius et alii. Sed verba *Corneliæ Gracchorum matris ex Cornelii Nepotis libro excerpta* Ms. Sav. Voss. 1. *Corneliæ Gracchorum matris ex Cornelii Nepotis libro excerpta.* Ms. Voss. 3. *verba Corneliæ matris Gracchorum* Ms. Petav. *verba ex epistola Corneliæ Gracchorum matris ex libro Cornelii Nepotis de Latinis historicis excerpta.* Ms. Gif.—<sup>2</sup> Sic etiam Ms. Voss. 1. Gif. Sed *lices* Ms. Petav. *dicis* Ms. Sav. *Statim pulcherrimum* Ms. Voss. 3. *pro, pulchrum.* —<sup>3</sup> *Mihi esse* Ms. Voss. 3. *Mox eos persequi* Ed. Patav.—<sup>4</sup> *Neque, uti* Ed. Gebh. Kench.—<sup>5</sup> Sic Ms. Sav. Gif. sed *non* Ms. Petav.—<sup>6</sup> Ita etiam Ms. Voss. 1.

<sup>1</sup> *Qui aberat* a Ms. Sav.—<sup>2</sup> *Gracchum necarunt* Ms. Voss. 1. *Gracchum nec.* Ms. Voss. 3. *qui Tib. filium necarunt* Pigh.—<sup>3</sup> *Tantumque tantæ molestiæ motatumque* Ms. Voss. 3.—<sup>4</sup> Sic Ms. Petav. Sed *quos ante hac habui* Ms. Sav. Gif. Ed. Keuch. Pat.—<sup>5</sup> *Partis eorum* Ms. Gif. Petav. Sav. a quo postremo

## NOTÆ

<sup>j</sup> *Atque esse mihi videtur*] Steph. Pighius esse omittit.

<sup>k</sup> *Sed si liceat republ. salva ea persequi*] *Eos persequi, scilicet inimicos, mallem cum eodem* Pighio.

<sup>1</sup> *Dejerare ausim*] Id est, Deos jura-

re. Quemadmodum Apuleius dixit, 'quam sanctissime dejerantes.' Quia autem solenne erat et expressum jurandi genus, ideo dicitur, 'conceptis verbis.'

uti nefas haberes, rerum majorum adversum meam sententiam quicquam facere. Præsertim mihi, cui parva pars vitæ<sup>6</sup> superest. Ne id quidem<sup>7</sup> tam breve spatium potest opitulari, quin et mihi adverseris,<sup>8</sup> et republ. profliges. Denique quæ pausa<sup>9</sup> erit?<sup>n</sup> \* et quando<sup>10</sup> desinet familia nostra insanire? et quando modus ei rei<sup>11</sup> haberi poterit?<sup>o</sup> et quando desinemus, \*\* et habentes, et præbentes,<sup>12</sup> p molestiis desistere?<sup>q</sup> et quando perpudescet<sup>13</sup> miscenda atque perturbanda republ.<sup>r</sup> Sed si omnino id fieri non potest, ubi<sup>14</sup> ego mortua ero, petito Tribunatum; post me<sup>15</sup> facito, quod libebit, cum ego non sentiam. Ubi mortua ero, parentabis<sup>16</sup> mihi, et invocabis Deum parentem.<sup>s</sup> In eo tempore, non pudet<sup>17</sup> te<sup>t</sup> eorum \* Deum preces expetere,<sup>u</sup> quos, vivos atque præsentis, relictos atque desertos habueris? Ne ille sinat Jupiter, te ea perseverare,<sup>18</sup> nec tibi tantam dementiam

tamen aberat τὸ eorum. Ed. Keuch. et Patav. partes eorum.—6 In tam parvas pausas vitæ Ms. Voss. 3. pro cui p. parva vitæ.—7 Sic etiam Ms. Voss. 1.—8 Adversus Ms. Voss. 1. 3. Sav. adversus Ms. Gif. Petav.—9 Pausas Ms. Voss. 3.—10 Sic Ms. Sav. Petav. Sed equando Ms. Gif.—11 Ei rei LXV. Ms. Voss. 3....\*\* al. absentes et præsentis.—12 Sic etiam Ms. Voss. 3. Sav. Gif. Sed et absentes et præsentis Ms. Petav. et habentes et præsentis Ed. Keuch.—13 Et quando perpud. aberant a Ms. Petav.—14 Sic Ms. Gifan. Pet. Sed mihi Ms. Sav.—15 Post me aberant a Ms. Voss. 1. Sav. Statim facite Ms. Voss. 3. facito, quod libebit Ms. Sav. Ed. Keuch. Patav. per me facito quod libebit Ms. Gif.—16 Parentibus Ms. Voss. 3. Sav.—17 Non pudet. Ita etiam Ms. Gif. Petav. Sed ne pudet Ms. Voss. 1. Sav.—18 Ita etiam Ms. Voss.

## NOTE

<sup>n</sup> Quæ pausa erit] Sic in Plauto legitur; atque adeo corrupte quosdam legere censeo, quæ causa erit?

<sup>o</sup> Et quando modus ei rei haberi poterit] Gebhardus et Gifanius, equando; quod idem est ac num quando, vel an aliquando.

<sup>p</sup> Et habentes, et præbentes] Melius legi existimarem, ut quidam legunt, et absentes et præsentis.

<sup>q</sup> Molestiis desistere] Quidam legunt desipere; quod non probo.

<sup>r</sup> Et quando perpudescet miscenda atque perturbanda republ.] Id dicitur quemadmodum apud Tacitum legitur, 'pudet dicto,' et similia.

<sup>s</sup> Et invocabis Deum parentem] Rutgersius conjicit legendum esse, Invocabis Deum parentem Numen. Quidam scribunt, et invocabis Deos manes parentis. Eo tempore ne pudeat eorum Deum preces expetere: 'Eorum Deum;' hoc est, Deorum Manium; juxta Ovidii mentem, qui ait, 'Perque tuos manes, qui mihi Numen erunt.'

<sup>t</sup> In eo tempore, non pudet te, &c.] Mallet cum Pighio legere, non pudebit. Vel cum Salmasio, ne pudeat.

<sup>u</sup> Eorum Deum preces expetere] Deum, pro Deorum. Pro preces, sunt qui pace legi velint; quod fateor me minus capere.

venire in animum; et, si perseveras, vereor in<sup>19</sup> omnem vitam tantum laboris culpa tua recipias, uti in nullo tempore tute tibi placere possis.

[*Cornelius Nepos in libro de historicis Latinis de laude Ciceronis.*

XIII. **N**ON ignorare debes, unum hoc genus Latinarum literarum adhuc non modo non respondere Græciæ, sed omnino rude atque inchoatum morte Ciceronis relictum. Ille enim fuit unus, qui potuerit et etiam debuerit historiam digna voce pronuntiare: quippe qui oratoriam eloquentiam rudem a majoribus acceptam perpoliverit, philosophiam ante eum incomtam Latinam sua conformaverit oratione. Ex quo dubito, interitu ejus utrum res publica an historia magis doleat.

Locuples ac divina natura, quo majorem sui pareret admirationem, ponderatioraque sua essent beneficia, neque uni omnia dare, nec rursus cuiquam omnia voluit negare.]

//////////

3. sed omisso τῶν ea. [Rutgers. emendat, *te eo perseverare*. Et statim: *tu te tibi placere possis*: quomodo Horatius Epist. i. 18. 'quid te tibi reddat amicum.' Alteram tamen Plautus firmat Persa i. 1. 30. 'Si tute tibi bene esse potes pati.']—19 *Vereor ne* Ed. Gebh. Boecl. Patav.

---



---

FINIS CORN. NEPOTIS OPERUM.

---



---



**NOTÆ VARIORUM**

**IN**

**CORNELII NEPOTIS OPERA.**

# SYLLABUS AUCTORUM RECENTIORUM

QUORUM NOTIS ET OBSERVATIONIBUS USUS EST EDITOR.

ALCIATUS.  
Aldus Manutius.  
Alexander ab Alexandro.  
Antonius Augustinus.  
Barthius.  
Berneccerus.  
Beroaldus.  
Boeclerus.  
Bongarsius.  
Bosius.  
Bouchartus.  
Boxhornius.  
Brissonius.  
Buchnerus.  
Bucholcerus.  
Camerarius.  
Casaubonus.  
Chronologi.  
Codex Pet. Danielis.  
Colerus.  
Cujacius.  
P. Daniel.  
Dempsterus.  
Emmius.  
Ernstius.  
Freinshemius.  
Fungerus.  
Gebhardus.  
Geographi.  
Gifanius.  
Golius.  
Gronovius.  
Grotius.  
Heidmannus.  
Heinsius.  
Hildebrandus.  
Hornius.  
Keuchenius.  
Kirchmajerus.

Kirchmannus.  
Lambinus.  
Lipsius.  
Loccenius.  
Longolius.  
Machaneus.  
Magius.  
Mariana.  
Meursius.  
Muretus.  
D. Mar. Niger.  
Oliverius.  
Ortelius.  
Piccartus.  
Pighius.  
Pignorius.  
Pontannus.  
Puteanus.  
Raven.  
Rubenius.  
Rutgersius.  
Salmasius.  
Savaro.  
Scaliger.  
Schefferus.  
Schoppius.  
Schoftus.  
Seldenus.  
Sighicellus.  
Stewechius.  
Streinius.  
Strigelius.  
Thysius.  
Titius.  
Turnebus.  
Vorstius.  
Vossius.  
Xylander.



# NOTÆ VARIORUM

IN

## CORNELII NEPOTIS OPERA.

---

EX EDIT. AMSTELODAMENSI, 8vo. 1687.  
EX TYPOGRAPHIA P. ET J. BLEU.

---

### AUCTORIS PRÆFATIO.

CORNELII NEPOTIS VITÆ EXCELLENTIUM IMPERATORUM] Inscriptio- nem nostræ editioni istam dedimus: C. CORN. NEPOTIS, vulgo *Æmylii Probi*, DE EXCELLENTIBUS VIRIS, quæ extant. Hier. Magius tres annotavit titulos: *De vita Excellentium Imperatorum. De vita excellentium. De vita excellentium Græciæ Principum et Ducum.* Ex his secundum, ut nimis latum; tertium, ut nimis angustum aspernatus, primum recipit; quippe qui et in fine præfationis compareat. Editio inter impressas satis vetusta hoc frontispicium habet: *Æmylii Probi vitæ Excellentium Imperatorum, Tito Pomponio Attico dedicate, T. Pomponii Attici vita per Cornelium Nepotem descripta.* Sed hic exterior titulus est, aliorum quoque opusculorum vocabula præferens. Præfationem autem antecedit ille: *Æmylii Probi, viri clarissimi, de vita Excellentium Imperatorum ad T. Pomponium Atticum.* Laminiana editio, ad totum opus, quod

duobus voluminibus constitit, e quibus unum tantum ad nos transmissum est, accommodavit hunc indicem: *De vita excellentium Imperatorum Græcorum et Romanorum.* Inter omnes Magius haud dubie commodissimum elegerat, si institutum Auctoris, non contenta editionis spectemus. Atque hic titulus placuit etiam Jano Gebhardo in politis ad h. Scriptorem notis. Nam cæteri a librariis accepti, aut pro arbitrio inditi, exsolvunt religione inscribendi animum, et ipsa varietate, libertatis admonent. Quocirca placuit eum titulum adhibere, qui omnia, quæ supersunt, signaret; cum præsertim vel solius Attici vita, qua nihil habet illustrius hic scriptor, imperatorii nominis titulo inumbranda minime videretur. Denique ipse Nepos admonebat. Sic enim xv. 4. ' plurima quidem proferre possemus, sed modus adhibendus est: quoniam uno hoc volumine VITAS EXCELLENTIUM VIRORUM com-

plurium concludere constitimus.' Quanquam nemini litem cupiamus motam, si cum Andr. Schotto Catonem et Atticum in fragmenta conjiciat: quippe qui *in hoc volumine*, cujus finem Nepos in XXIII. 13. constituit, non erant collocati; sed Cato quidem ex libro *παραλλήλω*, quo de Romanis imperatoribus expositum erat, non tam transsumptus quam excerptus breviusque; Atticus autem peculiari opere memoratus. *Boecler.*

C. *Cornelii Nepotis*] Cornelium hunc, cujus prænomen a se ignorari scribit Giphanius Epist. quadam ad Muretum Epist. lib. 1. 67. Tulliani ævi esse scriptorem ipsa ejus Latinitas abunde facit testatum. *Ernstius.*

*Vitæ Excellentium Imperatorum*] In Ms. Cod. constanter in hoc libro legitur *Vitu*. Idem.

AUCTORIS PRÆFATIO] Vetus Danielis Cod. PROLOGUS. Et sic in aliis membranis cum lemmate rubricato. Quæ vox hybrida est ex Latino proverbio, et Græco nomine; ut autumat Joseph. Scaliger, sed contra mentem Clar. Vossii de Arte Grammat. l. II. 23. *Keuchen.*

*Non dubito, &c.*] Explicavit Rob. Titius præcimum hoc lib. v. cap. 20. Controv. locorum. *Schottus.* *Fore plerosque*] Sic semper loquitur Probus: ut in Miltiade, 'Non dubitans tam multis,' &c. Agesilao, 'Non dubitans eo potissimum hostes impetum facturos: et iterum ibidem, 'nec dubitaturos aliud esse facturum, ac pronuntiaret.' *Lambinus.* Sic jungunt alii scriptores primæ classis. Curtius x. 26. Tacit. II. 36. 'Haud dubium erat eam sententiam altius penetrare: et XIV. 43. Curtius VII. 'nec dubitabat hujus quoque ultimi consilii fuisse participes.'

*Attice*] V. C. Mendozii *qui Atticæ hinc genus scripturæ*. Schott. Cui inscriptus liber *Excellentium Imperatorum*. Is est T. Pomponius Atticus, non ille Annalium Scriptor, quem in-

fra extremo Hannibalis advocat.

*Leve et non satis dignum*] Peropportunus est hic locus Julii Capitolini in Opil. Macrin. cap. 1. 'Ejus, qui vitas,' &c. ibi legem videmus scriptio- nis hujus, quam accurate tamen, si quis, servavit Nepos, qui nec ex minoribus illis rebus multa, et ea tantum scripsit, quæ ingenium moresque hominum ac regionis indicarent. *Boecler.*

*Quis musicam docuerit Epaminondan*] V. C. *qui*. Infra: 'De hoc priusquam scribamus, hæc præcipienda videntur lectoribus, ne alienos mores ad suos referant, neve ea, quæ ipsis leviora sunt, pari modo apud cæteros fuisse arbitrentur. Scimus enim musicen nostris moribus abesse a Principis persona, saltare etiam in vitiis poni; quæ omnia apud Græcos et grata et laude digna ducuntur.' *Schottus.* Sed notandum, istum morem a primoribus tantum usurpatum: quemadmodum de Alcibiade constat, et aliis. *Keuchen.*

*Aut in ejus virtutibus commemorari*] *Commorati* Cod. Mss. Mendozii et Savaronis. *Schottus.* Editio Veneta, *commemorati*. De Virtutibus Epaminondæ l. xv. Diodor. Siculus: *ὄντος γὰρ οὐ μόνον δημοθροούντων, ἀλλὰ καὶ πάντων Ἑλλήνων πολὺν πρόβσχευ ἀνδρία τε καὶ στρατηγική συνέσει.* Vide sequentia.

*Saltasse eum commode*] Tò *commode* explicat doctissimus Buchnerus concinne, et ad modos et numeros apte, *εὐαρμόστως*, quemadmodum et Græci *εὐαρμόστους* dicebant, quos *commodos* Latini vocabant. 'Saltare commode' Nepoti est saltare decore, disposite, *εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν*. Hoc sensu capio Hesychii illa: *Τάξις, &c. ἀκολουθία, καὶ εἰρμὸς*, ut *commodam* venustatem saltationis intelligat. Idem Hesychius: *Εὐσχημόνες: εὐσχημόνας, καὶ εὐσχήματα ἐν ὄρχησει ποιοῦντες* ubi ineptam et maucam lectionem sic integrandam existimant acutissimi viri:

εὐσχημόνως καὶ εὐρύθμως σχήματα ἐν ὀρχήσει ποιῶντες. Et hanc conjecturam muniunt ista Pollucis, ubi de re saltatoria tractans, εὐσχημοσύνην et εὐρυθμίαν conjungit. Contrarium est ἀγροικικῶς ὀρχεῖσθαι, αἶρειν μασχάλην, apud eundem Hesychium. Infra Nepos: 'Carmina cantare tibiis ab Olympiodoro, saltare a Calliphrone.' Tria præcipue saltationum genera Græcis in usu fuerunt: quorum duo recenset Plato de leg. δύο δὴ τῶν ὀρχήσεων τῶν καλῶν εἶδη κατεστήσατο τὸ μὲν πολεμικὸν πυρρίχην, τὸ δὲ εἰρηρικὸν ἐμμέλειαν ἠνώμασεν, quum armati milites πρὸς τὸ καστῶρειον μέλος, quod ob id ὑπορχηματικὸν vocabant, lascivis vertiginibus ac gyris impliciti et expliciti saltabant. Cujus origo ab Epicharmo refertur ad Minervam. Hunc morem Lacones secuti sunt. Tradunt alii, Achillem primum eo usum in funere Patrocli. De Hercule auctor Plutarchus in Musicis. Quidam ad Pyrrhum referunt, Achillis filium. Unde πυρρίχην nomen invenit. Sunt qui a γυρα dictam volunt, quod ad rogum fieret. Ut ut sit, saltatio fuit, aut πολεμικὸς ὕρρησις, ex qua bellicæ rei usus datus. Tertium genus Hesychio est ἀσεμνον, et Athenæo φορτικόν, ὅτι ὀσφύν αἰσχροῦς ἐκίνουν. Meminit ejus Athenæus l. xiv. ἡ δὲ γυμνοπαυδικὴ παρεμφερὴς ἐστὶ τῇ τραγικῇ ὀρχήσει, ἥτις ἐμμέλεια. Vide Lucianum: περὶ ὀρχήσεως, Jul. Pollucem, Platon. de legibus l. vii. ac ex nuperrimis magnum imprimis Salmasium in stupendo exercitatio-nium Plinianorum opere. *Keuchen. Saltasse*] Romani enim saltationem haud probasse videntur. Hinc Cic. pro Mil. 'Nemo saltat sobrius, nisi forte insanit.' De Sempronio Salust. B. C. 'eam literis,' ait, 'Græcis et Latinis doctam; saltasse elegantius, quam necesse fuisset probare:' et Horat. Od. iii. 6. in luxuriam Romanorum invec-tus, 'Motus,' inquit, 'doceri gaudet Ionicos Matura virgo.'

*Delph. et Var. Clas.*

*Hildebr.* Nepos in Epamin. 'Scimus enim Musicen nostris moribus abesse a principis persona, saltare etiam in vitiis poni:' cui Cicero l. i. de Offic. adstipulatur, dum saltatores improbat; et alibi dum Gabinio singulari viro, inimico suo, saltandi peritiam non dissimilanter objecit. *Magius.*

*Scienterque tibiis cantasse*] 'Fidibus' ait Cicero, Tusculan. v. *Schottus.* Quod ab antiquis Ducibus factitatum, ut demonstravit ad Tacitum Lipsius. *Keuch.* Sciendum est magnum antiquitus apud omnes Græcos fuisse musices studium, tibiarumque artem non parvo in pretio habitam; ut apud Athen. l. iv. 25. legere est. Plutarch. in Musicis idem ferme ostendit, refertque ipsum Herculeum Musica usum fuisse: item Achillem plurimosque alios, quorum eruditor sapientissimus ille Chiron dicitur. De Achille Homer. Iliad. ix. Lyra etiam, vel (ut alii dicunt nullo discrimine) cithara, personare Epaminondas didicit, auctores Cicero Quæst. Tuscul. i. et ipsemet Probus infra in Epaminonda. Lyram autem et Citharam pro eodem accipi instrumento testatur Jul. Pollux, inquit, λυρῶδους, κιθαρωδους, κιθαριστὰς idem significare. Unde Athenæus l. xiv. κιθαρίζειν ad lyram retulit, cum ait, 'Clinias Pythagoreus ἐκίθαρισε τῇ λύρα.' *Magius.*

*Non eadem omnibus esse honesta atque turpia*] Exempli gratia, Carthaginiensibus erat rectum et laudabile Saturno hostias humanas immolare; Græcis et Romanis secus: Lacedæmoniiis pueris furari, modo laterent et non deprehenderentur in furto manifesto, honestum; Græcis et Romanis turpe. Sic Plutarchus in Themistocle: ὦ ξένε, νόμοι διαφέρουσιν ἀνθρώπων· ἄλλα δὲ ἄλλοις καλά· καλὸν δὲ πᾶσι τὰ οἰκεία σώζειν καὶ κοσμεῖν. *Lambinus.*

*Nos in Graiorum virtutibus exponendis*] Notat hunc locum ut hexame-

*Nep.*

2 C

trum, inter Scriptores qui numeris Poëticis periodos contexuere, Casp. Barthius Advers. xi. 16.

*Mores eorum*] Mores gentium. Longolius.

*Athenensium summo viro*] 'Miltiadis filio:' infra in Cimone. Explicat vero M. Anton. Muretus l. vii. Var. lect. cap. 1. et 2. et l. xv. 5. Turnebus Advers. xviii. 13. et G. Xylander ad Plutarchi Cimone. Schott.

*Sororem germanam*] Nomine Elpinicis: *δοπάτριον* eodem patre, sed diversa matre natam, recte alii explicant. Hinc 'germanitas' Livio vinculum inter fratres, quo uno eodemque patre, diversa nati matre coherant, l. xl. 8. 'Subituram vobis aliquando germanitatis memoriam.' Loquitur Philippus ad Persen et Demetrium filios, quorum hic ex Gnathænio sartrice Argolica, hic ex conjuge regia natus: ut verum fatear apud Cicer. est 'germana soror' iisdem parentibus prognata, pro Domo: 'Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit.' Pro Fonteio, 'Cum præsertim virgo germana fratrem amplexa teneat.' Gebhardus. Talem sc. *δοπάτριον*, consanguineum vocant leges Romanæ, quam ducere permissum Athenis, non vero *μομητρίαν*, sive uterinam. Ita colligo ex illo, qui Scholia in Aristophanis *Nebulas* composuit: act. v. scen. 2. *παρὰ Ἀθηναίους ἔξεστι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφάς.* Vide Philonem et Demosthenem in oratione, quæ inscribitur 'Appellatio adversus Eubulidem,' ubi reus in hunc modum loquitur: *ἀδελφὴν δὲ πάππος ἐμὸς ἔγγημεν οὐχ' ἰομομητρίαν.* Quod *παρὰ τοὺς Μακεδόνων καὶ Ἑλλήνων νόμους*, ut de Ptolemæo loquitur Herodianus. Lycurgus incestas nuptias censuit germanarum, uterinarum vero permisit. Ægyptii utrarumque admittebant. Quod ex Philone Judæo patet, cujus verba notiora sunt, quam ut addantur. Cæterum apud Persas et Assy-

rios etiam invaluerat crimen illud incestus. Euseb. iv. præpar. Evangel. Lucianus, *περὶ θυσίων*, de Jove loquens, *ἔγγημε δὲ πολλὰς μὲν ἄλλας, ὑστάτην δὲ τὴν Ἥραν τὴν ἀδελφὴν κατὰ τοὺς Περσῶν τοῦτο καὶ Ἀσσυρίων νόμους.* Keuchen.

*Habere in matrimonio*] Vide infra v. 1. principio.

*Quippe cum cives ejus, &c.*] Plutarch. in Themistocle. scribit ejus filium Archetolim duxisse in matrimonium Mnesiptolemam sororem suam eodem patre natam, matre non item; Athenis mulieres propinquis nubere consuevisse demonstrat et in Solone. Arnob. l. viii. Atheniensibus sororem in uxorem accipere licuisse dicit. Terent. in Adel. et Phor. lege Athenis cautum dicit, ut proximi genere orbas puellas in uxores acciperent, quam legem Donat. adnotavit: meminit ejusdem Diodor. l. xii. Bibl. ex Plutarchi verbis et voce apud Athenæum l. xiii. 21. (ubi agit de Cimone) *παρὰ νόμους*, qua significatur Cimoneum contra jus et leges adhæsisse sorori, colligitur vitio et probro datum fuisse Cimoni, non quod sororem in matrimonio haberet, quæ res fuisset secundum jus Atticum, sed quod citra nuptias ea abuteretur, quæ sententia doctissimo viro Xylandro probanda videtur. Magius.

*Nostris moribus nefas habetur*] Jure civili Romano. Atqui etiam Phocylides, Græcus auctor, hoc vetat: *μηδὲ κασιγνήτης ἐς ἀπότροπον ἐλθέμεν εὐνήν* id est, *Ne stratum vetitum geniale sororis inito.* Lambin. In caussis, quæst. vi. huic legi assentitur Plutarchus: *πᾶσιν ἐξείναι γαμεῖν* (de Romanis loquitur) *ἄχρις ἀνεψιῶν, τὰ δὲ ἀνωτέρω κεκωλύσθαι.* Hinc Sotades in Ptolemæum Philadelphum: *οὐκ εἰς δόσην τρυμαλιὰν τὸ κέντρον ὤθεεις.* Keuchen.

*Laudi in Græcia ducitur adolescentulis*] Cicero de Republica, l. iv. 'Apud Græcos opprobrio fuit adolescentibus, si amatores non haberent.' Idem

Tuscul. iv. Plato in Sympos. et Xenophon. Stoici vero et sapientem amatum esse dicunt. Sic et Alcinous Platonicus, cap. 26. εἶδος δὲ πῶς φιλίας ἐστὶ καὶ τὸ ἐρωτικόν, &c. Plutarchus ἀποφθ. λάκων. ἐρᾶν τῶν τὴν ψυχὴν σπουδαίων παιδῶν ἐφίετο, τὸ δὲ πλησιάζειν αἰσχρὸν νενόμιστο, ὡς τοῦ σώματος ἐρόντας, ἀλλ' οὐ τῆς ψυχῆς, ὃ δὲ ἐγκληθεὶς ὡς ἐπ' αἰσχρόνῃ πλησιάζων, ἄτιμος διὰ βίου ἦν. *Lambinus.* Suspicionem rei contrariæ injicit Plato in Symposio, inquires, 'Parentes pædagogis filios commendare solitos, qui pueros amatos cum amasiis loqui prohiberent.' Sed dissidium si quod suboriat, ita exturbes. Laudi in Græcia ducitur adolescentulis quamplurimos habere amatores, quod multis eorum vel ingenii vel corporis constituitur admiratoribus et cultoribus (multorum enim honesti Socraticique habiti sunt amores) maxime excellere viderentur. Verum cum haud proclive esset, bonos amatores a pravis vulgo dignoscere, eamque ob rem puerorum pudicitia, si cum amatoribus colloqui permetterentur, in discrimen vocaretur; adhibiti sunt custodes, qui impudicorum amatorum libidinibus viam præciderent. Sic et in multis Italiæ urbibus honestum ac laudabile est puellis quamplurimos habere amatores, quippe cum hoc nomine pulcherrimæ existimentur. *Magius.* Rem Alcibiadis exempli infra demonstrat Nepos.

*Nulla Lacedæmoni]* Dionysius Lambinus, magis de Scriptoris hujus illustrando argumento, quam rectissima lectione et conjecturis meritis, scribit ad hunc locum, *Lacedæmoni* poni adverbialiter, (ad cuius sententiam magis etiam Buchnerus inclinat) quasi quicquam prohibeat esse nomen. Et perperam a Servio statuitur antiptosis casuum in illis, cum dicimus: 'Esse Carthagini,' 'Sicyoni,' 'Lacedæmoni:' cum revera hi ablativi sint, more antiquo desinentes in i,

quemadmodum in 'ruri,' 'Acherontii,' et aliis, de quibus ex professo Voss. lib. de construct. c. 46. *Keuch.* Vetita tamen legibus Lycurgi scenica spectacula, sed non ignorandum quod Plutarch. in Lycurgo et Laconum inst. memoriae prodidit, Lycurgi leges, cum Spartæ ad quingentos usque annos perdurassent, mox in desuetudinem Agide regnante abire cœpisse. Plutarchus in Agide, 'Cum primum divitiarum nimia cupiditas Lacedæmoniorum civitatem occupavit, atque ex illarum possessione superbia, ex usu autem luxuria et mollities animos invasit, repente maximis bonis privata civitas concidit, multaque præter dignitatem abjecte nimis atque humiliter operata, ad ea tempora devenit, quibus Agis et Leonidas reges in ea sunt constituti.' Divitiis igitur deliciisque in eam urbem receptis, legibusque Lycurgi posthabitis: quotusquisque fuit qui tunc Scenicis spectaculis locum, atque ad ea vel viduis propter avaritiam pretio conductis, aditum fuisse datum neget: de horum igitur temporum moribus loquitur Probus, qui et sua ætate servatos demonstrat, et mercedis conductionisque meminit. *Magius.* Sed quid sibi vult istud 'ad scenam ire?' Doctissimus Freinshemius ita ad hæc verba: 'Ad scenam eat: actura, arbitror, sicut sub Imp. Roman. An fuit ad cænam? de qua re nonnihil ad Curt. v. 7. 2. sed hæc tantum leviter dubito.' 'Scenam inire' est apud Tacit. Ann. xv. 39. Atque hoc sensu 'ad scenam ire,' fuerit idem, quod mox noster dicit, 'in scenam prodire.' De cætero, etiam spectatores interdum mercede conductos, tesserasque in usu antiquitus fuisse, unde spectatores aliquid lucrarentur probabili ratione disputat Pignorius de servis p. 162. et seq. sed an hoc ad Laced. vid. pertinere possit, amplius despicendum. *Boecler.* *Nulla Lacedæmoni tam est*

*nobilis vidua*] Non possum citare ullos auctores, qui de Lacedæmoniis talia prodant. Nam post Xenophontem Plutarchus in Laconum institutis, vetita apud Lacedæmonios legibus Lycurgi scenica spectacula his verbis scribit: *κωμῳδίας καὶ τραγῳδίας οὐκ ἤκροῶντο, ὅπως μήτε ἐν σπουδῇ μήτε ἐν παιδίᾳ ἀκούωσι τῶν ἀντιλεγόντων τοῖς νόμοις.* Nisi scenam palæstram vocet: nam cum adolescentulis puellæ simul in gymnasio exercitationi corporis nudi operam dabant, ut auctor est Xenophon. At quod apud Athenæum l. xiii. quidam ait, non arbitror ad Æmylii Probi sententiam confirmandam parum facere posse: *ἡμεῖς δὲ οὐχὶ καὶ τῶν ἀψύχων τὰ κάλλιστα προκρίνομεν ἐπαινοῦντες τῶν Σπαρτιατῶν τὸ ἔθος τὸ γυμνοῦν τὰς παρθένους τοῖς ξένοις.*

*Longolius.*

*Quæ non ad scenam eat mercede conducta*] Simile quid de Cretensibus invenio apud antiquos, qui præcipuas et magno natu mulieres ad gladiatorium munus admittabant. *Alex. Neapolitan.*

*Magnis in laudibus tota fuit Græcia*] Scripti inmissa voce: *tota fere fuit Græcia*; quomodo Edit. Parisiensis, quod non improbo. Nam apud omnes Græcos non æque magni habiti Olympionicæ. De Lacedæmoniis auctor Plutarchus *ἐν ἀποφθ. λακ.* Qui tamen ex numero Victorum *στεφανίτας ἀγῶνας* nam a Rege in prælium adduci solitum, testis mihi in Lycnrgo: ubi *ἐχώρει δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους* (inquit) *ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ στεφανίτην ἀγῶνα νενικηκότα.* *Keuchen.*

*Victorem Olympiæ citari*] ‘Quod apud Græcos prope majus et gloriosius habitum, quam Romæ triumphasse.’ Cicero pro Flacco. Et in Tusculan. dicit; ‘esse, quibus Olympiorum victoria consulatus ille antiquus videatur.’ Hinc hieronicam, *ισόθεον νομιζόμενον* vocat Lucianus. Olympionicarum gloria humanis titulis minus continebatur. Quam qui

reportassent, ‘terrarum Domini,’ ‘cælestes,’ ac ‘pro Diis’ habebantur. Lege Chrysostomum, Horatium, alios. Unde ipsorum præmia *ἀναθήματα* dicta. Citatio per præconem fiebat: qui clara voce ad populum, Victorem pronuntiabat. Cujus rei plena est omnis vetustas. Tantis in laudibus tota fuit Græcia Victorem Olympiæ citari, ut quos in Deorum numero referrent, *τῶν Ὀλυμπίων παρέδρους* vocarent. *Keuchen.*

*Nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini*] Itaque Aristodemum, tragicum actorem, maximis de rebus pacis ac belli legatum ad Philippum Athenienses sæpe miserunt; et Æschines Atheniensis Atrometi filius, cum adolescens tragædias actitasset, remp. capessivit, et magnam auctoritatem apud Athenienses ex concionibus et orationibus suis sibi comparavit, ut testatur Cic. de Rep. iv. *Lambinus.* Virginibus tamen vitio datum in Græcia, prodire in scenam et in publico versari; ut patet ex Euripidis Oreste, Heraclidis Iphigenia Aulidensi: item ex Menandro ac Nazianzeno libro de documentis Virginum; et de Latinis, e Seneca Tragico extremo Agamemnone. *Schottus.* Omnes histriones, propter improbitates feditatesque quas repræsentabant, viles et parum honestos habitos sentit Magius.

*Quæ omnia apud nos partim infamia*] Nam Romæ histriones erant munerum et honorum civilium expertes, legibus *ἄτιμοι*, atque adeo infames. *Lambin.* De his diserte Joan. Mariana noster singulari de spectaculis libro post Tertull. *Schott.* Augustinus de hac æstimatione scenicorum apud Græcos et Romanos: ‘Quomodo abjicitur scenicus per quem colitur Deus? Et theatricæ illius turpitudinis qua fronte notatur actor, si adoratur exactor? In hac controversia Græci Romanique concertant. Græci putant recte se honorare homines scenicos, cum colant scenico-

rum ludorum flagitatores Deos. Romani vero, hominibus scenicis nec plebeiam tribum, quanto minus Senatoriam, dehonestari sinunt.' Hinc genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere, sed etiam tribu moveri, notatione censoria voluerunt. Idem Augustin. de Civ. Dei II. 13. Quintil. Instit. III. cap. 8. Cicero pro Quinctio.

*Atque ab honestate remota ponuntur*] Prætoris enim edicto qui pronuntians causa in scenam prodissent infamia notabantur, ut Julianus retulit lege prima ff. de his qui notantur infamia. Quemadmodum recentioribus quoque temporibus Theodosius Imperator lege IV. C. de Spectacul. scenicis et lenonibus, lib. IX. 'Istriones viles et inhonestos vocavit.' *Magius. Ponuntur*] Habentur. Translatio insignis a calculatoribus ducta, qui prout calculum posnerint, ita valet. Alcib. 'ne ei par in civitate poneretur quisquam:' *ibid.* 'quibus rebus effecisse; ut apud quoscunque esset, princeps poneretur.' Valer. III. 8. ext. 6. 'amicos inimicosque juxta ponere:' et I. IV. 3. 4. *Gebhardus.*

*Contra ea*] Eprisco more. Cæsar de B. G. V. 29. 'Contra ea Tuturius sero factituros clamitabat:' et de B. C. III. 74. Nepos in Alcib. 'Contra ea si quid adversi accidisset.' Sic et in Iphicrate et Epamin. quæ loca tamen vulgo sunt interpolata. *Gebhard. Lumb.*

*Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium*] Explicat eruditissimus Muretus Variar. Lect. V. 2. *Schott.* Notanter accipio *uxorem*. Nam Virgines acerbæ, id est, immaturæ, arcebantur a conviviis, ut est apud Nonium. *Boecler.* Vide Lips. ad Tac. Annal. lib. XI. 'Percunctaretur, cur sine uxore discubisset.'

*Non primum locum tenet ædium*] Non stat in prima parte domus, hoc est, ἐν προθύρῳ, et in loco celebri se

spectandam præbet? Xenophon Œconomico: τῇ μὲν γὰρ γυναικὶ κάλλιοι μένειν ἐνδον, ἢ θυραυλεῖν τῷ δ' ἀνδρὶ ἀσχιον ἐνδον μένειν, ἢ τῶν ἔξω ἐπιμελεῖσθαι. *Lambin.* Primum locum ædium, cape atrium. Lipsius Elect. I. 17. Horatius 'aulam' vocat: et explicat Vetus Glossarium: αὐλή, atrium. Arnobius: 'matres familias vestræ atris operantur domorum, industrias testificantes suas.' Iste locus aliis Andronitis.

*In celebritate versatur*] Nihil Ciceroni frequentiorum quam, pro cætu honorationum, accipere celebritatem. Sic 'loci celebritatem' dixit ad Terentiam: 'Viæ' ad Atticum Ep. III. 7. 'Refertissimum celebritate theatrum,' ad Quint. frat. Pro Sylla: 'Quæ domus? quæ celebratio quotidiana?' Quintil. Declam. 265. 'Celeberrimas vias.' Tacit. 'Celeberrimum fori,' dixit Hist. IV. 67. Symmach. Ep. II. 26. 'Celebris habitatio;' ut restituit magnus judicio et meritis in litteras Gronov. Observ. III. 16. *Kirchmaj.*

*Nam neque in convivium adhibetur*] Videtur id et Vitruvius annotasse I. VI. 10. 'Habent autem cæ domus [Græcorum] vestibula egregia, œcos quadratos tam ampla magnitudine, uti faciliter in iis tricliniis quatuor stratis ministrationum ludorumque operis locus posset esse spatiosus. In his œcis fiunt convivia virilia. Non enim fuerat institutum matres familiarum eorum moribus accumbere.' Et paulo post, 'Græci enim ἀνδρώνας appellant œcos, ubi convivia virilia solent esse, quod eo mulieres non accedant.' *Longol.* Ὁ τρίκλιος οἶκος et ὁ ἀνδρῶν Græcis conclave erat, in quo virilia convivia fiebant, ad quæ mulieribus more Græco non dabatur accessus. Latini quandoque *triclinium* vocant, frequentius rem ipsam *convivium*. Pollux hæc vocabula tanquam synonyma refert, συμπόσιον, qui et locus convivii est, συσσίτιον, ἀνδρώνας,

τρικλινιον οἶκον, ἢ πεντάκλινιον, ἢ δεκάκλινιον. Suidas: 'Ἀνδρόδομος, τρίκλινος' ita legendum, non ἀνδρόδρομος. 'Ἀνδρόδομος, idem quod ἀνδρῶν, sive ἀνιωνιτῆς, τῶν ἀνδρῶν οἴκημα, locus, in quo convivia virilia fiebant, a quibus arcebantur mulieres. Sic igitur distinguendum inter ista nomina, quæ passim confundunt interpretes et imperiti literiones. *Keuchen.* Cicero Accusat. l. i. 'Tum ille, ut aliquid responderet, negavit moris esse Græcorum, ut in convivio virorum recumberent mulieres.' *Lambin.* Explicat Muretus Var. lect. l. vii. 2. Sane Sybaritæ ἔγραψαν νόμον τὰς γυναικας εἰς τὰς ἐορτὰς καλεῖν, καὶ τοὺς εἰς τὰς θυσίας καλοῦντας, πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν κλήσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ἀξίως ποιούμενοι τοῦ χρόνου τὴν παρασκευὴν τῶν τε ἱματίων καὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου, προάγωσιν οὕτως εἰς τὰς κλήσεις. Vide Plutarchum de vii. Sapientum convivio. Mos a Persis profluxit, ut ex Josepho constat ac Justino. Hinc mulier, quæ contra viri voluntatem, vel eo ignorante, extraneorum convivia petierit, repudiari poterit juxta l. consensu. C. de repud. Convivia enim Veneris præludia sunt. *Alex. Neapol.* Quod vel ex Romanis certum, qui in convivio accumbentes mulieres complectebantur. Cic. Catil. ii. *Keuchen.* Magnus tamen Casaubonus Nepotem erroris arcessit: cum enim ad Athen. lib. viii. 9. Biotheam Nicocreonis uxorem correctione optima in convivium introduxisset, εἰς πότον (hoc enim substituit, cum esset ποταμὸν) mox addit: 'Nam si quis objiciat ex Corn. Nepote, fæminas in convivia more Græcorum non esse adhibitas; in promptu sunt Scriptorum Græcorum testimonia, quæ contrarium sæpissime factum arguant.' *Boecler.*

*Nisi in interiore parte ædiũ]* Quod simul a Parthis observatum, ut gynæconitides in secreto domus a Viris semotim haberent. *Alex. Neapol.*

*Quæ gynæconitis appellatur]* Græci

peculiaria in domibus loca mulierculis destinata sic appellant. Didymus: γυναικωνίτην διστεγον, hoc est, secundum tabulatum domus interpretatur: atque illud mulierum domicilium fuisse scribit: οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ταῖς γυναιξὶν ὑπερφύου τοὺς θαλάμους κατεσκεύαζον, ὑπὲρ τοῦ δυσεντεθῆκτους αὐτὰς εἶναι. *Veteres,* inquit, mulierculis cubacula in summis ædium locis struebant, ne quilibet facile in eas incideret. Unde et Homerus Ὀδυσσ. A. de Penelope canit: Κλίμακα δ' ὑψηλὴν κατεβήσατο οἴο δόμοιο, Οὐκ οἶη, ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δὲ ἔποντο. De hac quoque ædium parte Vitruvius l. vi. 10. (quo loco de Græcorum ædificiis, quæ dispositione, moribus, et usibus ab Italicis discrepant, loquitur) ita tradit: 'In his locis introrsus constituntur æci magni, in quibus matres familias cum lanificiis habent sessiones. Circum autem in porticibus triclinia quotidiana, cubicula etiam et cellæ familiaricæ constituntur. Hæc pars autem γυναικωνίτης appellatur.' *Longol.* Alludit elegant. Plautus ad hunc Græcorum morem. *Mostell. act. iii. 2. 71.* 'Dare vult uxorem filio quantum potest: Ad eam rem facere vult Gynæceum novum;' quod Nostro *Gynæconitis.* Contra 'Ἀνδρωνίτης, viris destinatus locus. Vitruvius in Sexto: 'Andronites dicuntur, quod in his viri sine interpellationibus mulierum versantur. *Elegant. Xenophon Œconom.* εἰδείξα δὲ καὶ γυναικωνίτην αὐτῇ θύραν βαλανεῖφ ὠρισμένην ἀπὸ τῆς ἀνδρονίτιδος' id est, ostendi autem eī et *Gynæconitidem januam balneo ab andronitide distinctam.* Refert Agell. l. xvii. Noct. Attic. extremo Alexandri Molossi dictum, se quidem ad Romanos ire, quasi in 'Ἀνδρωνίτην' Macedonem vero Alexandrum isse ad Persas quasi in γυναικωνίτην. Julius Pollux tale conclave vocat θάλαμον ἰστών, ταλασιουργὸν οἶκον. De quo exstat jocus Diogenis Cynici apud Diog. Laërt.



*Sed plura persequi] Sed hic plura* vetus Ultraject. editio anni M.DXLII. Schott.

*Quare ad propositum, &c.]* Desiderantur hæc omnia in Ultrajectino. *Idem.*


*Vitas excellentium imperatorum] Ex* vetustissimorum codicum fide legen-

dum est, *De vita*, ut et libri titulus geminus habet. Sane hic *imperatoris* nomen, exercitus prætorem ducemque notat. Plura de hac voce in nostris ad Justiniani Institutiones annotationibus, *Magius*. Vide plura de vitis et vitarum scriptoribus ad Pelepidam.

## I. MILTIADES.

CAP. I. *Cimonis filius] Infra in Cimonis vita* Probus ait, Miltiadem Cimonis patrem fuisse; unde sibi ipsi contradicere, indocto lectori videri possit: sed maxime animadvertenda observandaque est Miltiadis hujus origo atque agnatio: nam alioqui confundemur non modo apud Probum, verum etiam Plutar. et Herodotum. Quamobrem ego ut lectorem labore penitus levarem, stemma totum, ut infra cernere est, apposui: atque ex quibus auctoribus illud collegerim subnotavi.

### CODRUS.



<sup>a</sup> *Miltiades*. Hic nullis relictis filiis decedens, Tisagoram, vel potius Stesagoram (ut alii legunt) successorem habuit: auctor Herodotus.

<sup>b</sup> *Tisagoras*. Ut Aristidis Scholias-tes.

<sup>c</sup> *Cimon*. Hunc tamen Herodotus ex materno latere Miltiadi primo fratrem dicit. Hic prior Cimon (ut Plutarchus in Cimone posteriore scriptum reliquit) non admodum mentis compos fuit, quamobrem *κοάλεμος* dictus.

<sup>d</sup> *Stesagoras*. Hic major natu fuit, Miltiades vero minor. Herodotus lib. vi. 7.

<sup>e</sup> *Miltiades*. Hujus vitam conscripsit Probus noster.

<sup>e</sup> *Methiocus*. Herodotus auctor libro citato.

<sup>f</sup> *Cimon* cum tribus filiis, Plutarchus in Cimonis vita. Tisagoras Miltiadis nostri avus (ut Aristidis scholias-tes ait) genus suum ad Codrum referebat. *Magius*. Vide præterea quæ Janus Rutgersius in variis lectionibus scribit convincendæ Nepotis *ἀμιστρο-σίας*: quæ cognoscenda sunt ut se Lector ab iis erroribus, quos ei Ne-  
pos offuderit, expediat. *Gebh.*

*Antiquitate generis] Nam patruus ejus Miltiades longissime ab Æaco et Ægina principium et originem generis repetebat: proxime a Philæo Atheniensi Ajacis filio, in cujus familiam fuerat insitus atque adoptatus. Herodotus in Eratone: Μιλτιάδης δ*

Κινέλου, ἕνω οἰκίης τεβριπποτρόφου, τὰ μὲν ἀνέκαθεν ἀπ' Αἰακοῦ τε καὶ Αἰγίνης γεγονώς, τὰ δὲ νεώτερα Ἀθηναίος, Φιλαίου, τοῦ Αἰαντος παιδὸς, γενομένου πρώτου τῆς οἰκίης ταύτης Ἀθηναίου. *Lambin.*

*Gloria majorum*] Tum propter Codrum, ad quem referebat genus suum, de quo Vellei. lib. 1. 2. tum propter ejus posteros qui cccvii. annos non interrupta successione digni habiti sunt. *Raven.*

*Modestia*] De Nerone Germanici C. Tacit. Annal. iv. 15. 'Aderant juveni modestia ac forma Principe viro digna.' *Gebhard.* *Modestia maxime floreret*] De Miltiadis modestia, quam adolescens exhibuit, nihil hic legas; ad eam vero, quæ in virili eluxit ætate, referre licet: in iis omnibus enim moderatissime se gessisse docet. *Buchner.*

*Talem futurum*] Codex P. Danielis, *talem eum futurum.*

*Accidit, ut Athenienses*] Herodotus lib. vi. 3. hoc Pisistrati tyrannidis tempore factum scribit, ut huic Probi loco maxime adversetur. *Magius.* Aut aliud agebat Probus, cum hoc scripsit, aut aliquem Græcum historicum qui non exstet, ab Herodoto valde discrepantem secutus est. Nam quæ Probus huic Miltiadi, cujus nunc vitam scribit, attribuit, ea Herodotus Miltiadi Cypseli filio, hujus Miltiadis patruo adscribit lib. vi. *Lambinus.* Notat hæc verba Janus *Rutgers.* Var. Lect. lib. 1. 9. *Boeclerus.*

*Chersonesum*] Peninsulam, quæ a mari Ægæo altera ex parte alluitur. *Lambin.* Unde illam Hellespontiacam dicit *Suidas.* Hæc est Chersonesus Thraciæ *Ptolemæo,* quam *Παλλήνην* vocant *Stephanus* et *Halicarnassæus,* cujus Isthmus ab occasu Melane sinu, ab ortu Propontide alluitur: *χερσαίων* simpliciter nominat *Lycophron,* quam alii *χερρόν.* Breviatum illud apud *Græcos,* pro *χερρόνησος.* Sic *ποτ.* pro *ποταμὸς* dicebant, et alia sexcenta. Nec obstat, quod indifferenter scri-

bant *χερρόνησος* et *χερσόνησος.* Sic sæpius eandem rem variata voce significant, de qua disserere non est heic instituti norma. Adi Criticorum scholas, ubi scrutantur curiose nimis τὰς ἐν ἄδου τριακάδας. Accedit, quod *χερρόν* a *χερρός* deducant Etymologici. Quod non improbarem, nisi aliam scirem a *χειρ* et *νήσος* derivatam, præsertim cum sit quasi manu continenti junctus peninsulæ circuitus. *Keuchen.* *Chersonesum*] Thracicam intelligit, quam et 'magnam' *Strabo* vocat. Nam sunt et aliæ Chersonesi: ut *Taurica,* sive *Scythica,* in *Euxino* et *Mæotide;* *Aurea,* supra *Gangem;* et *Cymbria,* quæ *Dania* hodie appellatur. *Buchner.*

*Delphos*] Ubi ἀψευδέστατον πάντων, πρότερον πολυχρήματον, νυνὶ δὲ πενέστατον ἱερὸν. *Strabo.* *Solona* hodie dici, scribit *Niger;* *Castri,* *Sophranus.* *Situm* vide apud *Heliodorum* II. et *Trogum* xxiv. *Keuchen.*

*Deliberatum missi sunt*] Cum Deo consultationem initum. *Deliberare* enim est, cum Deo deliberationem habere atque instituere; referre, quod cæptandum est ad consilium oraculi. *Nepos Themistocle:* 'Deliberantibus *Pythia* respondit, ut mœnibus ligneis se munirent.' *Cicer.* *Quæst. Tuscul.* lib. v. 'Pueris nobis *Cn. Aufidius* in Senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus de erat: id est, ipsum consulentibus vel consilium ipsius petentibus. Nihil autem neque publicæ neque privatæ rei sine Oraculi auctoritate aggrediebantur. *Just.* viii. 2. *Gebhard.*

*Qui consulerent*] Consulebantur *Dii* de rebus futuris et eventuris, ut *Oracula Delphis.* *Salmasius.*

*Apollinem*] Qui unde dictus sit, ne Græcis quidem constat, tot de eo febriculosa somniantibus. Simplicissime ex ipsa Græcia natales ejus petere poterant. Est enim Ἀπολλών, Ἀπόλλων, Hebræis אַפּוֹלֹן. Nisi tamen ab אַפּוֹל, unde אַפּוֹלֹן vel אַפּוֹלֹן;

deducere malis. Quid enim nisi tenebras et ambages Dæmon ille cane-  
bat? Unde et λοξίας ac σκοτεινός a  
Græcis dictus est. Multo tamen proba-  
bilius a 𐤇𐤃𐤁 denominatum puto.  
Quo nomine apud Babylonios, Phœ-  
nices, Pænos Sol vocatur. Idem  
Apollo. Macrob. Saturn. lib. I. 17.  
Qui tamen, cum cæteri quoque Dii  
sic vocari cœpissent, cum adjectione  
quadam Bel-Samen vocatus est. Euse-  
b. lib. I. προπαρ. Plaut. in Pæn.  
Idem Apollo Pythius est a 𐀡𐀢𐀤;  
quippe qui μύθων ῥητήρ erat. Unde  
alii πύθων inter Apollinis epitheta refer-  
entes, a πυθάνεσθαι, quod est a  
𐀡𐀢𐀤, ductum volunt. Quo illud  
spectat, quod eundem cum Mercurio  
faciunt. Nam quæ de 𐀢𐀡𐀤 afferunt,  
vereor ut vera sint. Saltem aliunde  
Pythius dictus erit, quam ut Græculi  
putant, a serpentis cæde. Mercuri-  
um enim cum serpentibus pingunt,  
quod, ut puto, vetustatem originis et  
sapientiæ professionem denotat.  
*Horn.* Vide quæ ad Nonni meta-  
phrasin notavit magnus Heinsius.

*Nam tum Thraces] Threces* Codex  
Danielis. Quod idem. Thraces, Thra-  
ches, Thræces, et Threces, ejusdem  
gentis nomina ταυτοδύναμα. Eodem  
modo scribuntur θράϊξ et θρήϊξ inte-  
gre, et concise θράξ et θρήξ, quod  
factum creditur ἐκ τοῦ θορεῖν καὶ ἀΐσ-  
σειν, quo Thraces præditos fuisse,  
narrant Historici. De ratione isto-  
rum nominum videndus Eustathius  
in παρέκβολ. ad Hom. Ἰλιάδος Δ. Nihil  
tam tædiosum est quam persequi  
λεπτολογίας, quas video tamen a dili-  
gentissimis quibusdam continuo esse  
observatas. Parum est, quod ad or-  
thographiam velim; monetque doc-  
tissimus et passim de Nepotis ger-  
mana scriptura bene meritis Ob. Gi-  
fanius Conlectaneis Lucretianis, ubi-  
que apud Scriptorem hunc reponen-  
dum videri *Thraces*, Auctoribus opti-  
mis Codicibus: sed *Threces* lego pas-  
sim in Excerptis pro *Thraces*. Quod

ex integro θρήϊξ, unde θρήϊκες, et con-  
ciso θρήξ, ex quo *Threces*. Nam quod  
in Gifanii schedis est *Thraces*, origi-  
nem magis habet a Græcorum θράϊξ,  
unde contractum θράξ, ut a θρήϊξ, θρήξ.  
Eadem igitur sunt *Thraces*, *Threces*;  
et *Threces*, ejusdem gentis nomina  
ταυτοδύναμα, ut etiam adnotavimus.  
*Keuchen.* Illos Thraces Dolonco fu-  
isse, a Jano Rutgersio ex Herodoto  
observatum; qui cum gravissimo bello  
ab Apsinthiis premerentur, reges suos  
Delphos de belli exitu sciscitatum  
miserunt. *Gebhard.* Εἶχον Δόλογοι  
Θρήϊκες τὴν ἀρχὴν τῆς χερσονήσου ταύ-  
την· οὗτοι ἂν οἱ Δόλογοι πιεσθέντες πο-  
λέμῳ ὑπὸ Ἀψινθίων, ἐς Δελφούς ἐπεμψαν  
τοὺς βασιλῆας περὶ τοῦ πολέμου χρησο-  
μένους. Herod. Dicti sunt Δόλογοι  
ἀπὸ Δολόγου, qui Bithyni frater. Do-  
loncæ Plinio, οἱ Δολόγοι. Thrace  
Titanis ex Jove habuit Bithyn, a quo  
Bithyni; ex Saturno Doloncum, a  
quo Dolonci. *Salmas.*

*Eas regiones tenebant]* Sic Virgil.  
*Æn.* I. 'Qui teneant (nam inculta  
videt) hominesne feræne, Quærere  
constituit.' Et supra: 'victor ditio-  
ne tenebat.' *Lambin.* Vi, nullo juris titu-  
lo. Cicer. II. de officiis: 'Cum autem  
dominatu unius omnia tenerentur.'  
Cæsar de B. C. III. 102. *Gebhard.*

*Cum quibus armis erat dimicandum]*  
Certe suo ingenio ea gens prona ad  
pugnans et cædes; et jam antiquitus  
singulari certamine decertabat. *Lips.*  
Longe diversa ab his Probi refert  
Herodotus lib. VI. *Magius.*

*Nominatim]* Cum alias per flexuo-  
sas ambages respondere Oraculum  
solebat. Auctor Scholiorum in Aris-  
tophanis Equites: τοῦτο δὲ παρ' ἑσόν  
οἱ χρησμοὶ λοξῶς ἐκφέρονται ὑπὸ τοῦ  
Ἀπόλλωνος. Andronicus Antiopa:  
'Ita septuose dictio a Deo datur.  
Quod consecuturum sapiens agre  
consulit.' Pacuvius Peribæa: 'Flexa  
non falsa autumare dictio Delphis  
solet.' *Gebhard.* Oraculum exstare  
arbitror in Zenobii Paræmiis. *Schott.*

*Pythia*] Alio nomine *Phæbas*. Pol-  
lux lib. i. ἰδίως δὲ ἢ ἐν Δελφοῖς προφήτης,  
Πυθία. Vide Diod. Sic. lib. xvi. et  
Gyrard. histor. Deor. Syntag. 7. *Boe-  
cler*. Erat mulier quædam, quæ, ut  
aiunt, insidens tripodi Apollinis, passis  
crinibus, gravem subeuntem e specu  
spiritum genitalibus recipiebat: et  
ita furore repleta, et capillum pro-  
mittens, et spumam ex ore emittens,  
omnia alia committebat, quæ insani-  
entes facere consueverunt, sicque  
verba Oraculi, seu potius insanix  
reddebat. Scholiorum Græcorum  
Auctor in Aristophanis Plutum: ἡ  
καὶ δαίμων τις ἦν οὕτω καλούμενος Πύθων,  
ἀφ' οὗ ἡ πυθία παρωνομάζετο, ἡ καὶ αὐ-  
τὸς ὁ Ἀπόλλων Πύθιος ὀνομαζόμενος, διὰ  
τὸ τοῖς πυνθαγομένοις χρησμοὺς διδόναι  
περὶ ὧν ἂν βούλοιντο. Cicero de Divi-  
nat. 'Nam terræ vis Pythiam Del-  
phis incitabat, natura Sibyllam.' *Geb-  
hard*. Dicta est autem a verbo πυν-  
θάνομαι, *interrogo, consulo, et audio*.  
Strabo lib. ix. aut (ut quibusdam pla-  
cet) ab Apolline cognomento *Pythio*,  
ob necatum Pythonem serpentem,  
vel sic dicto ἀπὸ τοῦ Πύθων, id est  
*σήπειν*, quod nunquam sine vi caloris  
efficitur. Macrob. Saturn. lib. i. 17.  
*Magius*. De qua vide insignem lo-  
cum apud Strabonem ix. Hinc Theon  
apud Plutarch. Pythiam instrumentum  
dixit illius Dei, cuius Delphis  
est oraculum. *Keuchen*. Introduxe-  
runt igitur gentiles tales præcipue  
mulierculas, quæ furorem arte simu-  
lare norant, vel quæ atra bile laborant.  
*Thysius*.

*Imperatorem sumerent*] Στρατηγὸν  
communiter Græci vocant: Justinia-  
nus in Nov. Prætozem. Sic infra:  
'Creati sunt decem Prætores.' Hoc  
sensu imperator a militibus nomina-  
batur. Estque hæc primaria appel-  
latio istius vocis. *Keuch*. *Sumerent*]  
Eligerent sibi que præficerent. Sic  
Cicer. ad Attic. dixit, 'sumere judi-  
cem:' et Verrina v. 'sumere recu-  
peratores.' *Gebhardus*.

*Cum delecta manu*] Malim, *cum di-  
lecta manu*, ut veteres loquebantur.  
*Lambin*. Sic infra: 'delectus mili-  
tium,' pro dilectus. Explicat vetus  
Glossarium: *dilectus, ἀγαθητὲς, στρα-  
τολογία*. Vide Festum. Inde *diligere*,  
Cassiodoro verbum militare. Error  
ille in multis. Sic *meille, meillies,*  
*meilitia* dicebant. Notat ex Lucill.  
ix. ad Catullum Jos. Scaliger. *Keu-  
chen*.

*Chersonesum*] Peninsula ab Ægeο  
mari circumdata, a quibusdam χερ-  
ρόνησος dicitur, a χερρ *manus* et νῆσος  
*insula*, quasi insula manu continenti  
juncta: alijs vero χερρόνησος, a χέρ-  
σος *terra* et νῆσος *insula*; quasi *terra*  
*insula*, id est, *continens et mare*. *Ma-  
gius*.

*Cum accessisset Lemnum*] Quæ est  
ex adverso Thraciæ, cuius partes ali-  
quas etiam Græci excolebant. Ho-  
merus Lemnum cum Thracia confun-  
dit ob vicinitatem. Quod Poëtis fa-  
miliare, qui partem pro toto, et con-  
tra, sæpiusculæ ponunt. Idem πόλιν  
dicit, quæ νῆσος. *Idem*. Herodot. l.  
vi. 10. rem aliter enarrat: est autem  
Lemnos insula maris Ægei. Hodie  
*Archipelago*: ab antiquis Hypsipyla  
a Thoantis filia, nunc vero *Stolinine*,  
dicta. *Magius*.

*Atheniensium*] Non adsentior viro  
docto, qui hoc loco *potestatem Atheni-  
ensium*, θαλάττης ἐπικράτειαν exponit.  
Quippe illo tempore, quo Lemnum  
profectus Miltiades, maris imperium  
seu θαλαττοκρατία nondum obtigerat  
Atheniensibus. Quam Xerxe ac Per-  
sis devictis ἐναλλάξ cum Lacedæmo-  
nijs obtinuerunt. Dicendum ergo,  
*potestatem* hoc loco pro imperio acci-  
pi, quod vi ac jure in devictos exer-  
cetur. *Keuch*.

*Sua sponte*] Elegans formula Ab-  
lativi casus. Cicer. de Senect. 'Sicut  
sua sponte, nulla adhibita vi, con-  
sumptus ignis exstinguitur.' Plaut.  
Truculento: 'Non queo pedibus mea  
sponte ambulare.' Virgil. Æn. vi. 82.

Rarius in Genitivo. Varro lib. II. 'Spontissuæ statuerat finem.' Confer Gellium XIII. *Kirchmaj*.

*Illi irridentes responderunt*] Multis discrepat ab Herodoto I. VI. prope finem *Pröbus*. Ille enim narrat, Pelasgos, quum eis post necem liberorum atque uxorum neque tellus fructum redderet, neque conjuges, neque pecus, ut prins, gignerent, pariter fame et liberorum orbitate vexatos, Delphos misisse petitum aliquod laxamentum præsentium malorum. Jussos autem a Pythia pœnas Atheniensibus, quas illi vellent, pendere, Athenas ivisse; pollicitosque esse, daturos se illis omnis injuriæ pœnas. Athenienses, stratis in curia toris quam poterant splendidissime, appositaque mensa omnium honorum refertissima, jussisse, Pelasgos ita se habentem regionem sibi tradere. Tunc Pelasgos excipientes dixisse: ἐπεὶ βορέῃ ἀνέμῳ αὐτῆμερὸν νηὶς ἐξανυσθῆ ἐκ τῆς ὑμετέρας ἐς τὴν ἡμετέραν, τότε παραδώσομεν. τοῦτο εἶπαν, ἐπιστάμενοι τοῦτο εἶναι ἀδύνατον γενέσθαι· ἢ γὰρ Ἀττικὴ πρὸς νότον κέεται πολλὸν τῆς Λήμνου. *Lamb*. Rem ita narrat *Zenobius*: Κελεύοντων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐκλιπεῖν τὴν Λήμνον, εἶπον οἱ Πελασγοί, εἴ τις αὐτῆμερὸν (de hac circumstantia nihil *Nepos*) Ἀθήνηθεν βορέα χρησάμενος καταπλεύσειεν εἰς τὴν Λήμνον, ἐκστήσονται τῆς χώρας αὐτῶν. *Gebhardus*.

*Vento aquilone*] Infra 'boream' vocat. Hoc Græcum, illud Latine dicitur. *Gell*. XI. 22. estque ventus, qui ab æstiva et solstitiali orientis meta venit. *Magius*.

*Hic enim ventus*] Supposititium hunc versum videri, atque glossema esse, annotat *Ultraject*. Editio. *Schott*. Nescio tamen, an non ita soleat *Nepos* explicare etiam quæ non erant difficilia suppletu intellectæque, ut mox I. 2. 4. pactum illud repetit: 'Illi enim dixerant,' &c. Certe in Ms. legitur, sicut editum est. *Boeclerus*.

*A Septentrionibus oriens*] Seneca *Quæst. Nat.* v. 'A Septentrionali latere summus est Aquilo, medius Septentrio, imus Thracias.'

*Adversum tenet*] Translatio a militia, in qua directa acies contra alteram adversum tenere, hoc est, opposita esse, recte dicitur. *Cicero Philipp*. 'Tenere locum agminis;' et ipse *Nepos* 'tenere alterum cornu.' *Adversum ergo tenere*, est ex adverso flare. Quare causa nulla erat, cur quidam, quod minus intelligerent, obelo configerent, aut *Lambinus* contra omnes libros interpolaret *adversum flatum emittit*: vel, *adversus est*, vel *adversatur*. *Tacit. An.* II. 54. 'Germanicum in regressu sacra Samothracum visere nitentem obvii Aquilonones depulere.' Rem paullo aliter narrat *Zenobius*.

*Cursum dirigit*] Navigationem: τὸν πῶρον. Apposite Græci magistri: Πῶρος δὲ κυρίως ἐπὶ ὑγρῶν λέγεται. *Curt.* I. x. 'Prætervehi Alpes Italiaeque oram, unde in Epirum brevis est cursus.' Hinc 'currere,' navigare. *Flacc. Argon.* IV. 265. 'Placido si currere fluctu.' Vide *Lambin.* ad *Od.* I. 28. *Gebhard*.

CAP. 2. *Barbarorum*] Thracum seu Dolonchorum. Unde vox deducta, varie ambigunt. *Cassiodorus* a *barba*; quæ vana Etymologia, cum nomen non sit Latinae, sed alterius linguæ. Apud *Strabonem* XIV. dicitur effectum κατ' ὄνοματοποιίαν καὶ ἀντικειμένην τῷ Ἑλληνι, *barbarum orroni Græco*. *Ammonius*: *βάρβαρος* μὲν γὰρ ἐστὶν ὄνομα τὸ οὐχ Ἑλληνικόν, *βαρβαρικόν* δὲ τὸ τῶν βαρβάρων. Vide quæ ad *Homericum* ex *Geographo* notat *Eustathius* Ἰλιαδ. B. Sed vox est ex Oriente allata. כּוּבֵר enim extraneum denotat Arabibus. Et ܕܘܕܝܢ desertum, unde *Barbariæ* nomen. Quod primus omnium ostendit *Magnus Scaliger* sub initium *Exercitationis LI.* ad *Cardanum*. Neque hæc est mera fundata conjectura, ut post illum vo-

luit P. Voet in notis suis ad Herodianum. Cæterum probabile est, fuisse illud commune gentibus dicterium. De Scythis et Atheniensibus Anacharsis apud Laërtium l. i. de Ægyptiis Herodotus II. de Romanis Herodianus; de Phrygibus Sophocles, Horatius, alii. Sic antiquissimis Ebræis 'gentes' dicebantur, quos posterior ætas ἔλληνας appellavit, Christiani 'paganos.' *Keuchen*. Vide quæ ad hanc rem scripta reliquit Alciatus in annotationibus in tres posteriores libros Codicis, et Berneggerum quæst. 91. super Tacitum.

*Copiis disjectis*] Fuis ac dissipatis. Cæsar lib. I. Comm. de Bello Gallico cap. 25. 'Phalange disjecta, gladiis districtis in eos impetum fecerunt.' Cicero Attico. 'Nos disjecta manu pares adversariis esse non possumus.' *Gebhardus*.

*Tota regione potitus*] Fraudulenta principum Chersonesi captivitate. Pausan. Eliacorum lib. VI. Modum acquirendi narrat Herodotus. *Kirchmaj*. Interdum hoc verbum *potiri* cum auferendi casu conjungit; ut in Cimone 'magna præda potitus,' et item alibi: interdum cum generandi casu; ut in Lysandro 'classis hostium potitus est,' et in Agesilao, 'hic simul atque imperii potitus est.' Tullius in accusandi casu dixit lib. I. Tuscul. Quæst. 'gentem aliquam potiri?' quo modo et Lucretius loquitur lib. III. *Lambinus*.

*Loca castellis idonea communit*] Sic et Herodotus lib. VI. *Magius*. Castellorum varius usus ac finis: proprius tamen iste Miltiadi erat propositus, contra barbarorum incursiones esse provisum; habere receptaculum, quo commeatus, præda, aliaque trahendo bello conferrentur; et ponere quasdam compedes ac frænos, quibus *δορύκτητοι* continerentur in officio. Tale castellum innuit Diodorus lib. XIV. ubi Græci reduces ex expeditione contra Artaxerxem se reficie-

bant. *Αὐτοὶ δὲ λόφον*, inquit, ὄχυρόν καταλαμβάνόμενοι τὴν χώραν ἐπόρθουν, καὶ τὰς ὠφελείας εἰς τοῦτον ἀθροίσαντες ἀφθόως ἑαυτοὺς ἀνελάμβανον. Tacit. Ann. III. 74. 'Medio cum delectis castella et munitiones idoneis locis imponens, dux ipse arcta et infensa hostibus cuncta fecerat.' *Gebhard*.

*Excursionibus*] Ita Cicero vocem usurpat. 'Excursionibus' vocat Val. Maximus lib. II. 3. Græci ἐκ προνόμων loquuntur. *Idem*.

*Locupletavit*] In Alcibiade: 'Gloriosius existimans, barbarorum præda locupletari quam Graiorum.' Græci efferunt, στρατιώτας ἐμπλήσαι ὠφελείας, vel, πλήρες ποιῆσαι τὸ στράτευμα παντοίας ὠφελείας. *Idem*.

*Virtute militum*] Ἀπλῶς heic Virtus sumitur, quam veteres fortitudinem vocabant; ut notat Justinianus. *Keuchen*. Cæsar de B. G. I. 1. 2. et 36. *Gebhard*.

*Erat enim inter eos dignitate regia*] Qui successit in Stesagoræ fratris locum, ut tradit Herodotus VI. 'Sed hoc regnum non fuit ei diuturnum: a Scythis enim Nomadibus primum, deinde a Phœnicibus pulsus, quinque navibus instructis, quarum una capta est, Athenas confugit.' *Lambinus*. Plutarchus quoque in libello, de sera numinis vindicta, aperte fatetur, Miltiadem tyrannide Chersonesum occupasse: εἰ δὲ τις ἢ τύραννον ἀπέκτεινε Μιλτιάδην ἐν χερρόνησῳ. Defendit illum tamen satis liberaliter Probus; et 'tyrannum quidem appellatum' dicit, 'sed justum.' *Longol. Mag*.

*Quamvis cavebat nomine*] Hoc solent dominandi gnari, ut invidioso nomine remisso rem ipsam complectantur: et ut Tacitus loquitur Histor. lib. II. 62. cum 'vocabulum differant,' aut recipiant, 'de potestate nihil detrahant.' *Gebhard*.

*Neque id magis imperio*] Ἐπιτακτικῶς: imperii violentia. Paulo post: 'Imperio plerasque ad officium redire cœgit.' Explicat sese ipse in-

fra : ' non erat vi consecutus, sed suorum voluntate.' *Gebhard.*

*Secius*] Plautus; ' Hæc mihi non secius videntur esse, quam insomnia.' Cæsar B. Civil. lib. III. 26. ' Prætervectos Dyrrhachium magna vi venti nihilo secius sequebatur.' Admodum est usitata vocula Nepoti. Loca, brevitatis causa, nolo accumulare. Auctor Rhetoricorum ad Herennium: ' Impedimento est, quo secius lex feratur.' *Gebhardus.*

*A quibus erat profectus*] Sic scribendum suavit Gifanui indice Lucretiano. Longolius *quibuscum.* Savaro aut *quibuscum* legit. *Schottus.* Male Savaro lectionem cum Auctoris mente pugnantem præfert, aut *quibuscum erat profectus.* Ac plane præter mentem Cornelii Lambinus ex suo cerebro infercit; *a quibus profectus erat, quam iis, quibuscum erat profectus.* Nam etsi quidam libri agnoscant *cum quibus erat profectus*; ea tamen verba vitio imperitorum exscriptorum superioribus, ex lineis inferioribus, adhæserunt. *Gebhard.*

*Officia præstabat*] Loentio familiaris auctori. In Attico: ' Nihilominus amicis urbana officia præstitit.' Postea: ' At ille qui officia amicis præstanda sine factione existimabat.' Ibidem, ' tanta diligentia officium suum præstitit.' *Savaro.*

*Chersoneso tali modo constituta*] In antiquo Cod. P. Danielis testantibus Excerptis fuit *constituito.* Non male: figura πρὸς τὸ σημαζόμενον, qualis in Timotheo: ' Samum cepit, in quo oppugnando,' &c. ubi perperam ad præcedens τὸ bello relationem refert And. *Schottus.* Et sic apud Poëtam: ' defensa est Iliion armis.'

*Ex pacto*] Κατὰ συνθήκην. *Lamb.* *Ex constituito* Cod. *Schotti.* Quod interpretamentum agnosco. Cicero Attico: ' Pomponius enim ex pacto et convento tam a me discesserat.' *Gebh.*

*Cares, qui tum Lemnum incolebant*]

Gens illa per totam quondam Græciam militans erravit. Lege Strabonem l. XIV. Sed Pelasgos tum Lemnum incoluisse, refert Herodotus VI. non longe ab extremo. *Longol. Lambin. Mag.* Sane Cares Lemnum incoluisse ex Poëta constat, qui illos ἀλδς ταμίας vocat; veterem illorum θαλασσοκρατίαν spectans, non mercaturæ habita ratione, quæ eam gentem, quod sciam, nobilem fecit nunquam. Maris imperium populi Græciæ atque Asiæ alius alio tempore obtinuerunt, ut scimus ex Strabone et Historiis. Cares, quo tempore Romam a se conditam regerat Romulus, principès maris mediterranei fuisse, Eusebius scriptum reliquit in Chronico. Græcis semper habiti pro barbaris, cum moribus institutisque, tum lingua: cujus gratia Vatum Principi dicuntur βαρβαρόφωνοι. *Casaub.* Excerpta *Chares.* Cum tamen non Græcis Χᾶρες sed Κᾶρες scribantur. Sic *Hyster*, pro *Ister*, *Duthis*, *Arthemisium*, *Phydna*, *Cythium*, et alia immisso spiritu in iisdem schedis et editionibus antiquis.

*Non dicto sed secunda fortuna adversariorum capti*] Elegantissime: nam non tam captiosis dictis, quam successibus adversariorum dare manus cogebantur, et stare conventioni per ludibrium interpositæ. Zenobius paullo aliter: ὕστερον δὲ Δαρείου τοῦ Πέρσου περὶ Θράκησιν ὕντος, καὶ πάντα χειρουμένου τὰ περίεξ, Μιλτιάδης Ἀθηναῖος ἐκ τῆς χερσονήσου ἀφελς εἰς τὸ πέλαγος καταλαμβάνει τὴν Ἀῆμνον, καὶ πρὸς τοὺς Πελασγούς ἐφη, βορέα χρησόμενον αὐθημερον ἤκειν. Ἐρμῶν δὲ βασιλεῶν τῶν Πελασγῶν ἐξέστη τῆς χώρας, τῇ μὲν ἀληθείᾳ τοῦ Δαρείου τὴν δύναμιν φοβηθεῖς, προποιησάμενος δὲ ἐκὼν διδόναι τοῖς Ἀθηναίοις τὴν χάριν. Cent. III. num. 85. *Gebhard.*

*Cæteras insulas, quæ Cyclades nominantur*] Cyclades insulæ sunt in mari Ægæo, sic dictæ, quod in orbem sitæ sint; ut tradunt Geographi,

Strabo, Plinius, Mela, cæteri. Strabo lib. x. ἐν τῷ Αἰγαίῳ μᾶλλον αὐτὴ τε Δῆλος, καὶ αἱ περὶ αὐτὴν Κυκλάδες. *Lambin.* Hæ numero LIII. ut Paulus Orosius lib. i. 2. testatur. De his Plinius, lib. iv. 12. et vi. 34. *Magius.*

CAP. 3. *Eisdem temporibus*] Anno ab Orbe condito 3439. Circa Olympiadem sexagesimam octavam. *Salmas.* *Persarum Rex*] Equi hinnitu electus, quod erat fatale Imperii omen. Apud Herodotum lapis: ΔΑΡΕΙΟΣ Ὁ ὙΣΤΑΣΠΕΟΣ ΣΤΗΝ ΤΕ ΤΟΥ ἼΠΠΟΥ ΤΗ ΑΡΕΤΗ, ΚΑΙ ΟΙΒΑΡΕΟΣ ΤΟΥ ἼΠΠΟΚΟΜΟΥ, ΕΚΤΗΣΑΤΟ ΤΗΝ ΠΕΡΣΕΩΝ ΒΑΣΙΛΗΙΗΝ. Unde postea Darius in sigillo habuisse sculptum equum, δι' ὃν χρηματίσσαντα ἐβασιλευσεν, a Scholiaste Thucydidis est notatum. *Kuchen.*

*Darius*] Hystaspis filius, quem Esdras et Philo nominant Assuerum. *Strigel.* Δαρείος φρόνιμος *Hesych.* ἐρξείης *Herodot.* libro vi. Hystaspes *Tarich.* dicitur كشتاسب, *Kitsch-tasb*, estque ipsius Darii nomen. Videtur nomen fuisse Medicum, apud quos Hydaspes et fluvii et Regis nomen fuit. Eratque nomen regium. *Justin.* x. 'Darii nomine, ne quid regiæ majestati decisset, honoratus.'

*Exercitu trajecto*] Septingentis millibus hominum. *Justin.* ii. ἦγε δὲ πάντα τῶν ἦρχε' τουτέων μυριάδες ἐξηριθμήθησαν, χωρὶς τοῦ ναυτικοῦ, ἐβδομήκοντα σὺν ἱππεῦσι. *Herodot.* *Musa.* iv.

*Scythis*] Europæis, quorum regionem, parvam Scythiam vocat *Strabo* libro vii. μετὰ δὲ τὴν Βαβυλώνας αἰρῆσιν ἐγένετο ἐπὶ Σκύθας αὐτοῦ Δαρείου ἑλασις. *Herod.* Antiquissimi orbem in tres partes distinxerunt, quarum media ipsa nota, Græciam, Italiam, Asiam complectebatur. Septentrionalis Scythia, Australis Æthiopia dicebatur. *Strabo.* i. Illa Scythia est, quam hodie uno nomine Tatariam dicimus, plena pugnacissimarum gentium. Unde nomen illud fluxerit, incertum.

Probabilis magni *Salmasii* sententia, a Getis: unde præposito Σ more Æolum fecerunt Σκύθας. Getæ, Gothi, Gitæ, Kitæ, Scythæ, unius nominis gens, in multos populos divisa.

Arabes اخطا vocant, qui sunt Chætæ veterum, *Ptolemæo* χᾶται, nobis hodie Catai, vel Kitaini. Sed cum olim Scythiarum nomen proprium populis Tauricæ Chersonesi esset, paulatim expeditionibus suis in reliquam Sarmatiam et Asiam Septentrionalem, omnibus id gentibus in septentrione tributum, ut *Ammianus Marcellinus* docet. Quod etiam ante cccc. annos, in Tataris factum videmus. Quorum nomen unde fluxerit, ex *Planocarpo* et aliis docere promptum, nisi obstaret opusculi hujus brevitatis. Denique illi, quibus bellum *Cyrus* intulit, Scythæ fuerunt inter *Tanaim* et *Iaxartem*, supra mare Caspium, quæ Scythia ante ccc. annos, *Timuri ævo* dicta fuit

الدهشت قفحاق وبركة desertum *Kafthak* et *Barca*, hodieque Tataria deserta dicitur. Qualis illa gens fuerit, et quam egregia armis, moribusque, *Historia Timuri Arabica* ostendit. Ita igitur illa: 'Termini ejus, ad austrum mare *Hyrcanum* et *Pontus Euxinus*, interjacentesque *Circassiorum* montes. Ad Orientem *Chorasmios*, *Atrar* et *Schagnak* habent. Donec per multas gentes in *Turquestanam* usque et *Catajam* protensi, cum *Sinis*, *Mogolibus*, *Catainis* terminos jungant. In Septentrione *Siberia* est, et vastæ incultæque regiones. Hinc in Occidentem *Russia*, *Bulgaria*, *Græcum Othmannicumque Imperium* jacet. Gens ipsa moribus, forma, armisque egregia est. Pançæ illis urbes sunt. In plaustris per aperta camporum, vagis sedibus, degunt. Tribus eorum plurimæ, lingua, ut *Arabum* gentes, divisæ. Summa omnibus simplicitas



et integritas. Fraudes et aliæ fallendi artes ibi exulant.' Cæterum illa Scythia semper inaccessa et fatalis Regibus Persiæ fuit, adeo, ut numquam ultra Iaxartem vel Tanain fines imperii sui protulerint. *Horn.*

[*Bellum inferre decrevit*] Quod describit Herodot. vi. Justin. ii. Orosius 29. Diodor. ii. Pansanias i. Causa hujus belli non alia fuit, quam quod Jancyri Regis Scytharum filia, quam matrimonio jungere cupiebat, sibi negaretur. Long. Mag. Vide Jornandem de rebus Geticis.

[*Pontem fecit in Istro flumine*] Διέβαινε ἐς τὴν Εὐρώπην, τοῖσι Ἰωσι παραγγείλας πλέειν ἐς τὸν πόντον, μέχρι Ἰστρου ποταμοῦ ἐπεὶ δὲ ἀπικῶνται ἐς τὸν Ἴστρον, ἐνθαῦτα αὐτὸν περιμένειν, ζευγνύοντας τὸν ποταμόν. Herod. Oros. ii. 9. Vide et Jornandem.

[*Qua copias*] Quo scriptus liber et Longolius, ad pontem referentes. *Schottus.* Quod non probat Gebhardus.

[*Ioniam et Æolide*] Hellespontiorum quoque meminit Herodot. lib. iv. *Magius.*

[*Quibus singulis ipsarum urbium*] Legendum fortasse est *ipsorum*, ut intelligamus regem Persarum singulis principibus Ioniam et Æolidis dedisse imperia earum urbium, in quibus ipsi nati erant. Hoc modo, 'urbium ipsorum,' id est, urbium, in quibus ipsi principes erant nati. *Lumbinus.* Sed nihil fortasse mutandum est: 'ipsarum,' id est, Ionicæ atque Æolidis regionum. *Buchn.*

[*Sic enim putavit*] Locum explicat Boeclerus in notis suis ad Miltiadem, hoc sensu: Darius effectum pontem receptui suo servari volens, custodibus curam ejus tradidit Ioniam et Æolidis Principibus. Horum fides pignorata erat imperiis: in amicitiam quippe assumptos, ut dominari magis quam servire sibi viderentur, urbium singularum (in Ion. Æol.) tyrannos fecit: Διὰ Δαρείον ἕκαστος

αὐτέων ἐτυράννευε πόλιος, inquit Herodot. i. 4. Hoc ejusmodi erat, ut sua quisque potestate contenti, de libertate popularium parum essent solliciti, adeoque Græcos Asiam incolentes, quos Persiacus dominatus comprehenderat, ad res novas et libertatis resumentæ studium minime erigerent, erigive paterentur. Singularis enim perpetuique imperii dulcedine allecti, ejus auctorem Darium haud dubie credebantur defensuri: præsertim cum intellectu non esset difficile, Dario potentia demoto urbes, quas obtinuissent ipsi, odio singularis imperii insito, expulsis tyrannis, (quibus duplici nomine contigerat invidiam mereri, et quod instrumenta Persicæ dominationis, et quod tali potestatis forma, id est, insolita ac tyrannica usi erant,) pristinam regimen disciplinam resumpturas esse: βουλήσσεσθαι γὰρ ἐκάστην τῶν πολιῶν δημοκρατέεσθαι μᾶλλον ἢ τυραννεύεσθαι, verba sunt Istiæi, apud Herod. Græcorum, qui Asiam incolebant mentionem facit Hippocrates, libro de aëre, aquis, et locis. *Magius.*

[*Cui illa custodia crederetur*] Tradere-tur, membranæ Mendozii. *Schott.*

[*Male rem gerere*] Nam amissis xc. millibus militibus ignominiose se in Asiam recepit. *Longol.* Juxta Orosium lib. ii. 8. octoginta millibus. *Male rem gerere*] Sic infra in Themist. de Xerxe: 'Hic etsi male rem gesserat,' pro cladem acceperat. *Gebhard.*

[*Premi a Scythis*] Cæsar Bel. Civ. iii. 102. 'Si nemo premeret.' Frontin. lib. ii. 4. 3. 'Minutius Rufus Imper. cum a Scordiscis Dacisque premeretur.' Est verbum Venatorum; unde Ovidius in Phædra: 'In nemus ire libet, pressisque in retia cervis Hortari celeres per juga summa canes.' Virgilius: 'Ingenti clamore preme ad retia cervum.' *Idem.*

[*Miltiades hortatus est pontis custodes*] Paulo aliter rem narrat Herodo-

tus lib. iv. ubi ait, Scythas ipsos, cum prius ad pontem in Istro factum, quam Persæ pervenissent, hanc orationem ad Iones habuisse: Ἄνδρες Ἴωνες, αἱ τε ἡμέραι ὑμῖν τοῦ ἀριθμοῦ διοίχονται, καὶ οὐ ποίετέ δίκαια ἐπιπαράμενοντες· ἀλλ' ἐπεὶ πρότερον δειμαίνοντες ἐμίνατε, νῦν λύσαντες τὸν πόρον, πῆν ταχίστην ἄπιτε χαίροντες, ἐλεύθεροι, θεοσί τε καὶ Σκύθησι εἰδότες χάριν. Vide sequentia. His de rebus consultabant Iones. Ac Miltiades quidem censebat Scythis esse parendum: Istiæus vero Milesius contra, ne rescificeretur, obstitit. *Lambin.* Plutarch. in Apophtheg. Idathyrsum, Scytharum regem, auctorem fuisse dicit. *Magius.*

*Ne a fortuna datam occasionem*] P. Syrus: 'Cavendi nulla dimittenda est occasio.' Cæsar de Bello Gallic. lib. v. extrem. 'Ne quam occasionem rei bene gerendæ dimitteret.' Idem lib. vi. 36. 'Seque ipsi adhortantur, ne tantam fortunam ex manibus dimittant.' Ciceroni animadverti placere 'amittere occasionem,' non 'dimittere.' Notanda est heic στρατηγικὴ διδασκαλία χρόνον φείδεσθαι, οὔτε γὰρ παρελθόντα ἀνακαλεῖσθαι, οὔτε αἰτήσαντες λαβεῖν αὐτὸν δυνάμεθα. *Didymus* ad Homerum Ἰλιάδ. B. *Gebhard.*

*A Persarum futuros dominatione et periculo*] Quibus solenne fuit, captivos vario suppliciorum modo afficere. De quo Zopyri historia apud Herodotum.

*Persarum*] Persæ et Parthi eadem gens. Græci, qui distinxerunt Παρθοὺς et Πέρσας, more suo fecerunt, dum omnia turbant et confundunt quæ discriminanda sunt, aut non distinguenda dividunt. Idem nomen Πάρθος et Πέρσης ex proprio *پارس* unde et Πάρθοι. Hinc Πασαργάδαι urbs, transpositis literis, pro Παρσαγάδαι vel Παρσαγάδαι. Quod significat Περσῶν στρατόπεδον, ut interpretatur apud

Stephanum Anaximenes. Nec obstat, quod Persas et Parthos Græci regionibus distinguunt. Nam Parthos collocant ubi nunc est *Ispahan*, Persas ubi *Istachar*. Sic enim et Ἀθυρίαν et Ἀσσυρίαν distinxerunt, cum idem sit vocabulum Atur et Assur. *Sulmas.*

*Ponte enim rescisso*] Vel *reciso*: Quod idem est. Cæsar de B. G. vii. 58. 'Refecto ponte quem superioribus diebus hostes resciderant.' Alibi 'interscindere pontem.' 'Interrupto ponte.' Justin. ii. 5. *Gebli.* Ζεύγματος τοῦ Ἰστρου λυθέντος. Herodot. Strategema illud polemicum, de quo ad Vegetium Stewechius. *Keuchen.*

*Histiæus Milesius*] Codex Danielis, *Hestiæus.* *Lambinus* leniter legit *Istiatæus.* Omnino *Histiæus* reponendum, qui Herodoto Ἰστιαίος. Locus est lib. iv. 137. Ἰστιαίου δὲ τοῦ Μιλησίου ἐναντίη ταύτη, λέγοντος ὡς νῦν μὲν διὰ Δαρείων ἕκαστος αὐτέων τυραννεύει πόλιος· τῆς Δαρείου δὲ δυνάμιος καταιρεθείσης, οὔτε αὐτὸς Μιλησίων οἶδός τε ἔσται ἔρχειν, οὔτε ἄλλον οὐδένα οὐδαμῶν, βουλήσεσθαι γὰρ ἐκάστην τῶν πολλῶν δημοκρατέεσθαι μᾶλλον ἢ τυραννεύεσθαι. Quam sententiam cum *Histiæus* dixisset, continuo sese ad eum converterunt, qui antea a parte *Miltiadis* stabant, eique assensi fuerant. Vide *Plutarch.* ἀποφθ. βασιλ.

*Qui summas imperii tenerent*] Τῆν τῶν ὄλων ἡγεμονίαν. Usitatus est 'summa imperii,' 'summa belli,' ἐνικῶς. Cicero quoque dicit, 'summam rerum administrare,' 'Summæ reip. præesse.' *Gebli.*

*Cujus ratio, etsi non valuit, tamen magnopere est laudanda*] Atqui nonne fidem violabat *Miltiades*, et ita non est ejus ratio laudanda? Respondeo, primum, nullam fidem antiquiorem esse habendam pietate erga patriam: deinde, quod posuit *Probus*, 'Miltiadem, si aliud, quam quod dedit, Græcis consilium dedisset, non tam fidei quam Persarum regi dederat, quam

suæ dominationi, fuisse consulturum.' Maluit igitur Græcorum libertati, quam suæ dominationi servire, fide, quam barbaro adversus patriam et libertatem Græciæ dederat, neglecta. Omnino, ne quid dissimulem, melius fecisset Miltiades, si fidem Persis non dedisset. *Lamb.* Peccasse videntur Magio et Miltiades, qui proditiōnis hoc consilium agitaverit, et Nepos, qui id factum approbaverit. *Lambinus* recte vidit hunc locum non esse ἀπλῆς τῆς κρίσεως, sed συγκριτικῆς ὑποθέσεως. Istiæus et, quos sententiæ approbatores habuit, cæteri, non tam fide in Persam, quam cura suæ dominationis potestatisve tuendæ pontem custodiebant: Miltiades cum detrimento suæ potestatis, patriæ opes, quam regis augere maluit. *Boecler.* Alii libri habent, *tamen magnopere est laudandus.*

CAP. 4. *Ex Europa*] Scythia Europæa, nonaginta militum millibus amissis. 'Metuens ne sibi reditus interrupto ponte Istri negaretur.' Orosius II. 8. *Jornandes* de rebus Geticis.

*Hortantibus amicis*] Hippiā imprimis, Pisistrati Tyranni filio, regno nuper pulso, qui se Xerxi belli etiam ductorem obtulit adversus patriam. Confer *Just. 1. Kirchin.*

*Classem quingentarum navium*] Ἐπλεον ἑξακοσίησι τριήρεσι ἐς τὴν Ἰωνίην. *Herodot.* Sexcentarum triremium classē sine navibus hippagogis lib. VI. In navium numero non consentiunt, quemadmodum et hominum. Quod crebrum apud Scriptores in Historiis bellicis. Trecentas tantum fuisse in Epitaph. *Plato* refert.

*Datum præfecit et Artaphernem*] *Herodotus* lib. VI. ἄλλους δὲ στρατηγούς, ἀποδέξας, ἀπέστειλε ἐπὶ τῇ Ἐρέτριαν καὶ Ἀθήνας, Δατὴν τε, ἔοντα Μῆδων γένος, καὶ Ἀρταφέρνηα τὸν Ἀρταφέρνηος παῖδα. *Plato* Datum solum commemorat; in Epitaph. et de Leg. Sic *Plutarchus* περὶ παραλλήλ. Δατὴς ὁ Περσῶν σατρά-

*Delph. et Var. Clas.*

πης μετὰ τριάκοντα μυριάδων εἰς Μαραθῶνα παραγενόμενος πῆδιον τῆς Ἀττικῆς. *Lambin.* Pausanias solius Artaphernis meminit, in Atticis. *Mag.* Quem Aristophanis Enarrator 'Artabazum' vocat: Μαραθῶν τόπος τῆς Ἀττικῆς, εἰς ἣν ἀνάρμησης Δατὴς καὶ Ἀρτάβαξος, Μηδικὸν σατράπαι, πεμφθέντες ὑπὸ Δαρείου βασιλέως καταδουλώσασθαι τὴν Ἑλλάδα. Addit *Ælianus*, quod cum hi præfecti a Dario missi toti Græciæ post Marathoniam cladem acceptam bellum denuntiassent, a civitatibus et insulis passim in belli signum ignem et aquam postulantes, a Spartanis in puteum conjecti superstructa pyra vivi suffocati sint; subsannantibus interim eos Laconibus, quod haberent id quod petiissent. *Long.*

*Ducenta peditum milia*] *Plato* in Menexeno classis milites milia quingenta implevisse ait. Naves vero fuisse trecentas. *Magius.*

*Causam interserens*] Infr. Themist. 'Causam interponens.' *Gebh.*

*Se hostem esse*] Darius hic adeo infensus fuit Atheniensibus, ut apposita cæna a satellite ter moneri voluerit, μέμνησο Ἀθηναίων.

*Quod eorum auxilio*] Legitime bellum cum iis suscipitur, qui adversarium quacunq̄ re juverunt, quod pluribus demonstrat *Gebhardus.* *Plutarchus* contra *Herodotum* et *Justinum* in vita *Aristidis*, non fuisse Athenienses auxiliarios Ionibus adserit, sed Sardis incendio vastasse: ἐπεὶ δὲ Δατὴς ὑπὸ Δαρείου πεμφθείς, λόγῳ μὲν ἐπιθεῖναι δίκην Ἀθηναίοις, ὅτι Σάρδεις ἐνέπρησαν, ἔργῳ δὲ καταστρέψασθαι τοὺς Ἕλληνας. *Longol.* *Plato* vero in Menexeno: 'Nos autem,' inquit, 'Eretriensesque accusans Darius, quasi Sardibus insidiaremur: tali sumpta bellandi occasione.' *Mag.*

*Sardis*] Vel *Sardas.* Pro quo melius *Sardias*: τὰς Σάρδιαις Ionice, ut *Sárdies* pro Σάρδεις. *Alcman.* Σάρδιος

ἀρχαίων πατέρων νόμος. *Salmas.* Hæc urbs olim Gordium dicta. Orosius III. 16. Fuitque, ut Strab. testatur, Lydiæ, olim Mæonia vocatæ, caput. *Mag.* Urbs prædives, et clara Cræsi regia.

*Præfecti regii*] Utitur passim voce Satrapæ, quod idem ac στρατηγός *Herod.* Notant veteres, Persis proprie dictos Satrapas, mari et classibus præfectos, quales hodie *Archithalassi*, vel Arabico vocabulo *Amirales* dicuntur. Tales fuere primi Persarum Satrapæ, rei maritimæ Regum nomine Præfecti: tandem omnibus omnino præfectis regiis id nomen tributum est. Satrapa enim Persis idem significavit, quod veteribus Germanis *Gereba*, aut *Kuning Gereba*, nunc Præfecti regii, nunc Satrapæ nomine, a Persis accepto, sed Romana quasi civitate jam donato, passim redditur. *Boethorn.*

*Classe ad Eubæam appulsa*] Vide Platonem dialogo de Legibus III. circa finem, et in Menexeno. Eubæam nostra ætate *Negropontem* vocant. *Mag.* Situm insulæ et promontorii vide apud Ptolemæum tab. Europæ x.

*Celeriter Eretriam ceperunt*] Spatio trium dierum. Plato in Menex. Adeo ut nulli elabendi locus sit datus. Et III. de Leg. refert, hujus belli tempore famam Athenas pervasisse, Persas junctis invicem manibus, omnique ita Eretriensium regione circumdata, quotquot ibi aderant homines cepisse. *Mug.*

*In Asiam ad regem miserunt*] Nam mortem Dati fuerat interminatus, nisi ad eum Eretriensium et Atheniensium perduceret. Auctor Plato in Menexeno. *Mag.* Unde elucet, usitatum fuisse priscis Regibus hostium regiones vacuefacere, omnesque incolas correptos ac vinculis constrictos eo transferre, ubi pro ludibrio illis illuderent, vel ad abjectissima ministeria abuterentur: I. Regum xx. 18. Curtius lib. v. 26. Polyænus in

Philip. comm. lib. IV. 12. *Gebh.*

*Inde ad Atticam accesserunt*] De qua legendi Strabo libro IX. et ex nuperis *Ubbo Emmius* in illustrata Græcia.

*In campum Marathonæ*] Sic solet *Nepos.* Ita alibi Lacedæmonia dicit. Et Justinus *Babylonia*, *Chalcedonia*, *Lacedæmonia*. *Keuchen.* *Herodotus* lib. VI. seu *Eratone*: ἦν γὰρ Μαραθῶν ἐπιτηδεώτατον χωρίον τῆς Ἀττικῆς ἐνιππεύσαι, καὶ ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρίας. *Stephanus*: Μαραθῶν δῆμος τῆς λεοντίδος φυλῆς, &c. *M. Tullius* lib. I. de Off. 'Hinc rhetorum campus de Marathonæ.' *Lambin.* Illo bello nihil notius. *Marathon* magnarum et multarum virtutum testis. *Mela* II. Vide *Pausan.* I. *Justin.* II. Contigit illud *Diogneto Archonte.* Auctor *Anonymus*: ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη. *Diou.* *Halic.* lib. v. 16. annis post mortem primi Romanorum consulis, *L. Junii Bruti*, accidisse tradit: Ὑστερεὶ δὲ καὶ τὰ Μαραθῶνια καὶ τῆς Βροῦτου ταφῆς, εἰ δὴ ἀπὸ τούτων πρώτων ἤρξαντο οἱ ἔπαινοι λέγεσθαι τοῖς ἀπογενομένοις, ἐκκαίδεκα ἔτεσιν. Vide *Meursii Archontes.* Diem pugnae notat *Plutarchus* in *Camillo*, ἔκτη Βοηδρομιῶνος ἱσταμένον. Erat annus LVIII. periodi Olympicae: proinde XX. periodi Atticae. *Neomenia Βοηδρομιῶνος* xxx. Septembris. Ergo pugna *Marathonia* contigit v. Octobris, Ἀπελλαίου δεκάτῃ φθίνοντος, anno mundi 3460. *Zygonos* VI. *Scaliger.*

*Is abest ab oppido circiter millia passuum decem*] Athenis. Tantundem illis distat, quantum *Caristo Eubææ.* *Pausan.*

*Auxilium nusquam nisi a Lacedæmoniis*] Socia tum civitate. *Justin.* II. Ait Plato III. de Leg. cum in omnes Græciæ partes legatos misissent Athenienses, qui auxilium peterent, subvenisse tamen neminem præter *Lacedæmonios*: qui, nescio qua regione impediti, post pugnam *Marathoniam* venerunt. *Lambin.* Illam

religionem addit Strabo lib. ix. ex Herodoto, cujus verba non pigror abscribere: *Μαραθῶν θρον Μιλτιάδης τὰς μετὰ Δάτιος τοῦ Πέρσου δυνάμεις ἄρδην διέφθειρεν, οὐ περιμείνας ὑστερίζοντας Λακεδαιμονίους διὰ τὴν πανσέληνον.* Hoc est, quod Justinus dicit, 'quatridui religione tenebantur Lacedæmonii.' De qua Lycurgi legem commemorat Lucianus de Astrologia: *μηδαμὰ μηδὲ ἐς πόλεμον προχωρεῖν, ΠΡΙΝ ΤΗΝ ΣΕΛΗΝΑΙΗΝ ΠΛΗΡΕΑ ΓΕΝΕΣΘΑΙ.* Quippe Lycurgus omnem illis Reipublicæ administrationem e cælo temperabat, et qui aliam civitatis administrationem existimabat crescente Luna et evanescente, propterea quod omnia ab illa regerentur. *Keuchen.* Videtur Aristides geminas causas in Declamatione quadam recitare, quare post pugnam venerint Lacedæmonii: *Λακεδαιμόνιοι δὲ εἶτε ὑπὸ τοῦ πρὸς Μεσσηνίους πολέμου, εἶτε τὴν πανσέληνον μένοντες, οὐδὲ αὐτοὶ βοηθεῖν εἶχον.* Longol.

*Philippidemque cursorem]* Καὶ πρῶτα μὲν, ἔοντες ἔτι ἐν τῷ ἄστει οἱ στρατηγοὶ, ἀποπέμπουσι ἐς Σπάρτην κήρυκα Φειδιπίδην, Ἀθηναῖον μὲν ἄνδρα, ἄλλως δὲ ἡμεροδρόμον τε καὶ τοῦτο μελετῶντα. Herodot. *Phidippides*, non *Philippides* hic cursor vocabatur, *Φειδιπίδης*. Atque ita in Plinio reponendum, ubi et perperam *Philippides*, scribitur. Et verum est, hunc Phidippidem biduo Athenis Lacedæmonem pervenisse. Herodotus lib. vi. *δευτεραῖος ἐκ τοῦ Ἀθηναίων ἄστεος ἦν ἐν Σπάρτη.* Hoc iter mille centum quadraginta stadiis definiunt. *Solmas.*

*Qui Hemerodromi vocantur]* Semper aliquid exhibent correctores, præsertim qui antiquitatem pro opinione intelligunt, quod ant carpendum est, aut emendandum. Qui *hemerodromi* reposuerunt ex *hemerodromoe*, non assequuntur scripturam Nepotis *ἄρχαζοντος*. Vidit primum Gifanius hactenus perperam istam *γραφὴν* ab imperitis esse susceptam, sed ex Mss.

et Excerptis legendum *hemerodromoe*, quam et alii postmodum, et Bosius celeriter arriperunt. In antiquo carmine Saliari: *PILUMNŌE POPLOE*, et *FASCINŌE*, pro quo deinceps *ei* maluerunt, *Pilumnei populei, et fascinei*; nempe pro *Pilumni populi, et fascini*. Sic ex *hemerodromoe* igitur primum *hemerodromei* (quam scripturam et in veteri Ms. præstantissimi et amiccissimi mihi Everhardi Sluiskeni offendit) et statim *hemerodromi*. Nam ex Græco *ἡμεροδρόμοι* confestim factum est Latinorum *hemerodromoe*, διαλύσει veteribus frequentata, ut ex *Ἀδελφοί, Κληρούμενοι, Adelpheo, Clerumenoe*, quod et hodie in vetustis Plauti et Terentii comædiarum inscriptionibus ostenditur. *Hemerodromi*, peculiariter et vi primæ originis Solis epitheton. Suidas: *ἡμεροδρόμος ὁ ἥλιος.* Inde ad homines translatum. Idem: *λέγονται δὲ καὶ οἱ ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι ταχύτατα διακονοῦμενοι. νέοι δ' εἰσὶν ἐφήβων ὀλίγον πρεσβύτεροι πρωτογενείων ἐγγὺς ταῖς τοιαύταις ὑπηρετούμενοι χρεῖαις. τόξων, καὶ βελῶν, καὶ ἀκοντίων, καὶ πυροβόλων λίθων ἐπιφερόμενοι πλέον οὐδεν. ταῦτα γὰρ αὐτοῖς πρὸς τὴν ὁδοπορίαν γίνεται χρῆσιμα.* Vocis ratio àπὸ τῆς ἡμέρας καὶ δρομοῦ notata, quod scilicet totum diem cursitantes non fatigentur. Vel, quod uno die magnum viæ spatium emetiantur; ut voluit Livius i. Decad. iv. Verba ejus sunt: *'Hemerodromos vocant, ingens uno die spatium emetientes.'* Appellabantur et *δρομοκῆρυκες*. Harpocration: *δρομοκῆρυκες, Αἰσχίνης, οἱ λεγόμενοι ἡμεροδρόμοι.* Vide Polyænum v. in Eudocimo. Erantque alii *dolichodromi, diaulodromi, oplitodromi, studiiodromi*. Veteres Romani habebant *Viatores* suos, quos Byzantini *Cursores* vocabant. Vetus Onomasticum: *Cursor, δρομεύς*. Glossæ: *ταχυδρόμος, Cursor*. Glossæ aliæ: *Exercipes: ταχυδρόμος, δρομεύς καὶ κύρσαρ.* Res antiquæ originis, et olim Persis nota, qui *Angaros* et *Astandas* voca-

bant. Suidas : Ἀσάνδαι, οἱ ἐκ διαδο-  
χῆς γραμματοφόροι, οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ  
Ἄγγαροι. τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. Hinc  
Angariis deducunt, quæ sunt imposi-  
tæ onerum vehendorum necessitates.  
Ita ἄγγαρα, mansiones singulorum die-  
rum. Et angariare, vi cogere ad onus  
subeundum. De quibus ex professo  
Boxhornius in Epistola præmissa  
Curtio Blanckardiano. De triplici  
Hemerodromorum genere vide disse-  
rentem Lipsium Centur. III. Epistol.  
59. Keuchen.

*Domi autem creati decem Pratores]*  
Libri veteres : *Domi autem creant de-  
cem Pratores* ; et mox, *in eis Miltiadem*  
Schott. Dan. alii. *Decem Imperatores.*  
Exemplar Longolianum. Herodotus :  
στρατηγὸς δέκα τῶν ὀδέκατος ἦν Μιλτιά-  
δης. Negat hoc Plutarchus in Parall.  
et quatuor tantum a populo delectos  
asseverat : Δάτις ὁ Περσῶν εἰς Μαρα-  
θῶνα παραγενόμενος πεδίον τῆς Ἀττικῆς,  
καὶ στρατοπεδευσάμενος πόλεμον τοῖς  
ἐγχωρίοις κατήγγειλεν. Ἀθηναῖοι δὲ  
τοῦ βαρβαρικοῦ πλήθους καταφρονήσαν-  
τες ἑνακισχιλίους ἐπέψαν, στρατηγὸς  
ποιήσαντες Κυνέγειρον, Πολύζηλον, Καλ-  
λίμαχον, Μιλτιάδην. At omnes histo-  
riæ, quotquot ego hactenus inspexi,  
decem Atheniensium duces numerant.  
Quin etiam ipse Plutarchus in vita  
Aristidis, ut Miltiadi Ducis in hac  
pugna primas defert, ita Aristidi se-  
cundas. Quod idem adserit Aristi-  
des rhetor in Declam. de Miltiade.  
Longol.

*In eis Miltiades]* Πολέμαρχος autem  
erat Callimachus Aphidnæus. Hero-  
dot. VI. et Pausan. I. Bongars.

*Acicque contendrent]* Ita Lambinus,  
ex Græco συμβάλλειν, quod est apud  
Herodotum in eadem narratione, re-  
scribendum putavit. Vetus quidam  
liber, acicque cernerent. Hellenis-  
mus. Malim tamen, ut est in Ms.  
acicque decernerent, quomodo solet lo-  
qui Nepos in Eumene et Hannibale.  
Quamquam et istud sincerum et de  
Græco expressum. Dicunt enim,

κρίνειν τὸν πόλεμον καὶ διακρίνειν, ve-  
nuste κρίνειν τὰ ὕλα, quod de 'summa  
imperii dimicare' explicat auctor  
noster in Hannibale. Sic 'cernere  
bellum' apud Poëtam Latinum, cu-  
jus meminit Seneca Epist. 58. 'Cer-  
nere vitam' in versibus Ennianis.  
Quod Euripides in Medea dixit, ὡς  
τρὶς ἂν παρ' ἄσπιδα Στῆναι θέλοιμ' ἂν  
μᾶλλον ἢ τέκειν ἄπαξ. Et sic absolute  
κρίνεσθαι etiam Græci usurpabant ;  
pro quo cernere veteres Latini eadem  
significatione et usu. Keuchen. Vul-  
gatam tuetur Gebhard. et purissimam  
ostendit. Sic et Aldus ; nam equis  
contenderent Longolius : qua repudi-  
ata Magius æquis rectum putat, pro  
æquis et planis locis. Verum cras  
cum Varrone credam, hodie nihil.  
Savaro acieque decernerent ; membra-  
næ nostræ decertarent : quam lectio-  
nem antepono cæteris, non repudi-  
ata Savaronis. Schottus.

*Hostes eadem re fore tardiores]* Græ-  
ci conjungunt ὀκνηροὺς et δειλοὺς. Po-  
lyæu. III. in Iphicrat. Comment. I.  
τῶν στρατιωτῶν τινες ὀκνηροὶ καὶ δειλοὶ  
καὶ ὠχρίωντες εἶποντο. Cæsar de B. G.  
lib. II. 25. Infra Epaminonda : 'Hu-  
jus casu aliquantum retardati sunt  
Bæotii.' Hunc locum expressum  
censeas verbis Diodori XIV. Biblioth.  
τοῖς μὲν ἰδίοις θάρσος παρέξεσθαι τοὺς δὲ  
πολεμίους δειλοτέρους ἔσεσθαι. Gebhard.

*CAP. 5. Hoc in tempore nulla civitas]*  
Sic edendum curavimus, cum a vul-  
gatis quibusdam enxlet præpositio,  
Monetque diligentiss. Gifanius Col-  
lectan. Lucretianis p. 360.

*Nulla civitas auxilio fuit]* Nam La-  
cedæmonii, ut scribit Justinus, reli-  
gione quatuor diernm obligati, post  
prælium convenerunt. Strabo I. IX.  
aliam occasionem ex Herodoto re-  
censet, Μαραθῶν ὕπου Μιλτιάδης τὰς  
μετὰ Δάτιος τοῦ Πέρσου δυνάμεις ἔρδην  
διέφθειρεν, οὐ περιμένοντας ὑπερξίζοντας  
Λακεδαιμονίους διὰ τὴν πανσέληνον. A-  
ristides in citata declamatione gemi-  
nas causas recitare videtur : Λακεδαι-

μόνοι δὲ, εἴτε ὑπὸ τοῦ πρὸς Μεσσηνίους πολέμου, εἴτε τὴν πανσέληνον μένοντες, οὐδὲ αὐτοὶ βοηθεῖν ἔχον. Longol.

Præter Plataensium] Vel Plataenses. Ἄσπλος Scriptor apud Scholiorum Auctorem in Aristophanis Equites: μόνων Πλαταιέων συμμαχασάντων αὐτοῖς χιλίοις ἀνδράσιν, ὡς ἐξισωθῆναι τὴν τῶν Ἀθηναίων δύναμιν τῇ Περσῶν. Gebhard.

Ea mille misit militum] Justin. 'Plataensibus auxiliariibus mille.' Herodotus cum universis copiis opitulatum Atheniensibus venisse adserit: Ἀθηναίοισι δὲ τεταγαμένοισι ἐν τεμένει Ἡρακλέος, ἐπήλθον βοηθέοντες Πλαταιεὺς πανδημί. Lambin. Cui consonum, quod Plutarchus dicit, novem millia Athenienses in Marathonem misisse. Mag. Cæterum Thucydides, solos Athenienses cum Lacedæmonii manus conseruisse refert. Quod contra omnium fidem. Lege Isocrat. Orat. ix.

Flagrabat pugnandi cupiditate] Justin. ii. 'Magna in pugnam euntibus alacritas animorum fuit, adeo, ut cum mille passus inter duas acies essent, citato cursu ante jactum sagittarum ad hostem venerint.' Vide Orosium ii. 9. Addit Isocrates: paucos multis sic obviam ivisse, quasi in alienis animabus non in suis periculum facturi essent. Panegyrico: ἀπήντων τὴν οἰκίαν δύναμιν ἔχοντες ὀλίγοι πρὸς πολλὰς μυριάδας, ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίαις ψυχαῖς μέλλοντες κινδυνεύουσι.

Quam collegæ] Polyzolus, Cynægius, alii. Lamb.

Valuerit] Valeret. Cod. Dan.

Deinde postero die] Concinnius in Veteri Cod. Danielis, Dein. Quomodo Alcibiade. Dein Thebas in eodem libro, pro deinde. Sic exin et proin dicebant. Vide Festum.

Acie e regione instructa] Quomodo instructa fuit, narrat Herodotus vi. Musa. Ita autem ille: Ὡς δὲ ἐς ἐκεῖνον περιήλθε, ἐνθαῦτα δὴ ἐτάσσοντο ὄδε Ἀθηναῖοι ὡς συμβαλέοντες· τοῦ μὲν δεξιῶν κέρας ἠγγέτο ὁ πολέμαρχος Καλλιμαχος·

δ γὰρ νόμος τότε εἶχε οὕτω τοῖσι Ἀθηναίοισι, τὸν πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν. ἠγεομένου δὲ τούτου, ἐξεδέκοντο ὡς ἀριθμύοντο αἱ φυλαὶ, ἐχόμεναι ἀλλήλων, τελευταῖοι δὲ ἐτάσσοντο, ἔχοντες τὸ εὐώνυμον κέρας, Πλαταιεὺς. ἀπὸ ταύτης γὰρ σφι τῆς μάχης, θυσίας Ἀθηναίων ἀναγόντων καὶ πανηγύριας τὰς ἐν τῆσι πεντητηρίσι γινομένης, κατεύχεται ὁ κήρυξ ὁ Ἀθηναῖος, ἅμα τε Ἀθηναίοισι λέγων γίνεσθαι ἀγαθὰ καὶ Πλαταιεῶσι. τότε δὲ τασσομένων τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ Μαραθῶνι, ἐγένετο τοιούδε τι. τὸ στρατόπεδον ἐξισούμενον τῷ Μηδικῷ στρατοπέδῳ τὸ μὲν αὐτοῦ μέσον ἐγένετο ἐπὶ τάξιας ὀλίγας, καὶ ταύτη ἦν ἀσθενέστατον τὸ στρατόπεδον. τὸ δὲ κέρας ἐκάτερον ἐβῆτο πλήθει. Vide sequentia. Unde lux Justino adfertur: magnum dimicandi impetum Græcis incessisse, ut unanimi Marte impulsus, cursu in barbaros per octo stadium capedinem irruerent. Keuchen.

Nova arte] Alibi vocat 'consilium novum,' singulare quoddam ad rem agendam εὕρημα. Flor. iv. 2. Boeclerus. Locus impeditus, mire variantibus libris. Noster et Savaronis; in parte montis summa. Gifanii scidæ et Ultrajectina editio, nona partis summa: placuitque Scioppio lib. Veris. ii. 10. equidem manuscripti nostri lectionem libens amplector, quod ad montis pedem instrui aciem potuit, pugna vero ad montis verticem committi, urgente, ut fit, hostili acie. Schottus.

Arbores multis locis erant raræ] Sic Ovidius: 'Apparent frutices in vertice rari.' Gebhard. Cæterum hoc ex consuetudine militari institutum. Quale strategema infra de Eumene producit. Keuchenius. Mavult Kirchmajerus strata.

Arborum tractu] Arboribus productis, et longo ordine positis; sive longa arborum serie. Sic 'tractus ævi' apud Lucret. i. Lambin. Lege quæ idem ad hunc locum fuse tractat in Annotationibus. Au arbores erant prostrata, ut ingentem Persarum.

equitatum impedirent? Frontinus II. 9. 'Cleomenes Lacedæmonius adversus Hippiam Atheniensem, qui equitatu prævalebat, planitiem in qua dimicaturus erat, arboribus prostratis impedivit, et inviam equiti fecit.' Licet etiam capere *arborum tractum*, pro regione arboribus consita ac densa. *Gebhard*. Qualis campus Marathonius. Vide Pausan. I. *Longol*.

*Equitatus hostium*] Persarum.

فرس Equus. שׁוֹרְפָרְשׁ Equitem notat, unde Pharesi vel Persa; sicut ante dictum fuit. Sunt enim ἰππικῆς studiosissimi, et equitare a teneris edociti. Herodotus: παιδεύουσι δὲ τοὺς παῖδας ἀπὸ πενταέτεος ἀρχάμενοι, μεχρὶ εἰκοσαέτεος, τρία μῶνα, ἰππεύειν, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀληθίζεσθαι. *Keuchen*.

*Priusquam Lacedæmonii subsidio venirent*] Qui plenilunium expectabant. *Lambin*. Secuti hoc omnes rei militaris periti duces. Cæsar de B. G. I. 27. et lib. VII. 56. nam (ut ait Hirtius de B. G. VIII. 7.) 'Miseriore ac duriore conditione cum toto exercitu decertatur.' *Gebh*.

*Persæ non castra, sed naves peterent*] Quod erat ingentis terroris indicium, et desperantium rebus suis, cum 'acerrimus quisque castra, ut novissimam spem retineat,' teste Tacito Hist. III. 48. *Gebhard*. Justinus II. 'Victi Persæ in naves confugerunt; ex quibus multæ suppressæ, multæ captæ sunt.' Herodotus: φεύγουσι δὲ τοῖσι Πέρσῃσι εἶποντο κόπτοντες, ἐς δὲ ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἀπικόμενοι, πῦρ τε αἴτεον καὶ ἐπελαμβάνοντο τῶν νεῶν, I. VI. Sic Pausanias, qui tamen in Marathonis lacum incidisse vult, ibique confertim aggregatos et cæsos. *Magius*. *Lambinus*.

*Qua pugna nihil adhuc est nobilius*] Causam gloriæ hoc prælio comparatæ subdit continuo. Sic Pausania: 'Hujus illustrissimum est prælium apud Plataæas.' Quare ridiculum est, Schottum approbare, *Quoniam pugna*

*nihil adhuc est volubilius*; et referre ad ancipitem Martis aleam. *Gebhard*. De hac pugna Herod. Plato, Plutarchus, Pausanias, Valerius lib. V. 3. lib. VIII. 18. Justinus lib. II. Frontinus Strateg. lib. IV. 7. et ex Justino Orosius lib. II. 8. Per eos, qui ei interfuerant, jurare mos fuit. Athen. lib. IX. pugna autem est anno secundo Olympiadis 72. *Savaro*.

*Tantas opes*] Δύναμιν πολεμικὴν. Thrasybulo, 'Neque tamen pro opinione Thrasybuli auctæ sunt opes.' Utitur et Conone et Dione. Flaccus Argon. lib. III. 494. 'Repetit quo crimine Perses, Barbaricas jam movit opes Hircanaque signa.' Desiderata sunt hoc prælio ex Persico exercitu cc. hominum millia. Orosius II. 9. cxc. millia, Herodot. Valer. Max. lib. V. 3. 'trecenta millia' refert. Dum confingeretur, visum fuisse, dicit Pausanias, hominem facie et armis rusticum, qui, cum aratro multos Persas trucidasset, nusquam loci postea conspectus sit. Quem Echtleum heroëm fuisse, postea Oraculum aperuit. Plutarchus Thesei simulachrum visum voluit. Idem Polyzelum Prætorem, unum e decem, quendam specie humana angustiolem conspexisse, indeque cæcum redditum, auctor est. *Mag*.

*Prostravit*] Frequens phrasis. Cimone; 'barbarorum uno concursu maximam vim prostravit.' Curt. lib. IX. pr. 'Quicquid Indis virium fuisset, illa dimicatione prostratum.' Cæsar lib. VII. 78. 'Nec stultitia ac temeritate vestra aut imbecillitate animi omnem Galliam prosternere.' *Gebh*.

CAP. 6. *Ut populi nostri honores*] Scripti, *Ut enim P. R. honores*. Quod rectius. Nam alibi sic loquitur. Exempla locorum passim obvia. *Keuch*.

*Atque obsoleti*] Sic legendum potius quam *aboleti*, ut habent libri vulgati. 'Obsoletos honores' interpretor, tritos et nimis sitatos. Opposuit autem obsoletos raris, effusos tenuibus, ut sit χασμός. *Lamb*. Curti.



us lib. ix. 1. 'Jam vilia et obsoleta esse spolia de Persis.' Cic. pro Fonteio. 'Studia militaria apud juventutem obsoleta.' Sic 'obsolescere' passim pro vilescere. *Gebhard.*

*Namque huic Miltiadi*] Alterum Miltiadis præmium sunt tropæa ex hostium manubiis, quibus se a somno quotidie excitari jactabat Themistocles. Auctor Tullius iv. Tuscul. et Plut. *Schott.* Descripsit autem Nepos locum ex oratione Æschinis rhetoris contra Demosthenem, sive Ctesiphontem: προσέλθετε οὖν τῇ διανοίᾳ καὶ εἰς τὴν στοᾶν τὴν ποικίλην. ἀπάντων γὰρ ὑμῖν τῶν καλῶν ἔργων ὑπομνήματα ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀνάκειται· τί οὖν ἐστίν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὃ ἐγὼ λέγω; ἐνταῦθα ἢ ἐν Μαραθῶνι μάχῃ γέγραπται. τίς οὖν ἦν ὁ στρατηγός; οὐτωσί μὲν ἐρωτηθέντες ἅπαντες ἀποκρίναισθε ἂν ὅτι Μιλτιάδης, ἐκεῖ δὲ οὐκ ἐπιγέγραπται. πῶς; οὐκ ἤτησε τὴν δωρεάν ταύτην; ἤτησεν, ἀλλ' ὁ δῆμος οὐκ ἔδωκεν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ὀνόματος συνεχώρησεν αὐτῷ πρῶτῳ γραφῆναι παρακαλοῦντι τοὺς στρατιώτας. *Longol.* Lege Plut. in Cimone. Rem tangit Plin. l. xxxv. 8. Fuisse autem hunc honorem athletarum, ut iis icones ad vivum expressæ ponerentur, docet Pet. Faber Agon. lib. 11. 21. *Schottus.*

*Quæ Pæcile vocatur*] A picturæ varietate. Pausan. Aristid. ποικιλία enim, sive ποικιλία, varietatem denotat: ποικίλλω vero idem est quod *variare*. Unde Aristoteles de Animal. xi. 1. avem colore variam 'Pæcildem' vocat. *Mag.* Ποικίλη ante *πεισιανάκτειος* dicta. *Idem. Gebh. Longol.* Nomen mutatum fuit Phianippo imperante Athenis, sub quo Marathonium prælium commissum. *Long.* Pictor hujus porticus Polygnotus Thasius fuit. *Lamb.* Aglaophontis filius et discipulus. *Gebh.* Qui eam sine ulla mercede, sed ob gratiam duntaxat erga urbem adductus, depinxit. *Mag.* Diog. Laërt. in Zenone viii. Ἀνακάμπτων δὲ ἐν τῇ ποικίλῃ

στοᾷ, τῇ καὶ πεισιανάκτειῳ καλουμένη, ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τοῦ Πολυγνώτου ποικίλη. Vide et Scholiast. Aristidis. Etenim prima pictura, qua porticus ista depingi cœpit, Marathoniam fuit pugna, adscripto hoc disticho: Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι Ἔκτειναν Μήδων εἴκοσι μυριάδας. In eo epigrammate numerus κατ' ἐξοχήν, mendacio supra veritatem effertur. Variant alioqui a Probo omnes Græci Historici. *Long.* Sed Plutarchus mulieres quasdam prius fuisse pictas demonstrat. *Mag.* Quod cum Pausania facit, qui Marathoniam pugnam in extremo picturæ fuisse delineatam, tradit. Vide Jan. Rutgersii Var. lect. lib. v. 1. I. Meursii Athen. Atticas lib. i. 5. Similis Romæ fuit Media, vel Medica, de qua Petron. in Sat. et porticus Argonautarum apud P. Vict. *Pæcile*] In excerptis: Ποικίλη. Ut *δοτρακισμὸς, ἄστν,* et alia Græco charactere et terminatione. *Keuchen.*

*Trecentus statuas Demetrio Phalereo*] Quæ eo vivo eversæ sunt. *Plut.* Narrant historiam Laërt. v. et Strab. ix. *Longol.* Addendæ numero ad minimum sexaginta statuæ. Plin. H. N. xxxiv. 6. Sequitur et Varro numerum prædictum. Strabo quoque plures quam trecentas, Diogenes Laërt. trecentas sexaginta refert. *Kirchmaj.* Fuit autem hic Demetrius dictus Phalereus ad differentiam, a Phalaris Atheniensium porticu: eloquentissimi Peripateticorum Theophrasti discipulus primo, post ob eximias virtutes annis decem præfuit Atheniensibus. *Idem.* Alter item Demetrius Pharius apud Strabonem Geogr. viii. emendante doctissimo Victorio Var. lect. lib. xx. 4. ejus castigationem confirmat Strabonis locus alter lib. vii. Φάρος, ἢ πρότερος Πάρος, Παριῶν ἐξ ἧς Δημήτριος ὁ Φάριος. *Schottus.*

CAP. 7. Post hoc prælium classem

*septuaginta navium*] Panlo aliter rem prosequitur Herodotus, aliam a Nepote causam subnectens. Verba lege lib. vi.

*Insulas*] Cycladas.

*Plerasque ad officium redire coëgit*] Schotti liber plures. Officium vero heic notat obedientiam, qua populus magistratui tenetur. Infra Cimone; 'Insulas alienatas ad officium redire coëgit.' Gebh.

*Ex his Parum insulam*] Παραλαβὼν δὲ ὁ Μιλτιάδης τὴν στρατιὴν, ἐπλεε ἐπὶ Πάρον, πρόφασιν ἔχων ὡς οἱ Πάριοι ὑπῆρξαν πρότεροι στρατευόμενοι τριήρεσι ἐς Μαραθῶνα ἅμα τῷ Πέρσῃ. Herod. Vide sequentia; et Ephorus apud Stephanum. Græci Scriptores cum de insulis tradunt, quæ urbes habent cognomines; ita loqui solent, Πάρος, νῆσος καὶ πόλις. Κίμωλος, νῆσος καὶ πόλις. Quod Plinius dixit, 'Paros cum oppido ab Delo xxxviii. marmore nobilis.' Quæ verba id significant, Paron insulam cum oppido ejusdem nominis, distare ab Delo insula triginta octo millibus passuum. Ita ille accepit, quasi dixisset, Paron cum oppido Abdelo, ut Abdelos sit nomen oppidi in Paro. *Salmasius*.

*Opibus elatam*] Sic loquitur Tacitus Ann. xv. 20. 'Opibus nimis ad injurias minorum elati.' Sic Alcib. 'Secundæ fortunæ.' Pausan. 'Victoria elatus.' Gebhard.

*Quum oratione reconciliare*] Inclinat eo doctiss. Gronovius, ut probet *ratione*, hoc est, via aliqua commoda, conditionibus. Adi ipsum Observ. lib. ii. 10. et in Addendis p. 216. *Keuchen*.

*Operibus clausit*] Operibus oppugnantur munitiora, quam quæ impetu seu corona capi subigique possint. Tac. Hist. v. 13. Livius xxxvii. 'Cum ad mænia castra posuisset, non corona, sicut Lamiam, sed operibus oppugnare urbem est aggressus.' Vide

Cæsar. de B. G. lib. ii. 12. Tacit. Annal. vi. 41. Græci vocant τάφρους καὶ στανυρώμασι περιβαλεῖν, vel etiam περιλαμβάνειν. Gebhard.

*Commeatu privavit*] Nempe mari prohibitos atque interclusos. Unde Ephorus ait: Πάρον δὲ εὐδαιμονοστάτην καὶ μεγίστην οὔσαν τῶν Κυκλάδων, (hoc est, quod Nepos 'oribus elatam' dicit) καθεζόμενος ἐπολιόρκει πολλὸν χρόνον, τῆς θαλάττης εἴργων, καὶ κατὰ γῆν μηχανήματα ἔγων. Lambin.

*Vincis ac testudinibus constitutis*] De quibus legendus Justus Lipsius in libris πολιορκ. Vegetius lib. iv. 14. et 15.

*Nocturno tempore incensus est*] Circa Muconum. Ephorus: ἤδη δὲ τῶν τευχῶν πιπτόντων, καὶ ἐπὶ τὸ παραδιδόμει τὴν πόλιν διωμολογημένων, ἕλης τινὸς ἐξ αὐτομάτου περὶ τὸν Μύκκωνον ἐξαφθείσης, οἱ μὲν Πάριοι τὸν Δάτιν αὐτοῖς πυρσεύειν ὑπολαβόντες, ἐψεύσαντο τὰς ὁμολογίας, καὶ τὴν πόλιν οὐκ ἔτι τῷ Μιλτιάδῃ παρέδωσαν. Addit illos uti adhuc proverbio de pactis irritis, quod ἀναπαράξειν, hinc vocant. De hoc incendio γρὸν Herodotus et longe aliam causam discessus in Eratone refert: quem consule.

*Classiariis regiis*] Themistocle: 'Cum classiariis Regis conflixit.' Id est, Xerxis, quemadmodum hic Darii. Rex enim Persarum speciali nomine βασιλεὺς appellatur. Suidas, Curtius lib. ii. Hirtius et Xenophon epibatas vocant: qui iidem cum classiariis.

*Accusatus ergo proditiōnis*] A Xantippo Ariphronis filio. Herodotus: 'Ἀθηναῖοι δὲ ἐκ Πάρου Μιλτιάδεα ἀπονοστήσαντα ἔσχον ἐν στόμασι, ὅτι ἔαλλοι, καὶ μάλιστα Ξάνθιππος ὁ Ἀρίφρωνος, ὃς θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον, Μιλτιάδεα ἐδίωκε τῆς Ἀθηναίων ἀπάτης ἐνεκα.

*A Rege corruptus*] Reges absolute non dicuntur, nisi de Persidis Regibus. Ita eos Plinius semper vocat.

*Salmasius.* Unde apud Suidam, βασιλεὺς μέγας, ὁ τῶν Περσῶν. τοὺς δὲ ἄλλους προσετίθεσαν καὶ τῶν ἀρχομένων τὰ ὀνόματα, οἷον Δακεδαίμονιοι, Μακεδόνες. Quales Turcarum Imperatores, qui se omnium 'ter Maximos' vocabant. Quæ appellatio ab Imperatoribus Constantinopolitanis propagata est una cum Imperio, quorum stemmata quadruplici β figurabantur: βασιλεὺς βασιλέων, βασιλεύων βασιλεύσι. *Keuchen.*

*Quæ in oppugnando oppido acceperat]* Sic Mss. et Lambinus. Reliqui *ceperat.* In Dione: 'Accepit gravissimum parens vulnus morte filii.' In Epamin. 'At Epaminondas cum animadvertet mortiferum vulnus se accepisse.' In Datame: 'celans quantum vulnus accepisset.' Plin. Ep. VIII. 5. 'Grave vulnus Maerinus noster accepit.' *Savaro.* Μιλτιάδης δὲ αὐτὸς μὲν παρεὼν οὐκ ἀπελογέετο, ἦν γὰρ ἀδύνατος, ὥστε σηπομένου τοῦ μηροῦ. Herodot. Idem tradit, ei fuisse femur convulsum, seu luxatum, dum desiliit ex solario aut maceria. *Lamb.* Alii putridum factum vel emortuum volunt. Nonnulli ad siderationem pervenisse, interpretantur ex Celso: quod probabile videtur, præsertim cum ex diversa causa apoplexia originem trahat; ut miratur Fernel. *Path.* lib. v. 8. *Keuchen.*

*Tisagoras]* *Stesagoras* figmentum Longolii: cum contra exstet in omnibus libris *Dixagoras.* P. Danielis excerpta *Sagoras.* Vulgati *Diagoras* nulla ratione. Verum Cl. Rutgersius e *Libanio* reducit *Tisagoras.* Idem accusat ex Herodoto erroris, quod multo antequam Miltiadi hoc accideret, jam obiisset ille. *Gebhard.* Herodotus causam ejus ab amicis defensam tradidit: ὑπεραπολογέοντο οἱ φίλοι· et mox, τῆς μάχης τε τῆς ἐν Μαραθῶνι πολλὰ ἐπιμενημένοι, καὶ τὴν Δήμνου αἴρεσιν· ὡς ἐλὼν Λημνὸν τε καὶ τισάμενος τοὺς Πελαγοῦς, παρέδωκε Ἀθηναίοισι. lib. VI.

*Capitis absolutus, pecuniâ multatus est]* Προσγενομένου δὲ τοῦ δήμου αὐτῷ κατὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ θανάτου, ζημιώσαντος δὲ κατὰ τὴν ἀδικίην πενήτηντα ταλάντα. Herod.

*Pecuniâ multatus est]* Leve est, quod notamus, tamen quia crebrius occurrit, semel hoc loco observandum. *Mulctari* et *multari* promiscue κατὰ τὰ εἰθισμένα scribebant veteres; unde *multatus est* in Excerptis. Sed in aliis *mulctatus est*, pro *mulctatus*, vel *multatus*, quæ verba male confunduntur a literionibus vulgatis. Nam *mulcare* est aliquem verberibus excipere, unde *Mulciber*: *mulctare* vero πληστηριάζειν, pœnam pecuniariam alicui irrogare, a *multa*, ejus originem ad Sabinam linguam refert Varro in undevigesimo antiq. humanar. Nihil frequentius in libris occurrit, quam mutatio harum literarum invicem. *Keuchen.*

*Eaque lis quinquaginta talentis aestimata est]* Id est, aureorum triginta millibus, si Budæo adhibenda fides. *Magius.* Litem æstimare, teste Asconio Pediano, est pecuniam, de qua lis fuit, et propter quam reus condemnatus est, in summam redigere. *Cimone*: 'Cum pater ejus litem æstimatam populo solvere non posset.' *Timotheo*: 'Hoc judicio damnatur *Timotheus*, lisque ejus æstimatur centum talentis.' *Vellei.* *Paterculus* lib. II. 8. 'C. Cato consularis, M. Catonis nepos, Africani sororis filius, repetundarum ex Macedonia damnatus est, cum lis quatuor millibus æstimaretur.' *Cæsar* *Bell. Gall.* lib. v. 2. 'Arbitros inter civitates dat, qui litem æstimet pœnamque constituent.' Ita creberrime loquitur *Cicero.* *Val. Max.* lib. v. 3. 2. 'pœnam finire,' pro eodem. *Gebhard.* Sed talentum varium apud Veteres. Nam Atticm, affirmante *Jul. Polluce*, sexaginta fuit minarum. Aliud rursus *Babylonium*, aliud *Syrium* et *Æginæum*. Verba ejus lib. IX. in univ. sum sunt hæc: Τοῦτό γε μὴν οὐκ ἀκαι-

ρον, ὅτι καὶ μὲν Ἀττικὸν τάλαντον ἑξακισχιλίας ἐδύνατο δραχμὰς Ἀττικὰς. τὸ δὲ Βοβυλώνιον, ἑπτακισχιλίας. τὸ δὲ Αἰγυναῖον, μυρίας. τῶν δὲ Σύρων πεντακοσίας καὶ χιλίας, ὡς πρὸς τὸν Ἀττικῆς δραχμῆς λογισμὸν. Sed intelligenda hæc de talento nummario. Dixerit aliquis: Quot ergo minarum erat ponderale talentum? Respondeo, totidem. Docet id Diodorus apud Suidam his verbis: τάλαντον ὡς φησι Διόδωρος ἐν τῷ περὶ σταθμῶν, μνῶν ἐστὶ ξ'. ἡ δὲ μνᾶ, δραχμῶν ρ'. ἡ δὲ δραχμὴ ὀβόλων ἕξ. ὁ δὲ ὀβόλος, χαλκῶν σ'. ὁ δὲ χαλκὸς λεπτῶν ν'. Quod Græci τάλαντον dixerunt, ἀπὸ τοῦ τλήναι τὸ βάρος, a sustinendo onus vel pondus, quum videlicet pecuniæ certa summa appenditur, hoc Hebræi appellant ככך Cicar, quasi ponderis speciem planam et extensam placentæ instar, ut explicat Arias Montanus. *Funger.* Lege quæ de talentis ad Festi locum notavit maximus Scaliger.

*Hunc pecuniam quod solvere non poterat*] Græce μὴ ἐκτετικέσαι τὸ τίμημα. Amplius vero calamo exarati libri: *Quod solvere in præsentia non poterat*: quod est, præsentibus nummis. *Schott.* Testantur historici Cimoneum filium Miltiadis pecuniam pro patre numerasse; verum ne sic quidem illum invidia et carcere liberatum. Plura hac de re in vita Cimoneis. *Longol.*

*In vincula publica conjectus est*] In Pausan. 'huc ut venit, ab ephoris in vincula publica conjectus est.' In Conone, et aliis. *Savaro.* Alludit eo Cicero pro Sextio: 'Miltiadis calamitas non deterruit Themistoclem a republica defendenda.' Lege Pausan. in Att. et Val. Maximum, l. v.

*Ibique diem obiit supremum*] Occurrit hæc Phrasis sæpius apud nostrum: in Dione; Timoleone, bis. De Morte autem Miltiadis Herodot. et Valerius Maximus lib. v. 3. infra in Cimone. *Savaro.* Μιλτιάδης μὲν μετὰ ταῦτα, σφακελίσαντός τε τοῦ μηροῦ, καὶ

σαπέντος, τελευτᾷ τὰ δὲ πεντήκοντα τάλαντα ἐξέτισε ὁ παῖς αὐτοῦ Κίμων. Herodot.

CAP. 8. *Alia causa damnationis*] Peculatus, juxta Justin. lib. 11. ubi agit de Cimone. Seneca in controversiis: 'Miltiades peculatus damnatus in carcere alligatus decessit.'

*Pisistrati tyrannidem*] Duæ tyrannidis species a Cicerone memorantur: Πεισιστρατισμὸς et Φαλαρισμὸς. *Keuch.* De hoc Pisistrato, ejusque elogiis vide Pausaniam in Atticis. Gellium Noct. Attic. vi. 17. Valer. Maxim. viii. 9. Herodot. lib. 1. Cicero Ep. ad Attic. lib. vii. 'Incertum est, Cæsar Phalarimne an Pisistratum sit imitaturus.' Et Aristot. de rep. lib. v. 5. *Lambin.*

*Quæ paucis ante annis fuerat*] Tyrannidem Pisistratus constituit Olympiad. 1. anno 1. ut ex Tatiano, Clem. Alexandrino, et aliis constat. Quo tempore Archon Comias. Plutarchus: ἐπὶ Κωμίου ἤρξατο τυραννεῖν Πεισιστρατος. Regnabat Romæ Servius Tullius. Vide Ciceronem in Bruto. Aulus Gellius xvii. 31. 'Servio autem Tullio regnante, Pisistratus Athenis tyrannus fuit.' *Meurs.* Tempus tyrannidis fuit xxxiii. annorum, Heraclides in Rep. Πεισιστρατος, τριάκοντα τρία ἔτη τυραννήσας, γηράσας ἀπέθανεν. De Pisistratidis est Herodoti locus Musa quinta, qui accipiendus, ut xxxv. impleto, sextus inchoatus fuisse existimetur. Valde erravit Aristoteles in istis verbis Politicor. v. 12. ὥστε τὰ πάντα ἐγένετο ἔτη τριάκοντα καὶ πέντε. Nam quod ille universum tempus statuit, illud tantum Pisistratarum fuit, ut ex Herodoto clarum. *Keuchen.* Quem vide lib. 1. et Justinum lib. 11.

*Omnium suorum civium potentiam extimescebant*] Hinc tam exosa memoria fuit, ut viros quosque præstantissimos, cum excellere potestate in Republica incepissent, solo hoc duntaxat nomine amoverent. Post Hippium

decretum factum in omnis Pisistratidas longe asperrimum; cujus mentio est in illo adversus Philippum, quod exstat apud Livium l. xxxi. Ac tam pertinaci odio eos deinde habuerunt, ut ne quidem accepta in Sicilia clade, in discrimen suum adducti, post annos nonaginta duos, cum exulibus quibuscumque reditum darent, instaurandæ reipublicæ hos recipere voluerint. Marcellinus in vita Thucyd. De exoso nomine sub ostracismo Cimonis et Themistoclis unus instat omnium Aristides in oratione de Quatuor viris: Δοκοῦσι γάρ μοι [οἱ Ἀθηναῖοι], τὰς συμφορὰς ἐνθυμούμενοι, τὰς ἐπὶ τῶν Πεισιστρατιδῶν γενομένας ἑαυτοῖς, μηδένα βούλεσθαι μείζον ἢ τῶν πολλῶν φρονεῖν, ἀλλ' ἐξ ἴσου εἰς δύναμιν εἶναι. δίκαια ἄρα ἐποιοῦν, ἐλαύνοντες Κίμωνα καὶ Θεμιστοκλέα. Vide Thucydidem de Alcibiade, lib. vi. *Meursius*.

*Multum in imperiis] Magnisque, Cod. Gifanii. Schott.*

*Non videbatur posse esse privatus] Tanta est imperii dulcedo, tamque penetrans ambitio, ut dedisci non possit. Liv. II. 2. 'Nescire Tarquinius privatos vivere.' Aristot. Polit. III. 3. Καὶ διὰ τοῦτ' ἴσως Ἰάσων ἔφη, πειεῖν, ὅτι μὴ τυραννοῖ, ὡς οὐκ ἐπιστάμενος ἰδιώτης εἶναι. Justin. XXXVIII. 9. 'Demetrius privatam etsi opulentam vitam pertæsus, tacitus in regnum fugam meditabatur.' Gebhard.*

*Cum consuetudine ad imperii cupiditatem] Isaacus Casanbonus Animadversionibus Suetonianis, legit: Cum imperii consuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur: ut τὸ imperii bis repetatur. Schot. Boecler. Quod probare non possum. Gebhard.*

*Omnes autem et habentur et dicuntur Tyranni] Hæc videntur esse dicta propter C. Jul. Cæsarem, cujus potentiam immoderatam et injustam, sive Æmilius Probus, sive Cornelius Nepos, ut qui esset bonarum partium, non probabat. Lambin. Vox tamen Tyranni antiquitus bonæ signi-*

ficationis regem denotabat; unde et Poëtæ omnes, monente Suida, ante bellum Trojanum reges et principes Tyrannos nominarunt. Jupiter, Deorum Tyrannus audit apud Aristophanem. Æneid. VII. Ovid. Met. XI. de Laomedonte. Martial. lib. IX. 'Pelæum Tyrannum,' id est, regem, ut convenienter Raderns. *Kirchmaj.*

*Et habentur et dicuntur] Legunt Excerpta, et dicuntur et habentur. Cæterum justus tyrannus est Aristoteli τυράννος κατὰ νόμον, quales erant reges Orientis, qui non vi, sed voluntate populorum, imperium obtinebant. Kenchen.*

*Quæ libertate usa est] 'En δημοκρατουμένη πόλει. Schott.*

*Tum mira comitas] Sic constanter Mss. et vulgati omnes. Vetus Codex et Puteanus communitas legebat. Sed ambigo, num receptum sit nomen in ea significatione apud Latinos auctores. Communio Sidonio nostro Epist. III. 2. Vide notas ibidem et infra in Attico. Savaro. Communitas noster et Gifanii codex. Sic Terent. Heaut. IV. 5. 'Quemquam animo tam communi aut leni putas?' Suet. Claud. 21. 'Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat.' Et Græci κοινὸν sic adhibent. Demosthenes περὶ στεφ. κοινὸς καὶ φιλόανθρωπος. Phocildæ quoque nsitatum, ut et Isocrati in Enag. et Xenoph. non semel I. 'Ἑλλην. Etymologista, κοινὸς ὁ εὐκηλος γινόμενος πᾶσι.*

*Ut nemo tam humilis] Qui se nimis in magna dignitate affabiles atque aditus faciles præbent altiora spirare solent. Tacit. Ann. XV. 46. de C. Pisone. 'Ignotis quoque comi sermone et congressu.' Detegit hoc ulcus Arist. Polit. IV. 11. et Menelaus in Iphigenia Aulidensi Agamemnonis artes. Gebh.*

MILTIADIS res habentur apud Plutarchum vita Cimonis. Herod. præsertim lib. VI. Pausan. in Attic. Ælian. XII. 35. Platon. in Gorgia, Cic.

passim, Val. Max. v. 3. ext. 3. et VIII. 14. ext. 1. Justin. II. 9. et 15. Gell. XVII. 21. et alios. *Boecl.* Adde Suidam in verbo *Μιλτιάδης*. *Ernst.* Effi-

giem ejus habes ex Herma Veteri inter imagines illustrium. F. Ursinus num. 92.



Ejusdem Hermes alius repertus Romæ olim in monte Cælio his versibus Græcis et Latinis inscriptus.

QVI. PERSAS. BELLO. VICIT. MARATHONIS. IN ARVIS.

CIVIBVS. INGRATIS. ET. PATRIA. INTERIIT.

ΠΑΝΤΕC. ΜΙΛΤΙΑΔΗ. ΤΑΛΑΡΗΙΑ. ΕΡΓΑ. ΙCΑCΙΝ.

ΠΕΡCΑΙ. ΚΑΙ. ΜΑΡΑΘΩΝ. ΧΗC. ΑΡΕΤΗC. ΤΕΜΕΝΟC.

Exhibent Gruterus inscript. p. cccc xxxviii. 6. et Joh. Faber in Commentario ad imagines Ursini pag. 58. Spectatur et in numismate pereleganti (nescio quam vetusto) quod penes me est effigies Miltiadis cum titulo ΜΙΛΤΙΑΔΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ, in aversa parte imago libertatis sinistra manu pileum tenentis super puero lauream attollente, cum hac inscriptione ΕΛΛΗΝΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΕΙΑ.

## II. THEMISTOCLES.

CAP. I. *Neocli filius*] Titulus hujus vitæ a Cornelio talis mihi videtur esse conceptus: THEMISTOCLES NEOCLI FILIVS ATHENIENSIS. *Hujus vitia incuntis adolescentiæ*. Sic refingendum censo titulum vitæ Alcibiadæ: ALCIBIADES CLINIÆ FILIVS ATHENIENSIS. *In hoc natura, &c.* Idem tenendum in Timotheo, Chabria, Epanimonda, Eumene, Timoleonte, Annibale. *Gebhard*. Θεμιστοκλῆς, Ἀθηναῖος δημαγωγός, Νεοκλέους υἱός. *Suidas*. In veteribus libris manuscriptis ea nomina Græca, quæ primæ sunt declinationis contractorum, Latine ab Æmilio Probo per secundam redduntur: ut, Περικλῆς, *Periclus*, Νεοκλῆς, *Neoclus*, et similia. *Proclus* in Vita Agesilai, cum Προκλῆς Græce scribatur. *P. Daniel*. *Savaro*. Verum ad Ciceronem Lambinus observat in Græcis hujusmodi obliquis s a fine sæpe extritum, ut proxime in Aristide *Themistocli æqualis*, pro Themistoclis. *Schottus*. Solebant Latini non raro Græca aut barbara ad Latinorum rationem inflectere et commutare. Sic hoc in loco pro *Neoclem*, *Neoclum*, et inde *Neocli* Noster fecit, quemadmodum et paullo post pro *Neocles* in quibusdam libris *Neoclus*, auctore Schotto, invenitur. Sic *Cotum* et in secundo casu *Coti* Noster dixit in Iphicrate sub finem, qui *Cotys* alias Græca terminatione dicebatur. Item *Nectanebum* Ægypti regem, qui *Nectanebis* Plutarcho et aliis dicitur. *Buchner*. Adde *Vossium* de Analogia II. 9.

*Hujus vitia incuntis adolescentiæ*] Achilles Tattius VIII. ἐρωτικῶν prope finem in tali exemplo: καμὲ οὖν ὑπεισέρχει τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους, ὅτι κακείνος τὴν πρώτην ἡλικίαν σφόδρα δόξας ἀκό-

λαστος εἶναι, πάντας ὑπερέβαλεν Ἀθηναίους ὑστερον σοφία τε, καὶ ἀνδραγαθία. Atque hunc colorem in Cæliana, suo proposito accommodat Cic. cap. 12. *Boecler*. Ipse quippe dicere solitus erat, ‘asperos et indomitos pullos in optimos equos evadere, si quis illis disciplinam rectamque institutionem adhibeat.’ *Gebhard*. Hinc Val. Maximus lib. VI. 12. ‘Piget Themistoclis adolescentiam attingere, sive patrem aspiciam, abdicationis inurentem notam; sive matrem, suspensio finire vitam propter filii turpitudinem coactam; cum omnium postea Graii sanguinis virorum clarissimus exstiterit, mediumque Asiæ et Europæ vel spei vel desperationis pignus fuerit. Hæc enim salutis eum suæ patronum habuit, illa vadem victoriæ adsumpsit.’ Enumerat ejus vitia Plutar. et Ælian. lib. II. 12. *Schott*.

*Pater ejus Neoclus generosus fuit*] At Plutarchus contra: πατὴρ γὰρ ἦν Νεοκλέους οὐ τῶν ἄγαν ἐπιφανῶν Ἀθηνησιν, Φρεαρίου τὸν δῆμον. *Longol. Lambin*.

*Is uxorem Acarnanam civem duxit*] Turhant in matre Themistoclis Mss. Qui *Halicarnassiam* abnegant Mss. Codices *Acarnanam* substituunt. *Longolius* primus *Carinanam* reposuit. *Gebhard*. Nam Carina vel Cariatide matre Euterpe illum natum plerique prodidere. In quibus est Fanias, ut refert Plutarchus. *Lambin*. Quin idem Plutarchus tradit, Neanthen quendam memoriæ prodidisse, eam Halicarnassi natam esse. *Idem*. Sed certi nihil ob opinionum varietatem de nomine constitui potest. Maxima autem Historicorum pars meretriculam Threjiacam, Abrotanum nomine, illum edidisse testatur. Athenæus

lib. XIII. Amphicrates de claris viris idem hoc adserit, adjecto epigrammate Iphicratis: quod ipsum et Plutarchus tacito auctoris nomine (videatur autem vitiatus ille locus) adduxit: Ἀβρότονον Ὀρήισσα γυνὴ γένος, ἀλλὰ τέκεσθαι τὸν μέγαν Ἕλλησιν φασὶ Θεμιστοκλέα. Longol.

Quod et liberius vivebat] Imo nimis licenter et dissolute: ut volunt ii, qui Themistoclem ἀκόλαστον et ἀσωτὸν fuisse in adolescentia dicunt, ob eamque causam a patre abdicatum: in quibus sunt Ælianus Var. II. Suidas. Quos refellit Plutarchus in Themistocle. Idem tamen περὶ τοῦ θείου βραδέως τίμαρ. eorum sententiam videtur probare. Quemadmodum in ἀποφθ. βασ. Θεμιστοκλήης, μεираκίον ὄν, ἐν πότοις ἐκυλινδεῖτο καὶ γυναιξί. Lambin. Vide sis Athenæum, et Val. Max. VI. 11. 13.

A patre exheredatus est] Ἀπεκηρύχθη, dicunt Græci, id est, abdicatus est, non quidem a familia patris alienatus, sed propter effusionem ab hereditate summotus. Lambin. Valer. 8. cap. de patria potestate. Inter justas abdicacionis causas, liberius vivendi morem et rem familiarem disperdendi numerat Quintil. decl. 279. 290. Sav.

Quæ contumeliâ] Contumelia non pro injuria, lib. I. D. de injuriis, sed pro contemptu dicitur, ut Seneca in libell. de constantia sapientis: et recte hæc exhereditio et persona Themistoclis appellari potest. Vid. Tit. Instit. de inofficios. test. Ernestius.

Famæque serviens] Sic Cicero Epist. ad Att. lib. VI. 10. 'Persuasum est omnibus meis serviendum esse famæ meæ.' Et Ep. 14. 'spero meos omnes servire laudi meæ.' Lamb.

In concionem populi prodibat] Εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Vel: εἰς τὸ βῆμα παρῆει, seu παρήρχετο. Lamb.

Celeriterque quæ opus erant, reperiebat] Addunt excerpta P. Danielis:

facile eadem oratione explicabat. Quæ et Cl. Schottus ex Ultrajectino producit, ejus judicio assentior. Tale enim quicquam desideratur, cum et prudentiæ juxta et eloquentiæ laude vignerit Themistocles. Gebhard. Vide Lucianum in Encomio Demosthenis. Marcus Tullius in Bruto: 'Constat tum prudentia tum eloquentia præstitisse Themistoclem.'

Ut ait Thucydides] Lib. I. οἰκεία γὰρ ξυνέσει, καὶ οὐτε προμαθὼν ἐς αὐτὴν οὐδὲν, οὐτ' ἐπιμαθὼν, τῶν τε παραχρήμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιπλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής. Quem locum etiam M. Tullius profert Epist. ad Atticum lib. X. 3. Laudat et prudentiam et industriam ejus in prospiciendis prævidendisque futuris Aristides Rhetor. Plutarchus quoque de illo hoc adserit: πορρώθεν ἤδη προσδοκῶν τὸ μέλλον. Longol.

Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur] Herod. lib. VIII. Θεμιστοκλήης μὲν ταῦτα λέγων διέβαλλε: Ἀθηναῖοι δὲ ἐπέειοντο. ἐπειδὴ γὰρ καὶ πρότερον δεδογμένος εἶναι σοφὸς, ἐφάνη ἔων ἀληθέως σοφὸς τε καὶ εἰβουλος, πάντως ἐτόιμοι ἦσαν λέγοντι πείθεσθαι. I. Hæc Themistocles cum diceret non ex animi sententia, fidem fecit Atheniensibus. Quoniam enim qui antea sapiens habitus esset, repertus est vere sapiens et consultus, omnino parati erant ei dicenti parere.

CAP. 2. Bello Corcyraeo] Vel ex aliquo historico, qui hodie non existat, sumpsit hæc Probus; vel, pro Corcyraeo, Æginitico legendum. Sic enim Herodotus lib. VII. paucis post Oraculum Delphicum de muro ligneo: ἐτέρη δὲ Θεμιστοκλεῖ γνώμη ἔμπροσθε ταύτης ἐς καιρὸν ἠρίστευσε, ὅτε Ἀθηναῖοισι γενομένων χρημάτων μεγάλων ἐκ τῶν κοινῶν, &c. Commemorat hoc bellum et Thucydides lib. I. Lamb. Long. Item Polyænus lib. I. Strat. Verum Plutarch. Corcyraeis et Corinthiis datum arbitrum controversiarum refert extremo Themistocle. Longol. Schott.



CAP. 2. *Prætor a populo factus*] Neque in Corcyræo bello egit imperatorem seu prætorem, sed arbiter datus inter Corcyræos et Corinthios pro Corcyræis iudicavit, et bellum composuit, ut a Plutarcho traditum est: γενόμενος γὰρ αὐτῶν (Corcyræos intellige) κριτῆς πρὸς Κορινθίους ἐχόντων διαφορὰν, ἔλυσε τὴν ἔχθραν, εἴκοσι τάλαντα κρίνας τοὺς Κορινθίους καταβαλεῖν. *Longol.*

*Ferociorem*] Ad periclitandum aliosque lacessendos proterviolem sive animosiolem. Cicer. Epist. 'Victoria reddidit hominem ferociorem,' in malam partem.

*Quæ ex metallis redibit*] Argentifodinis, ut Græci referunt, ne quælibet metalla intelligamus. Iste proventus Laureoticus erat, a Laureo Atticæ regiuncula, in qua fodinæ erant Atheniensium. Suidas, Thucyd. II. et VI. Paus. in Att. Strab. III. et IX. Vitruv. VII. Cæterum descripsit hoc ex Herodoto lib. VII. Plutarchus, a quo Probus est mutuatus. *Longol.* De proventu Laureotico legendus Polyænus lib. I. in Themist. Comm. 5. Verbum *redire* significans πρόσδοτον rarioris usus. Cicero pro Roscio: 'Hæc bona in tabulas publicas nullas redierunt.' Gebhard. Videndus Meursius Fortunæ Atticæ cap. 7.

*Ille persuasit populo*] Dio Prusæus Orat. 25. 'De illo,' nempe Themistocle, 'audivisti, quod Athenienses navali prælio certare coegerit, cum antea fuissent pedites.' *Ernst.*

*Maritimos prædones*] Purioris ævi scriptores 'Prædones' tam in mari quam in terra latrocinantem vocant. Cicero in Verrem, 'Fecisti item, uti prædones solent: qui quum communes sint hostes omnium, tamen aliquos sibi instituunt amicos, quibus non modo parcant, verum etiam præda quos angeant.' Conjungit idem Prædonem et Piratam, ibidem: 'Hæc civitati isti prædoni ac piratæ Sici-liensi Phaselis fuit.' Et auctor ad Herennium: 'Urbes piratis prædo-

nibusque patefactæ.' Sed Noster distinguit Epitheto 'maritimi,' ut Valer. Max. VI. 9. 15. de C. Julio Cæsare. *Gebhard.*

*Xerxes*] Darii filius. Herod. Thucyd. Diod. Plut. In Tarih اسفنديار

Isphandiar. In sacr. annal. וינרשן, ut ex nomine probat Scaliger. Videatur post Cyrum nomen gentilitium fuisse Xerxes et Artaxerxes, præter nomen quod habebant ante Imperium. Omnes Reges, post illum memoriosum, dictos Ἀρταξέρξας ait Diod. Siculus XV. Etiam Darius ab Alexandro victus, dicitur Artaxerxes Iachiadæ ad Daniel. 12. vs. 5. Ex וינרשן autem, omissis gutturalibus, et ש quod fieri solet in ξ verso fit Xwerx. Et quia w durior est in media voce, etiam hæc a Græcis omissa, factum est Xerx, et cum Græca terminatione Xerxes. *Art* est additamentum quoddam honorificum, ut *Sha* apud Persas posteriores. Significat magnum, interprete Hesychio. *Scaliger, Grotius.*

*Et mari et terra*] Hinc Val. Maximus lib. III. 2. vocat 'gravem illum et mari et terræ Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, sed et Neptuneo quoque pedes, et cælo tenebras minitantem.' *Schottus.* Unde illa epitheta nata sunt plena ambitionis atque arrogantia, φρενοβλαβῆς καὶ ἀτάσθαλος. Qualem Xerxem describit Herodotus, Musa VIII. et XI. *Keuchenius.* Cæterum, ut de copiis, sic de anno dissentiunt Scriptores. Tradunt alii contigisse hanc in Europam trajectionem archonte Callia, cujus initium memoratur Olymp. LXXV. anno I. Auctor Anonymus: διάβασις Ξέρξου εἰς Ἑλλάδα. Ξέρξης εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμβαλὼν, τὴν μὲν χώραν ἐδήωσε. τὰς δὲ Ἀθήνας κατέσκαψε, καὶ τοὺς ναοὺς ἐνέπρησεν. ἡ ἐπὶ Σαλαμῖνι ναυμαχία. Eusebius Chron. II. Ξέρξης εἰς Ἀθήνας ἐλθὼν, ἐνέπρησεν αὐτὰς, ἐπὶ Καλλιᾶδου Ἀθηναίων ἀρχοντος. Videndus Herodotus VIII. Meminit etiam

Thomas Magister in vita Euripidis. Tradit Laërtius in Anaxagora, τὴν Ζέρξου διάβασιν εἰκοσιν ἐτῶν εἶναι, quippe qui natus Olymp. LXX. anno 1. *Meursius*. Polybius ait lib. III. fuisse annum XXVIII. a primis Romæ Consulibus. Diodorus in Consulatum Sp. Cassii II. et Procli Virginii conjicit, qui annus Urbis CCLXVII. Dionysius citat Kæs. Fabium, et Sp. Furium Coss. Nempe Romæ conditæ CCLXXII. Adi Casanb. ad Polybium. Scalig. de Emend. Temporum lib. v.

*Bellum universæ inferret Europæ]* Quod quinquennium instruxit. Just. II. Variant tamen, et tres tantum annos in isthoc apparatu Xerxen consumpsisse, inquit Diodorus. Julianus vero ὁ παραβάτης, orat. priori de laudibus Constantii, inquit; τὸν Ζέρξην χρόνον ἐτῶν οὐκ ἐλάσσονα δέκα πρὸς τὸν πόλεμον ἐκείνον παρασκευάζεσθαι. Quod esse non potest, cum sexto anno, ex quo regnum adeptus est, bellum in Græcos moverit Xerxes. *Vossius*.

*Cum tantis eam copiis invasit]* Ad dunt alii libri, quantas neque antea neque postea habuit quisquam. *Curtius* lib. IV. 1. 'Rursus rex Xerxes gentis ejusdem ad oppugnandos cum immanium barbarorum copiis venit.' *Gebh*. De quibus non convenit inter Historicos. Vide Herod. VII. Ctesiam in Persic. *Plin.* XXXIII. 10. *Diod.* Siculum II. Isocratem Panath. *Plutarchum* Parall. Justin. II. Quomodo autem exercitum Xerxes dinumeravit, vide Herod. VII. 60. *Plin.* IV. 2. *Bongars*. *Eam invasit]* Ut Glossemata omisit scriptus codex Schotti, et probe constat sensus: retinendum tamen putat *Gebhardus*.

*Mille et ducentarum navium]* In navium numero valde variant. *Æschylo* ut scienti, quemque illis temporibus proximum fuisse constat, creditur. Nam in Persis tragedia, quæ etiamnum exstat, ita cas recenset: Ζέρξη δὲ (καὶ γὰρ οἶδα). χιλιάς μὲν ἦν Νεῶν τὸ πλῆθος. αἱ δ' ὑπέρογκοι τάχει Ἐκατὸν

δὲ ἦσαν, ἑπτὰ θ' ὠδ' ἔχει λόγος. Nam quod *Justinus* lib. II. ex *Trogo* recenset, mendacio quam veritati similis est. *Herodotus* in septimo, innumera- biles prope copias illius recenset. Sed nemo cum *Probo* præter *Æschylum* rectius consentit. *Longol.* *Diodorus*: νῆες δὲ σύμψασαι μακρὰ πλείους τῶν χιλίων καὶ διακοσίων. *Plutarchus* *Æschylum* secutus classem mille navium, barbarorum fuisse scribit. Sic reliqui, aut in excessu aut in defectu peccarunt. Unum *Isocratem* excipimus, qui Persarum τριήρεις διακοσίας καὶ χιλίας enumerat. *Keuchen*.

*Navium longarum]* Militarium, quas Græci μακρὰς vocabant, et *Livius* quoque XXV. 27. *Cæsar* B. G. v. 25. ac *Scaurus* in libello de orthographia simpliciter opponunt onerariis. *Videndus Schefferus* de Militia Navali *Veter.* lib. II. 2. et lib. IV. 1.

*Duo millia onerariarum]* Quæ Græcis φορτηγὸν νῆες, et νῆες ὀκιάδες appellabantur. *Camerar*.

*Septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum]* In numero terrestrium copiarum mire variant auctores, *Herod.* lib. VII. 184. 185. 186. *Ctesias* in Persicis cap. 23. *Diod.* Sic. XI. 5. *Plin.* XXXII. 10. *Ælian.* XIII. 10. *Just.* II. 10. 18. *Oros.* II. 10. *Theodoret.* Orat. 10. adv. Græcos. *Isocrates* ait, hominum universonum fuisse quingentas myriades, id est, quinquagies centena millia militarium, et ad pugnam aptorum septingenta millia, seu septuaginta myriades. *Lambin.* Sic *Plutarchus* περὶ παραλλ. Alii innumerabilem fuisse tradunt exercitum, ob immensam multitudinem. *Keuchen.* *Pompon.* *Mela* spatio potius mensum exercitum, quia numero non poterat, auctor est lib. II. 11. *Schottus*. Meminit *D. Hieron.* in *Daniel.* cap. 7. et his similia *Eus.* in *Chronico Olymp.* LXXV.

*Maxime Athenienses peti]* Venusta translatio a gladiatoribus, qui in quam partem ferri mucronem dirigunt, eam




The first of these was the...  
the second...  
the third...  
the fourth...  
the fifth...  
the sixth...  
the seventh...  
the eighth...  
the ninth...  
the tenth...  
the eleventh...  
the twelfth...  
the thirteenth...  
the fourteenth...  
the fifteenth...  
the sixteenth...  
the seventeenth...  
the eighteenth...  
the nineteenth...  
the twentieth...  
the twenty-first...  
the twenty-second...  
the twenty-third...  
the twenty-fourth...  
the twenty-fifth...  
the twenty-sixth...  
the twenty-seventh...  
the twenty-eighth...  
the twenty-ninth...  
the thirtieth...

The second of these was...  
the third...  
the fourth...  
the fifth...  
the sixth...  
the seventh...  
the eighth...  
the ninth...  
the tenth...  
the eleventh...  
the twelfth...  
the thirteenth...  
the fourteenth...  
the fifteenth...  
the sixteenth...  
the seventeenth...  
the eighteenth...  
the nineteenth...  
the twentieth...  
the twenty-first...  
the twenty-second...  
the twenty-third...  
the twenty-fourth...  
the twenty-fifth...  
the twenty-sixth...  
the twenty-seventh...  
the twenty-eighth...  
the twenty-ninth...  
the thirtieth...









L 007 625 869 8

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 404 880 7

SOUTHERN E  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA  
LIBRARY  
LOS ANGELES, CALIF.



